IO. GRAMMATICI ALEXANDREI
COGNOMENTO PHILOPONI
Commentaria

SVPER LIBROS PRIORVM RESOLVTORIORVM ARISTOTELIS,
variis eiuſdem annotationibus, & Quæſtionibus ex acutiſſimi
Ammonij Hermeæ colloquiis Referta:

Lucilli Phylalthæi latinitate donata:

*Nuper ad Græcorum exemplarium veritatem fidelius quàm antea cum recognita,
tum infinitis penè locis emendata, ac integritati reſtituta:*

ADDITAE SVNT DEMVM NVNC VARIAE FIGVRAE
ſuis inſertæ locis ad textus vberiorem intelligentiam:

COPIOSISSIMO OMNIVM SCITV DIGNORVM
Indice nuper addito.



VENETIIS Apud Hieronymum Scotum.
M D L X.



IOAN. ALEXANDREI
COGNOMENTO PHILOPONI
IN PRIMVM PRIORVM RESOLVTIVORVM ARISTO. COMMENTARIAE ANNOTATIONES

Ex colloquiis Ammonij Hermeę cum quibuſdam propriis obiectionibus

Lucillo Philaltæo Interprete.

Septem capita pro initio cuiusque libri requirenda ſunt.



SVPERIORI ARTIVS Libri capita ſex, niſi fuiſſet aliquod ſuapte natura notum, præfari oportere cenſuimus, quæ ſi hoc loco repetantur nihil ſane abſurdi video. Hæc, inquam, ſunt, ſcopus vel mens Philoſophi, vtilitas, lectionis ſeries, inſcriptionis cauſa, an liber editus ſit ab Ariſto. diſtributio ſummę in capita. Septimũ quoq; addas velim, ĩ quo quæras qua philoſophiæ parte contineatur is liber, & an omnino ſub aliqua parte compræhendatur. Itaq; à mẽte Philoſophi ordiamur, cui ſane propoſitum eſt artem demonſtrandi tradere; q̃ afferre non põt, niſi prius de rõcinatione ſimplici diligẽter diſſerat, ꝗ demonſtratio quædam rõcinatio eſt. Nam huius multa ſunt genera, quæ ſi ex participatione quod extent perdiſcere cupis, hoc mõ monebo: Rõcinatiọ eſt cognitio, quæ me quidem hercule medium tenet locũ inter facultatem cognoſcentem, & rem cognitam. Cum ergo hæc tria ſint, facultas cognoſcendi, ipſa cognitio, res percepta & cognita: facile poſſumus ex horũ vnoquoq; ratiocinationis genera partiri, & ſuo quicque libro diſtribuere. Aggrediamur porro diſtributionem generum ex cognoſcente facultate, quæ aut mens, aut intelligentia, aut opinio, aut phantaſia, viſioúe, aut ſenſus eſt. Mens & ſenſus argumenta rõcinationesq́; non efficiunt, propterea quod altera præ acie ſua quidem accerrima percipiendi illico quicquid capit ratiocinandi laborem nõ patitur: Iccirco de illa hęc ſubtilliter Diuinus Plotinus dicere ſolebat, Mens vel errat; vel minime, ſed me hercule omnino ſine errore appræhendit. Vel enim errat cum ſimplices rerum notitias impreſsionesq́; retinet, vel nec principio fallitur, cũ nulla rei imprimitur notitia. At vero, vtrum dixeris æque ab errore eſt aliena. alter autem ignauia ſua non audet talem ratiocinãdi prouinciam ſumere. Imo neq; phantaſia ſeſe huic negotio implicat. Phantaſia. n. vel viſio quędam eſt earum formarum vel imaginum, quę à ſenſibus oriũtur & ſtatio & conuerſatio. Si itaq; ſenſus nullum nouit genus argumenti, neque phantaſia ratiocinabitur, cui munus datum eſt eas tueri imagines, quas eidem ſenſus offerãt. Ratiocinatio. n. eſt certa ab altero ad alterum commutatio. qm̃ concluditur argumento alterum ex altero, cum id, quod concluditur datum, conceſſumq́; non eſt, ſed phantaſia, propterea qd' formas, vt dixi, quæ ſub ſenſum cadunt & tuetur, & conſeruat, nec quicquam aliud percipit q̃ quod à ſenſu accipit. Nam hæc facultas magis ſtationi ſimilis, q̃ cõmutationi eſt, quod nomen eius comprobat: quippe eſt phantaſia quædam, i. viſæ imaginis ſtatio. itaque concludatur talem facultatẽ nihil rõcinari, munus itaque erit non opinionis, ſed intelligentiæ ratiocinari, qm̃ cum diſcimus aliquid, concluſio ab opinione efficitur, quãquam intelligentia propoſitiones afferat. itaque ſola illa animi pars argumenta & rõnes format & perficit, quæ intelligentia appellatur. Verum qm̃ illa ratiocinatio, quę nullo cõcceſſo prius ſumpto conficitur expers artis eſt (quandoquidem rõcinatio ſit certa orationum collectio, vt definitio eius perfecta poſtea explicabit,) omnino neceſſe eſt quaſdam ſumere propoſitiones, quibus oratio & quod volumus concludatur. Qui ergo argumenta ſtruere voluerit, has orationes prius ſuſcipiat oportet, quæ cum ſint cognitiones quædam, à reliquis animæ partibus proficiſcantur neceſſe eſt. Nam facultas intelligendi non rõcinatur, ſed petit propoſitiones vel à mente, vel à ſenſu, vel à phantaſia. Hæc. n. eſt ſenſus ſtatio. idcirco dixerim potius memoratas orationes petendas eſſe à phantaſia, q̃ à ſenſu: qñquidem certi hoĩes conniuentibus oculis & ſenſu laborantes rõcinentur, qui ſane argumenti principia phantaſia petunt & ſumunt, i. ab opinione. itaq; ex his, quæ diximus, cogitatione conſequi poteris omnino tria ſola genera argumenti eſſe, nec plura, nec pauciora. Vel. n. intelligẽtia noſtrá à mente principia rõnis trahit, quæ ſane quidem cões notitias appellare cõſueuimus. ꝗ ſi ex ea facultate initia capit, rõcinationem demõſtratiuam efficit, quæ verũ ſp, & nunquam falſum concludit, qm̃ cões notitiæ, è quibus coaugmentatur ratio, vere ſemper & dignæ fide videntur. Vel eadem intelligentia ſeſe ad opinionem conuertit, huicq́; ſe iungit, ab eadem ſumẽs principia argumenti, & hoc ſane modo dialecticam rationem format, quę hoc propterea nomen retinuit, quod in cœtu hoĩum quotidianoq́; fere ſermone, & colloquio, dum inter ſeſe de aliqua re diſceptant hoĩes, recepta eſt & vſitata. Hæc, inquam, non ſp verum, ſed interdum falſum concludit, qm̃ non ſemper opinio vera eſt. Nam homines pleriq; falluntur prauis cogitationibus, & opinionibus imbuti, Vel tertio intelligentia cum phantaſia quadam neceſsitudine & officio coniungitur, & eius ope iacit fundamenta rationis & argumẽti, quo tp̃e & modo rõcinationem vitioſam & captioſam edit, quæ ſemper falſa complectitur. Mens. n. eſt eorum qui videri ſolum ſapientes volunt, oĩa tueri ſuſtinereq́;, & quę ſibi videntur vera comprobare, quę vero falſa improbare ſic, vt demõſtraſſe videantur. Cum itaq; viſio vel phantaſia mentiatur: intelligẽtia quoq; noſtra illi adhibita & coniuncta captionibus tanquã

quibusdam præstigiis irretita falsum cōcludit. Verum hęc improbaretur forte, qm̄ non modo quę non sunt, sed etiam quæ subsistunt videre videmur. quo itaque modo illud affirmare audemus, vt illa mutua coniunctio & necessitudo, quæ inter intelligentiam nostram & phātasiam intercedit in causa sit, vt vitiosum & captiosum genus argumēti consectemur & recipiamus? Respondeo, omnem ementitam opinionem nostram à phātasia initiū sumere, quę typos, imagines, formas, simulachra rerum quę subiectæ sunt sensibus recipit & seruat, vt quoties libet contēplari res & rōnes, quæ in nostram cadunt intelligentiam valeamus, de quibus sane omnis ratio demōstratiua suscipitur. Verum vbi illa adest (quemadmodum Plato tradit) confundit eos qui nesciunt eam discernere, quæ à sensibus offeruntur, & fallit cum sese ad ea transfert, quæ sunt intelligentiæ subiecta, quod his materiam affigit perinde ac incorporeis rebus & formis quæ ab illa segregantur materiam adiungeret, quandoquidem ipsa typos & formas rerum sensu compræhēsibilium per sensum non sine materia percipiat. Quamobrem nō dixerim phantasiam errare i percipiendis formis quas à sensibus oblatas suscipit, verum falli qn̄ sese conuertit ad formas & notitias animi & intelligentiæ, quibus miscet materiam cum non debeat. Item captiosa rōcinatio initia sumit ab opinione, nō enim res visa est propositio, sed ab opinione struitur, quæ si à vero abhorret, non aliūde causa petenda est cur ita sit, q̄ ex ea coniunctione, qua copulatur cum phantasia. Huiusmodi itaque videlicet quando opinio cum phantasia coniungitur vitiosa ratio efficitur, & semp est falsa. Si quis porro argumēta captiosa, quæ ex ambigua voce conficiuntur merito phantasiæ infixa dixerit non temere affirmabit: velut hoc, omne quod aliquid excedit eodem maius est, olera excedunt terram, itaque maiora, phantasia non ignorat aliquod exuperans aliud esse eodem maius, quemadmodum nō nescia est huius, aliquod continens aliquid in seipso tres magnitudines habere, sed nescit hæc iudicare & discernere. quamobrem Sophista viso signato & peculiari tanquam cōi vtitur. Verum ne ignores velim intelligentiam nostrā colligere conclusiones ꝓprias, quas sane nacta est per rōcinationes, & has connectere sic, vt ex his nascatur rōcinatio. Quod si veræ fuerint conclusiones, quæ velut propōnes in posteriori sumebantur rōcinatione, perspicuum erit, vt conclusum sit ex cōibus notitiis, aut ex vera opinione, si autem falsę fuerit, ex propōnibus quoque falsis nascentur, & iterum patet phantasiam esse causam falsi, ac defectionis figurę, qua rōcinatio videbatur formari, quandoquidem nec illa vera rōcinatio sit, sed solum appareat. Quare & si intelligentia nostra à seipsa initia sumere videatur, tn̄ ea ipsa atit à mente, aut ab opinione aut à phātasia petit. Nulla.n. rōcinatio fieri pōt nisi dentur quædam concessa sine argumētis quæ intelligentia à seipsa nō capit. itaq; munus rōcinandi est intelligentiæ nostræ. Cæterū vt tria gn̄a argumenti ex cognoscente hausimus, totidē è recognita cōsequi possumus, si res hoc modo diuidamus, aliæ sunt quæ eodē semper modo se habēt, è quibus rō demonstratiua componitur: aliæ nu nq̄ eodem modo se habent, è quibus captiosum argumēti genus diuiditur: alię deniq; vicissitudinem capiunt vt modo ita se habeant, modo longe secus ac prius, è quibus cōficitur dialectica ratiocinatio. Reliquum ex cognitione totidem genera afferre valemus hoc modo, cognitio vel expers erroris est & vera, & hoc modo efficitur argumentum demonstratiuum, vel semper falsa, quo sane modo captioso ratio nascitur: vel interdum vera, interdum falsa, & oritur tum dialectica ratio, quę tria genera argumenti ratiocinatio cōtinet, & complectitur, & patet totidem esse, nec plura, nec pauciora. De ipsa demonstratione docebit illico, posteaquā his duobus libris formulas argumenti tradiderit. De dialectico & probabili argumento tractabit libro Topicorum vel de locis, è quibus depromuntur argumenta. De captioso, & tortuoso genere rōcinationis in cōmentariis de visis & apparentibus argumentis, vel de captionibus diligēter disputabit, non eo ṁ, vt his vtamur, sed ne illos sinamus nos laqueis irretire & fallere, qui eo delectantur genere argumenti. Quocirca titulum libri fecit de captiosis argumentis. Hæc itaque de gn̄ibus rōcinationis disputata sint, quęramus idcirco de quibus suscepta sit hæc institutio. Hoc.n. loco de nullo genere memorato: sed de rōcinatione simpl'r & cōiter dicturus est. Hæc est summa huius libri & scopus. Moneo iterum è tribus generibus argumenti solum dialecticum ad vsum colloquiī & concertationis, quæ in cætu hoīnum habet, plurimū cōferre. Huic.n. loco, & cœtui aptum est hoc genus disputandi, qm̄ tn̄ otij literarij tū minime nobis est, vt afferre genus illud optimū & supremū argumēti demōstratiui valeamus, neq; illos cēseo oino fallēdos esse laqueis & captionibus, quib' cū multa disputamus: nā id risum moueret.

Sequitur vtilitas huius libri, quæ dudum in aliis cōmentariis nobis patefacta est. Si.n. argumentum demonstrationis vniuersæ philosophiæ vsui est magno, & hæc suscepta est institutio de ratiocinatione simpl'r & formula argumentandi, qua argumentū demonstratiuum formatur & figuratur: itaque & tradendæ arti demonstrandi, & vniuersæ philosophiæ proderit.

De serie lectionis sentio prius prædiscendum esse, quo modo formula ratiocinationis simpliciter tradēda sit, deinde genera argumenti supra sæpe enumerata cognoscere. Verum quo nostra, illustrior sit oratio, ordinem à primis repetā libris, quos Philosophus conscripsit, qui vt vidit sibi de argumento demōstratiuo faciendum esse, à simplicibus vocibus, quod quidem fecit in commentariis de decem appellationibus, quas nostri vocant prędicamenta, orsus est. De harum differentia, & prima cōpositione coaugmētatione ue libro de Interpretatione diligenter disseruit: quo libro de nominibus, & verbis, ac propositionibus disputauit, & primā vocum simplicium, idest simplices orationes tractauit, ex quibus struitur ratiocinatio. Sed quoniam tres sunt ratiocinationis formulæ, quæ sunt & quomodo nemo potest cognoscere, nisi prius quid sit ratiocinatio simpliciter, & quomodo simplices orationes. i. propositiones argumentum compleant, didicerit, quemadmodum ei necesse est, qui concentum Dorium vel Lydium percipere cupit, ante cognoscere quid sit simpliciter citharæ concentus, & quid sit communiter concentus. Qui præterea scribendi artē consequi studet, & acutum instar rostri, vel rotūdum characterem, prius sciat simpliciter scire oportet. Quamobrem si hoc loco disputabitur de ratiocinatione simpliciter, & libro de Posteriori resolutione tractabit artem demonstrandi, & reliquis libris de cæteris generibus argumenti, is liber sequetur illum de Interpreta-

terpretatione,& præcedet reliquos.

Petenda est item tituli causa, cur inscribatur commentarium hoc de priori resolutione potius, quàm de formula argumenti. Dissolutio multis sane modis fertur. alia est vniuersi in partes, alia rei compositæ in simplicia, qua dissolutione vtuntur geometræ: alia est corporum naturalium in elementa, alia argumentorum in proprias species, quæ dici potest deductio. quinetiam multis resolutio fertur, de quibus, ne longior sumatur oratio, breuiter communem afferam resolutionis definitionem, quæ sane est, quædam reuersio ad priora & causas coaugmentationis. Quapropter quærendum est si ratiocinatio est quædam coaugmentatio vel multarum orationum collectio, & non resolutio, cur hunc librum non inscripsit magis de ratiocinatione componenda, quàm dissoluenda? Vt ergo illustretur tituli causa & libri simul partitio explicatur ab hac, hoc modo sumemus initium. Liber in tria partitur capita. primum docet è quibus ratiocinatio constituatur: secundum aperit quo pacto abundare propositionibus possimus ad formanda & figuranda argumenta quæ volumus: Tertium vero resolui ratiocinationes docet. ab hoc itaque capite titulum accepit, quippe cum præstantior & perfectior sit resolutio. Quæcunque ratiocinatio propriam figuram habeat ex resolutione inueniri solet. Adde quod qui resolutionem nouerit & compositionem prius teneat oportet, cui enim nota est via resoluendi aliqua, illi certe non arduum, nec laboriosum erit componere, sed non sequitur vicissim, vt qui scit nomina, & verba componere orationem que texere dicens, Socra. inambulat, dissoluere noscat, & hanc orationis partem esse nomen, & illam verbum. Deinde inscribitur de priori, quoniam hoc loco disseritur de ratiocinatione simpliciter, quæ similis est materiæ sine forma. Et cum genus suis prius sit speciebus & partibus, (nam ratiocinatio est genus demonstrationis & reliquarum specierum,) iccirco enim librum inscripsit de priori in quo de genere disseruit, & opus sequens de posteriori inscripsit, quoniam de parte & specie ratiocinationis demonstratiuæ agit.

Hic ne liber ab Aristote. editus sit perspicuum est. Verum fertur in veteribus bibliothecis vigintiquatuor libros de resolutione inueniri, tamen ij quatuor solum Aristo. fuisse iudicantur, nemoque non Aristo. hos tribuit. Et primo lib. de forma argumenti nos docet, secundo autem disputat de materia. Formam voco conclusionem, materiam vero propositiones: quemadmodum enim materia est gratia alicuius, videlicet formæ, ita propositiones ad conclusionem referuntur. Sed hoc loco Themistius dubitat, num Arist. tribuenda sit huius artis inuentio, qui palam negat Arist. fuisse inuentorem, quippe cum diuinus Platoin Phædone, atque in omnibus fere dialogis ratiocinetur, & argumento demonstratiuo vtatur. Verum illud dat Aristoteli, vt hanc artem normis & perscriptionibus quibusdam perfecerit & illustrarit.

Quæstio an dialectica sit pars philosophiæ. Reliquum ingrediamur quæstionem illam, in qua quæri solet, an Dialectica arsque ratiocinandi pars philosophiæ, vel instrumentum sit, quandoquidem veteres de hac re vehementer laborarunt & certauerunt. Stoici, qui palam philosophiæ partem esse arbitrati sunt, hanc reposuerunt à cæteris duabus partibus: Aristotelici vero illam philosophiæ instrumentum esse duxerunt. Platonici, quorum academiæ princeps est Plato, & partem, & instrumentum esse defendunt. Stoici autem hac ratione impulsi illam inter philosophiæ partes referunt, in quo ars quædam & scientia versatur, si non ad aliud referatur eius erit pars vel particula, quæ versatur. si ergo philosophia in dialectica versatur, quæ ad alteram non reducitur artem, nec scientiam tanquam pars vel particula. Itaque ratiocinandi ars philosophiæ pars vel particula teneatur: sed particula non est, quoniam neque eius philosophiæ est particula, quæ tota in contemplatione posita & constituta est, neque eius, quæ in actione versatur, quoniam particula cum sua vniuersa scientia & scopo & materia consentit. Dialecticæ autem nihil cōe est cum illa, quæ in agendis & tractandis rebus consistit quod huius materia sunt singulæ certæque res, & affectuum moderatio, & scopus vel mens videtur vt sciamus quæ nobis eligenda, quæque cauenda sint. Facultas autem ratiocinandi, & dialectica, vel rō differendi nullam aliam agnouit materiam, quam propositiones: & scopus eius eo tendit, vt non ignoremus ex tali propositionum coaugmentatione aliquid cum quadā necessitate concludere, qui scopus, quoque finis à fine supra memoratæ philosophiæ maxime discrepat, cum eiusdem finis esse videatur, vel affectuum nostrorum quædam moderatio, vel bonum simpliciter. itaque discernendi ratio non est eius philosophiæ pars, quę in actione sita est, imo neque eius, quæ tm̄ ad vsum cognoscendi iuuenta est, cuius materiam, vel maxime res diuinas statuas velim, & ei propositum est & finis easdem studio & diligentia consequi. Quod si hæc ars ratiocinādi neutrius memoratæ philosophiæ est pars, itaque inter particulas earum referenda non est, sed erit pars illis duabus diuisa & seposita. Hæc Stoici qui iure à nobis repræhendendi sunt, si eorum descriptionem & normam secum ipsi bene animo perpendamus. His. n. possumus vehementer repugnare, & propōnem, in qua insistunt confutare, vtpote male positam. quinetiam si eos vera dixisse concedimus, tamen quæ in partitione collocauerunt, manca sunt. Cū. n. aiūt, in quo versatur aliqua scia vel ars si alterius nec pars, nec pticula fuerit, debebat huic sectioni nectere illud, vel instrumētum, q̄m artes & instrumenta postulant ad vsum vel suū, vel aliarum. Cū ergo sileant illud, vel instr̄m, proferunt & volunt, dialecticen partem esse vel particulam. Sed me quidem hercule si integram perfectamque propōnem tradere voluissent, eam hoc modo enunciassent, in quo quædam ars aut scia versat, si idem, nec pars, nec particula, nec instr̄m alterius scientiæ est, nimirum pars, vel particula vel instrumentum erit eiusdem sciētiæ, vel artis, idque eo nectere debuissent antedictæ partitioni vt si vera concludere voluissent præcisis duobus diuisionis membris ostenderent philosophiæ instrumentum esse dialecticen. at Stoici quia prætereunt silentio instrumentum, negant illam esse particulam. cōprobant itaque partem esse, idque astruunt si pars solum extiterit, si vero instr̄m, nequaquam. etsi. n. hæc rōcinandi ars ad vsum aliarum veneat, non tñ cæteræ disciplinæ illam tanq̄ partē phiæ ad vsum suum petunt, & sumunt, q̄n quidem & perpendiculum ab arte struendi principe efficiatur, quo eiusdē minime pars est. Non. n. in animo huius artificis est sic perpendiculum architectari, vt fores, vel abacum fabricare, sed illud tanquam ad id quod vult opportunum instrumentum efficit. Deinde perpendiculum & huic fere similia instrumenta aptius effecta dicerentur, quam partes. Neque sane ars fabricandi princeps

ædificandi facultate inferior est, itaq; neq; philosophia reliquis scientiis diceretur vilior, etsi instrumento illo vteretur, videlicet via & ratione concludendi & ratiocinandi, quod sibi philosophia fabrefecit. Neque enim asseruerim quod omnino ab aliqua arte extruitur eiusdem illud partem esse. Faber ærarius porro incudem tundit, & malleum apparet sibi tanquam artis suæ instrumenta. Item faber ædificandiq; magister malleum & vlnam efficit, quæ quidem non dixerim partes ærariæ, aut artis ædificandi. Similiter itaque philosophia logicen tanquam instrumentum sibi suum adaptat, qm̃ hominum nemo rerum diuinarum humanarumq; sciẽtiam sine demonstratione consequi potuit, qua si aliæ quoque artes vtuntur nihil absurdi video. armis iccirco milites vtuntur tanquam effectis artis eius, quæ arma efficit: & auriga frenum requirit, quod est effectum artis eiusmodi. Multę quoque alię artes vel sibi, vel aliis instrumenta conficiunt. Qui ædificandi magister est cum sibi & sculptori primum, tum deinde aliis artibus perpendiculum aliaque pene infinita apparat & suppeditat. Quin etiam si hęc disciplina differendi pars philosophię existimatur rhetores & Medici cum ea vtãtur suo tanquam instrumẽto, & rõcinentur, nobiliores longe erunt Philosophis, & Philosophia multo & medẽdi & dicendi arte quidem inferior. Quando.n. duæ extant artes & vnius pars vel effectum est alterius instrumẽtum. ea sane honoraria magis est, multo melior, quæ vt finis alteri præponit, ac vtitur quadam alterius parte tanquam suo instrumento, velut ea, quæ frenum facit, vel simpliciter æraria & equitandi ars. Nam instrumentum artis equi regendi ac tractandi frenum est, sed pars vel opus erariæ artis, vel excusoriæ, iccirco & illa de incidendis locis est excusoria & fabrili arte præstantior. Itaque philosophia erit & rhetorice & medicina vilior longe, cum vtantur logicæ, quæ à Stoicis pars philosophiæ defensa est. Ecquid dico de rhetorice & medendi arte: immo quamplurimis artibus quæ sola experientia nituntur, philosophia erit multo inferior, quoniam hæ quoque quodam communi instinctu ratiocinantur, & quædam sumunt pręcedentia, è quibus sequentia concludunt. Aedificator enim vbi prouidit domicilia nostra extruenda sic, vt secura beneq; fundata sint, decernit fundamenta sic iacere oportere vt firma sint. Itidem de reliquis dicendum est. quapropter concluditur deteriorẽ esse phiam & artibus mediocribus. Præterea pars ea iudicatur quæ sua præsentia aliquid vniuerso cõfert, qua sublata idem mãcum videtur. Nam licet & ea pars Philosophiæ quæ in rerum contemplatione consistit, & ea quæ in actione versatur, suapte queant natura sine logice subsistere, attamen demonstrationem cupiunt ad ea quæ volunt percipienda, itaque hæc disciplina non est relata inter Philosophię partes. Adde, pars quæque sui gratia subsistit, sed instrumentum alterius: at disciplina differendi non sui causa, sed demõstrationis suscipitur. Item sublatis partibus, vniuersum concidit, sed instrumento præciso nihil euertitur (Si enim securis sublata fuerit, attamen abacus erit) sed dialectice dempta nihilominus philosophia restat. Ac partium munus est vniuersum componere, sed instrumenta minime componunt aliquid, itaque partes non dixerim instrumenta. Quod si quis exemplo manus ĩpulsus eãdem & partem & instrumẽtum corporis fateretur, iccirco absurdum non esse diceret, vt ratio differendi & pars & instrumẽtum sit. Respondebimus non eiusdem esse partem & instrumentum, sed corporis qua corpus pars dicitur, instrumentum vero animi similiter hæc disciplina. Est enim instrumentum veri percipiẽdi, sed minime pars, quemadmodum neque manus est animę pars, & sine illa vt diximus extat philosophia: Cæterum quoniam Stoicorum opinionem confutauimus, & palam logicen philosophiæ instrumentum fecimus, persequamur modo Platonis sententiam qui dialecticen & instrumentum & partem philosophiæ tenuit & defendit sibi constans, neque repugnantia inter se asserens, sed quando artem rationemq; differendi solitariam nulli materiæ sociatam, nec rebus addictam, sed meram artem ac nubem quæ ad vsum solum referatur, tum illam asserit instrumentum esse, cum vero hæc ipsa vsum suũ ac munus rebus adaptat, tum pars philosophię dicitur. Cum enim tradit illa præceptum hoc ratiocinandi, ex duabus propositionibus affirmantibus de vniuersa re quidpiam sequi cõclusionem, in qua aliquid de vniuersa re enunciatur, tum erit instrumentum, vbi nulli materiæ admiscetur coniunctaq; est, sed quando materiã adhibebimus, vt omnis homo animal, omne animal animatum, itaque omnis homo animatus, tũ erit pars, quemadmodum vlna est pars quando illa pars dimetita est corpus, & instrumentum quando illam solitariam mensurantem contemplabimur, & nomenclationem habebit, & mẽsuræ, & mensurati. Quod si cum materia sumeretur, erit pars mensurati: si sine materia. i. qua solum est mensura, instrumentũ dicetur. Hæc de recta rõne differẽdi à Pla. tractata sunt qui in Phędro & in Phædone partem illam censuit, quod cum materia sociatam sumpsit, sed illam in Parmenide velut instrumentum esse sine materia dixit. Et vt in pauca conferam, vt norma & instrumentum erit sine materia: vt alicui nexa materiæ, pars dicenda est.

PRAEFATIONIS FINIS.



IOANNIS GRAMMATICI COMMENTARII.

De priori resolutione.

Caput primum. Proponit dicenda, & diffinita propositione, eam pene illius quantitatem.



RINCIPIO *qua de re, & cuius gratia hæc institutio suscipiatur, dicendum est: quoniam de demonstratione, & scientia demonstratiuę: causa tradenda est.*

QVOD Attici suo more prætermittunt (oportet) qđ verbũ infinitis adiungi, solet, nos vno verbo protulimus, dicẽdum est, quod cõtextus orationis illud postulat. Vsu.n. recepta est apud Atticos figura ἔλλειψις, in qua deest verbum illud (oportet) Attende tu hæc verba de demonstratione, & scientiæ causa suum cuiq; propositioni: vel vocibus prædictis respondere sic, vt de demonstratione respondeat, & huic causa scientię demõstratiuæ

stratiuæ illud (de quo) Demonstratio à scia demonstratiua discrepat, quod scia demonstrandi animi nostri habitus est, sed demonstratio est actio, quæ à scia proficiscitur. Verum Arist. cum finem dicendi de scia demonstrandi facit, demōstrationē à scia demonstratiua non differre tradit: quo in loco hęc inquit. itaq; de rōcinatione, & demōne quid vtrunque sit, & qūo efficiatur, perspicuū est, simulq́; patet quid de scia demōstratiua sentire debeamus. Restat vt è præfatione hac patefactum ab illo scopum & propositum hauriamus. Est.n. in animo eius artem afferre tradereq́; demonstrandi. Quod si quis illico dubitarit, propterea quod neq; apte, neq; congrue suam mentem aperit, qm̄ nec primo, nec secundo libro de rōcinatione demōratina disserit, tñ de hac voluit disputare, cum principio polliceatur se dicturum de demōne causa adipiscendæ artis demōsandi. Huic respondebimus, Aristo. propositum esse primū de demonstratione dicere, de quo nullam ingredi tractationem potest nisi prius ratiocinationem simplr tradat, qua de causa illam primnm docet, & quia hæc disciplina refertur ad artem demōrandi, merito perpetem tractationem refert ad demōnem dicēs (de demonstratione) quemadmodum si agricola suæ agriculturæ scopum assereret, vt panis conficiatur, & arborū incisor, vt nauis extruatur. Quinetiam cum vna sit ars resoluendi, primis libris ea docet, quæ visui demonstrationi plurimum sunt, quandoquidem materiam & genus demonstrationis tradat, vltimis vero libris de demonstratione disputat. Quæ autem oīa ante finem fn scipiunt, ad eundē referūtur. Quocirca in calce libri de posteriore resolutione & finē huius īstitutionis, quā præfatione hac cōplexus est & iuulgauit, palā iradidit, quo scilicet de fine paulo ante memini cū dicerē, De rōcinatione & demōne &c. Arist. itaq; & postremo memorati libri loco ea concludit, quæ hoc loco proposuit.

Postea quid sit propositio, quid terminus, quid ratiocinatio quæ etiam perfecta, quæque imperfecta statuemus.

Hoc loco geometras Arist. imitaт, qui cōsueuerunt quædā decreta & præcepta primū petere, quæ his prosint, quæ demōsare cuperent. itidē facit Arist. quę.n. visui doctrinæ artique rōcinandi fore præuidit, prius cepit. Quęrendū est, cur in enumerandis rebus, de qnibus dicturus est, à termino, vtpote simpliciore, exorsus nō est, & deinde non sit persecutus quæ sunt magis cōposita? Vel quāobrem si à compositis initinm sumere volebat, non ortus est à rōcinatione, postremo loco de termino dicēs? Quidā tradūt lib. de Interpretatione, qm̄ de propositionibus disputatatum est, icci rco ab his quæ illustriora sunt aiunt Arist. exorsum esse cū initiū dicendi à propōne fecit. Addunt propositionis nomen ęque oratoribus & philosophis perspectum esse, termini vero nomē nulli perspicuum ante Arist. fuit, qui partes orationis primus terminos appellauit, quod quidem infra explicabitur. Quocirca sibi tractandum esse de termino posteaquā de propositione egerit merito duxit, quoniam videbatur eius nomē nouum atq; inusitatum, icci rco magis arduū difficiliusq́; erat quid esset illud cognoscere. Atqui diluam obiectum meo quidē iudicio melius, cum ea quæ alicuius rei explicandæ causa dicuntur, illustriora notioraq́; esse debeant, cumque in definitione termini collocetur propositio eiusdem illustrandi gratia (quippe cum definiatur terminus, in quem dissoluitur propositio) icci rco à propositione orsus est. Quæ enim in definitionę alicuius reponuntur, apertiora fiut oportet, si volumus quid sit quod definimus cognoscere. Eadem opinor causa cum propositio ratiocinationis definitione contineatur, quod ea parte vbi dicit (si quædam) indicabitur, aggressus est prius propositionem quam ratiocinationem, quod aliter fecisset, si ratiocinatio sita esset in definitione propositionis. Quoniam itaque propositiones magis simplices sunt, quam ratiocinatio, & definitione comprehenduntur eiusdem, merito de illis prius disserit. Scito præterea terminum, vocem simplicem, dictionem, nomen, verbum subiecto non sed habitu quadamque relatione differre. Quando enim dictio ratiocinationis pars fuerit, terminus dicitur: quando pars propositionis, dictio: quando huius subiectum, nomen: quando enunciatum de subiecto verbum, quando vox simpliciter significans vox simplex. Aliud quoque aduerte discrimen. vbi articulus aderit, nomen dicetur. vbi tempus significabitur verbum: & ne de partibus latius dicam, veniam ad propositionem, quæstionem, instantiam, conclusionem, enunciationem, quæ (vt alias patefecimus) subiecto consentiunt dissident autem quadam habilitate. Si ratiocinationem conficere in animo fuerit, oratio quę ad id inuenta fuerit propositio fertur, quando eadem oratio ad disputandum cum aliquo suscipietur: si verbi causa dicatur, Est ne animus immortalis, quęstio est. cum alicui affirmanti vel neganti aliquid obiecerimus contrariam orationem, tum instantia adducta erit, quemadmodum si asserenti animum nostrum immortalem, negabimus dicentes immo illum mortalem. conclusio appellatur quæ ratione argumentoque concluditur, velut Animus à se mouetur, quod à se mobile est semper cietur, quod semper agitatur, interitus est expers, itaque animus immortalis. Enunciatio autem tum est cum quidpiam de aliquo vel asserimus vel negamus. Postremo scias velim omnia argumenta quæ prima continebit figura, perfecta fore, quæ vero secunda & tertia imperfecta erunt. Sed quomodo perfecta, imperfectaue sint, cū progressa fuerit oratio nostra, explicabo diligentius.

Ac deinde quid sit in vniuerso esse vel non esse, & quid illud sit quod de omni re vel nulla enunciatur.

Propositiones duas comparationes retinent, alteram subiecti ad id, quod prædicatum vocant vel enunciatum, alteram enunciati ad subiectum. illa subiecti ad enunciatum in vniuerso esse dicitur quando veluti proferimus hominem ab vniuerso animali genere contineri. aut à nullo lapide complecti. reliqua de omni appellatur, velut quando dixerimus animal de omni homine dici, vel de nullo lapide enunciari. Hæ sane appellationes notationesque subiecto consentiunt, discrepant (vt diximus) compsratione.

Itaque à propositione ordiamur, quæ sane oratio est affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo.

Perinde vt se recepit facturum exoluit à propositione porro orditur, quam cæteris præposuit, quamque cum definire cupiat, genus eius tradit orationem. Hæc enim enunciatur non modo de enunciatione, verum etiam de interrogandi propositione atque aliis similiter. differentias illius cum ex qualitate, tum etiam ex quanto affert: qualitates propositionis sunt affirmatio, & negatio. quantæ sunt ex propositiones quæ vniuersæ, quæ signatæ certius, quæ incertæ indefinitæque dicuntur, è quibus differentiis sex partes vel species

propositionis ducitur, si vnaquæque, i. vniuersa, certa, indefinita duplicetur per qualitates, idest per affirmationem, & negationem. Nunc omisit singularem propõnem, quia ad rem non facit, propterea quod ex his nulla scientia comparatur. Quidam autem ferunt (quorum princeps est Alexan. Aphrodisieus) non propriam hoc loco propositionis diffinitionem Arist. tradidisse, quod admodum subtiliter probat. Partes propriæ definitionis definita quacunque re ampliores esse debẽt: quemadmodum hominem definimus aĩal rationale mortale mentis atq; scientiæ capax. in qua definitione nulla pars posita & constituta est quæ non redundet maneatq; latius quam res definita Etenim aĩal & mortale rationale homine sunt latiora communioraq; : nam rationale alterum differentiam, alterum vero speciem dicimus. Sed diffinitionis traditæ partes secus se habẽt, quandoquidem affirmatio & negatio, quas velut differentias complexus est, & generi iunxit, non redundant magis, nec serpunt latius, quàm res definita. i. propositio, Imo quæq; separatim minus longe vagatur, quàm propositio. Atq; orationem nec affirmationi, nec negationi genus esse probat. Et ne in contentionem verbi incidamus, orationem vult eam, quæ enunciatio est, quæ si genus defenderetur esse, nimirum non vni prius hæreret, & alteri posterius: at prior nõ solum quadam dignitate, sed etiam tempore oĩum pene consensu est affirmatio negatione. Simplicior. n. est affirmatio, qm̃ si illi addatur particula negandi negatio euadit. His itaque respõdebimus & ad secundam dubitationem occurrendum est, qm̃ verum esse decernimus vnam speciem altera non esse priorem vel viliorem qua genere cõicant, sed qua dissident suis ac propriis differentiis quæ constituunt species. Etenim genere consentiant æquæ species quæ regione separatæ sunt necesse est, & hac via indicamus genus ne cõiter de speciebus enuncietur, & si cõiter suis sese adaptat partibus vel speciebus, attamen hæ non sunt æqualis nobilitatis & dignitatis, qm̃ hoc fieri nequit, si substantiæ differunt. Qui. n. contenderet species dignitate pariter concurrere, tollat oẽ pene rerum discrimen, præcipue substantiarum oportet. quod si dissident, itaq; aliæ res sunt nobiliores meliores, & maiores. aliæ vero inferiores, non itaq; vt propriis affixe differentiis sunt species huiusmodi esse existimantur, & sub vno genere collocantur, qm̃ nihil tanquam genus de aliquibus enunciaretur, cum singulæ quæq; species gradus dignitatis suæ cognoscant, & aliæ altiorem obtineant, aliæ vero humiliorem: sed si æqua cõione generis consenserunt, de illis idem enunciabitur, quamuis vna reliqua prestantior sit, Quẽadmodum homo ob rationem præstantior equo est, nihilominus aĩalis natura pariter gaudent & potiuntur. itaque non est mirandum, si affirmatio è regione à negatione distans species sit enunciationis longe apposita sibi præstantior. Neq; argumentum adductum persuadet, qm̃ non propterea affirmatio prior & antiquior est negatione, quod hæc est simplicior, illa vero magis composita, sin vero, homo equo, caue esset posterior atque deterior. Nam ratione superat redundatq; homo magis quam equus, qm̃ cum rõnale & irrationale animalis differentiæ sint, cætera animantia solum irrationalia sunt. Homines vero quoad libidinem, iræ feruorem, sensum, phantasiam, animalia itidem rationis expertia sunt; sed ratione præterea potiti à cæteris distinguuntur, superant itaque ratione cætera animantia. itaque magis compositus est homo & lõnge aliis perfectior. Non hoc itaque auderet aliquis fateri, equum & canẽ, vel aliquod aliud simile animal, q̃ qm̃ nõ tot facultates habent vt homo, icciirco simpliciora homine sunt, eodem priora tempore & natura esse, neque itaq; affirmatio antiquior meliorq; erit negatione. Præterea si diuidatur animatum in animal & plantas, atque ea quæ vtrauq; vitam & plantę & aĩalis degunt ζωόφυτα plantæ differentiæ erunt alendi. procreandi, augendi facultates, quas superãt ζωόφυτα sensu & motu ĩ loco. Equus autem præter has facultates sensus, & motum ad locũ, appetitionem & phantasiam obtinet, homo demum redundat ratione, & hac cętera animantia (vt diximus) superat. itaque homo magis compositus est & simplicior erit planta, & inter hæc media erunt vtranque degentia vitam plantæ, & animalis, & cętera animantia rationis expertia. Sed quis assereret plantam natura priorem homine quia in ea abest illa copia & compositio sensuum & rationis, qua homo redundat? Atqui forte quispiã repugnare poterit. Non ergo necesse est vt simplicia natura & tempore ea præcedant coaugmentata, concreta, composita, quę ex illis constituuntur? Immo fateor, sed inter simplicia & simpliciora non nihil interest. Simplicia quidem, aut sunt elementa, aut horum retinent officium & rationem, icciirco sua cõposita præcedunt, verum ex his composita alia magis, alia minus huiusmodi sunt. quæ autem minus sunt composita, non icciirco sunt natura priora his, quæ sunt magis composita. Et ne me putes paradoxon quoddam dicere, exemplo astruã. Octo sunt orationis partes, è quibus oĩs coaugmentari potest oratio. Hæ itaque partes totæ oratione priores existunt, quæ si tollantur, ruat, concidat oẽo necesse est. Sed orationum alia è duabus cõstat partibus solum, vt homo currit: alia è tribus, velut hic homo currit: alia è quatuor, vt hic talis homo currit: alia ex quinq;, velut hic talis hõ velociter currit: idem de reliquis dico. Oratio itaq;, quæ duabus partibus solũ cõposita est, ea simplicior est, quæ ex tribus comparatur, idq; gradatim in cæteris sic, vt illa cæteris sit compositior orationibus, quę octo constet partibus, velut. Contra me aũt miserum adhuc miseriam meam cognoscẽtem, quam tamen orationem nemo tuto dixerit posteriorem illa, homo currit. Natura sane primum id fertur quo præciso, reliqua euertũtur, & quod introducitur, & non introducit, insertq; aliud, vt aĩal homine prius est natura. Secus aũt se habent memoratæ orationes, qm̃ nulla sublata reliqua tollitur, nec vna reliquam infert, nec ab alia introducitur. Itidem dicendum est de rebus physicis, in quibus differẽtiæ, & genera è quibus constituuntur spẽs simplicia sunt, quibus euersis ruunt species, sed nulla species est altera natura prior & antiquior, & si alia pluribus constet differentiis, alia paucis, vt diximus de homine & equo, quorum nullua infert reliquum, neq; sublato equo interit homo. Idem dicas itaq; de affirmatione & negatione, quarũ vna non introducit reliquã, neq; vna sublata reliqua abest. Nã & si videatur propõ certa vel signata affirmatiua, alteram certam signatãq; negatiuã inferre, attñ retrorsum negatiua infert affirmatiuã, qm̃ veræ per se ipsas sunt. Itẽ si vniuersæ propõnes suas certas & signatas vna secum sublatæ rapiunt, & euertunt, attamẽ inferunt etiã, qua parte falsæ sunt posteriores natura, nec inferunt à certis signatisq; propõnibus, quod sane proprium est his, quę sunt priora natura. Propõnes, quarũ vna alteri cõtradi-

cit,

cit, nec mutuo sese tollunt, nec inferunt, imo secus fit, qm si alteram veram nactus fueris, alteram omnino falsam comperias oportet. quod sane et cernimus in spēbus subæ quæ inter se dissident, velut corpus, & incorporeum. Et certe necesse est, vt de quo enunciatur corpus, nequeat incorporeum affirmari. Adde corporis duæ species sunt, altera animatum, altera inanimum, & hæc in eodem simul esse non pñt. Quanti prçterea altera spēs est quantum discretum disiunctumúe, altera continuum, quas simul de vno eodemq; in eodem tpe affirmari non dixerim. Quamobrē si contradictio vt diximus se habet, itaq; recte spēs enunciationis asseruimus decreuimusq; affirmationem, & negationem. Sed nescio quō dicendo tam repente prolapsus sum in ea, quæ à me minus constanter dicta videntur. Nam supra proferebamus in homine inter se repugnantes differētias, cum illum quo ad iram cupiditatem cęterosq; affectus humanitatis rationisq; expertem & humanum rōneq; vtentem fecimus, at confestim proxime supra professi sumus in eodem minime posse duo mutuo repugnantia inesse atq; subsistere. Sed me hercule, si quis mentē rōni nostræ adhibuerit, nouerit nos haud inconstanter dixisse, qm nihil refert, vt in eodem contraria collocentur, verum magni interest, si in eodem illa reposueris ẜm idem. proinde in oculo atrum candidumq; videntur, sed minime illa contraria conspicies in eadem parte. Quinetiam in manu continuum atq; disiunctum inuenies, sed discretum disiunctumq; in digitis situm, & in reliqua manu continuum. Similiter itaque in hoīe duo contraria reponūtur, ratio, humanitasq;: rō. n. alia in parte constituta est, humanitas autem in alia iacet. quæ sane dicta cum perspicua sint, alio loco latius tractāda relinquam. Sat est monuisse in eodem repugnātia inesse, sed non eadem in parte sic, vt oculum album, & nō album dicere possimus. Atq; in cæteris & animātibus duas differentias oppositas ac repugnantes facile est videre, sed non in eodem loco. Non in carne est sentiendi facultas, in ossibus vero abest, quare aīalia sentire, ac non sentire dicerentur. Præterea corporeum & incorporeum aīal dici potest, siquidem eius qualitates incorporeæ sint. Deniq; idem aīal esse oino, idest eandē spēm contrarias species minime fatemur. Cum. n. huius generis animati tres sint species, animal, zoophyton, planta, idem esse nequeunt aīal, & planta, vel animal & zoophyton, & si differentiæ inferiores simul sint cum superioribus. Nequeūt item homo & equus idem esse, similiter & negatio & affirmatio se habent. Reliquum minus recte aduersario concessi, affirmationem simpliciorem esse negatione, quæ. n. composita sunt simplicium significationem retinent. Negatio aūt non video quō affirmationis vim significationemq; sustentet. vocibus. n. compositior est affirmatione negatio, sed significatione nequaquam. cum. n. profertur, Socrates non ambulat, hac in negatione non est sita affirmatio, sed vt hæc affirmat Socratem ambulare, ita illa negat. Soc. non ambulat, hæc non sola vocum coaugmētatione oratio dicitur composita: imo significatione. Fit. n. plerunq; vt simplex vox sīgnationem cōpositā habeat, & retrorsum cōposita vox simplicē sīgnationē, quod lib. de Interpretatione didicimus, fortasse si quis diligenter attēderit, negatio longe simplicior quo ad sīgnationē ipsa affirmatione erit, quia affirmatio subiecto nectit & copulat enunciatū, negatio disiungit & separat, quapropter (vt dixi) neutra sublata reliquā aufert, nec posita introducit. propō. n. quæ de his est rebus constituta, quę fieri non possunt, semper falsa est si est affirmatiua, si vero est inficiatio quædam atq; negatio, semper vera. contra propō affirmans è materia necessaria, cōposita semper vera, huic opposita semper falsa. sed fieri nequit quin simplicia subsistant si cōposita existunt, vel si abfuerint simplicia vt composita sint, itaq; concludo negationem non esse affirmatione compositiorē. tot itaq; de altera dubōne nobis dicta sint. Reliquā amputemus, quæ definitionem calumniatur, propterea quod partes cuiusq; definitionis re definita ampliores latioresq; esse debent, & partes traditæ definitionis secus ac diximus se habent. qm affirmatio seorsum, & negatio sitr angustior propōne est primum nego partes definitionis huius esse re definita angustiores, qm affirmatio, vel negatio, & prorsus ea pars alicuius de aliquo nō solum fertur de propōne, sed etiā de qōne, instantia, conclusione. sed hæc responsio forte huic dubōni necessaria non est. itaq; respondeo (meo iudicio) aptius. Quæque definitio genus & differentias desiderat, & cum est commodum differentias teximus specierei; definitæ maxime proprias quæ vtpote soli rei explicandæ congruant. Hæc sane differētia mentis sciaq; capax nulli præter hominem apta est, par quoq; & impar numero accōmodatur solum. sunt. n. quæ vni certe rei solum apta propriaq; sunt, quę in nullo reperies, vt par & impar numero, atq; vna cōplecti linea, in cuius circuitu, & in medio sit centrū, à quo lineæ cōfluētes ad rotundā lineā æquales sint soli orbi globosæq; figuræ peculiare est. cum porro rotundam figuram circulumq; definimus, hunc patefecimus esse figuram planam vna rotundam linea, in cuius ambitu interiore pūctum est, à quo omnes rectæ lineæ ad rotunditatē accedentes inter sese ęquales sunt. quales definitione postremas drias non latiores nec angustiores orbe rotundaq; figura, cū huic solum aptæ propriæq; sint, iuenies. Huic alias q̄ plurimas similes differentias proferre in mediū possem, sed veniam ad id, quō iudicant pleriq; sapiēter vbi desint vltimæ driæ, harum loco propria ponenda esse. quod quidē faciūt, vt qui definiunt equū aīal rōnis expers ad hinnitum aptissimum, vt vltimā driam adiūgat definitioni, in qua deesse videtur, qm si eius differētiæ, quæ substantia est, copia esset, non laboraremus in iungendis proprietatibus definitioni, cur itaq; mirum est, si assignata definitio propositionis complexa sit differentias maxime proprias, quę nulli prçter rem definitam congruant? Hoc. n. suo iure vera rectaq; definitio petit, quo iure illa pars {alicuius de aliquo} in definitione allata ponebatur, vtpote soli propositioni apta. deinde illa pars {affirmatiua vel neg.} si velut vna sumatur, non erit angustior presiorq; propōne definita imo æqualis eidem, & illa coniunctio {vel} non disiūget partes, sed copulabit potius, & loco huius {&} sumetur sic, vt ambæ de vno videantur genere. i. de enunciatione vel propō enunciati. Enūciatio aut ppō, aut affirmatiua, aut negatiua est. Iam. n. lib. Porphyrianæ institutionis confessi sumus oppositas drias in eodem gnē nō modo potestate, sed etiā actu inesse. Quod si vtraq; partem non tanq̄ vnam differentiam, & {vel} ita interpretabimur vt disiungat vtranque, nimirum non erunt differentiæ quæ constituant genus, sed quæ diuidāt. at in definitionibus nō collocantur driæ, quæ diuidāt rē definitam, sed quæ constituant vt animalis aiatū, & sensus capax, qm priore ab inanimis secernit rebus, posteriore

riore vero à plantis, cuius diuidentes differentiæ dicun tur rationale, rationis expers, mortale immortale. Et sane perspicuum est primas definitioni necti solere, & minime posteriores diuidentes. Idem sentio de propositione aut enunciatione, qm affirmationem negationemq; velut vnam differentiam, quæ constituat genus, accepimus, quod si disiunctas illas intellexerimus, profecto erunt differentiæ, quæ diuidant propositionem, & non quæ constituunt. Quare si velut vnum suscipian tur, rei definitæ adæquantur. postremo ne perfugium aduersario vllum relinquatur, definitio neq; reprahendenda confutandaq; est, & si non placet ea interpretatio qua {vel non disiungere affirmationem & neg.} sed loco huius {&} coniungere asseruimus, qm tum fatebimur si {vel} disiungit positam ibi, vt species distinguat & separet, & reliqua oro erit definitio.i.propositio, est oro alicuius de aliquo: idque quemadmodũ aliquis definiret numerum esse quandam multitudinem ex vnitatibus coaceruatam, quique deinde vellet breuiter species numeri insinuare atque afferre, & adderet definitioni parem vel imparem, quę si differentiæ essent non adducerentur, vt constituerent genus, sed vt diuiderét. Quod si hæc nos delectat interpretatio, definitio tradẽ da est, hoc modo: Propositio est oratio alicuius de aliquo affirmatiue, vel negatiue. hanc interpretationem admodum subtilẽ mirumq; in modum ingeniose adductam, & proprie ad id quod volumus aptiorem ex his, quæ subiungit perspicuum esse inquit.

Hic item vel est de vniuersa re, vel de certa parte, vel indefinita.

Vbi aliqua res definitur, non collocatur coniunctio, quæ separet, & disiungat, quæ.n. definitione complectuntur, rei explicandæ congruunt. Homini inquam animal, rationale, mortale, mentis scientiæque compos tribuuntur congrue. Verum non omni propositioni affirmatio, negatioq;, aut vniuersitas, & certa partis sigñatio, & indefinitas cõgruũt. Hoc proinde loco propónem Arist. partitur, neq; hæ differentiæ constituunt, sed distinguunt, nisi velis (vt dixi) vt vnum illas colligi, at simul sumi nequeunt, qm quæq; quam diuiueris cuiq; speciei sub suo gñe, si id ipsum fuerit quod defini tur, quadrare, & congruere debet: siquidem vltimæ verissimæq; speciei, quam indiuiduam vocat, adesse debet maxime illi propria differentia, vt animal substantia est alata, quæ sensu potiri queat, quæ definitio cuiq; aiali accõmodatur. Hominis præterea definitio cuiq; homini indiuiduo: & quæ cũq; pars eius, vt nobis supra dictum est, apta est. at si velut vnum affirmationem, & negationẽ intelliges, de nullo enunciari poterit, nulliq; cõgruet, similiter si propónes sumpseris de vniuersa re, de certa quadam parte, & indefinitam nulli aptare poteris. itaq; hoc loco affertur sola diuisio propónum, & definitio est propónis oratio alicuius de aliquo, cuius partitio est ſm qualitatem in affirmationem, & negationem, sed ſm quantum in propónes de vniuersa re de certa quadam parte, & de indefinita atq; incerta. quæ cum deinde se habeant vt narrauimus, præcisa erit hoc loco amputataq; dubitatio, quæ affirmationem & negationẽ in definitione positas esse velut dñas volebat, & iccirco quã partẽ cũq; esse augustiorẽ presisioremq; re definita affirmabat, qm illas partes definitionis esse negamus, sed solum formæ speciesq; sunt in quas partitur genus, pars itaq; quæ definitione complectitur sola hæc est (aliquid de aliquo) quæ nec latior est definita re, nec angustior: quandoquidem oĩ propóni, & huic sole cõueniat. sed forte instaret quispiam, qm vt in aliis vsurpatur definitionibus, in quibus differentiæ maxime ad speciem pertinẽtes sunt cões, quo in genere sunt rationale & mortale, ita cões erunt differentiæ quæ definitioni propositionis annectuntur. sed is sciat specierum formarumq; sub aliquo genere quasdam esse dñas cões vt rónale, quæ sane differentia tam homini quam angelo tribuitur. sed hoc loco talis nobis nõ suggeritur suppeditaturq; natura, qm confestim post genus, quod est oratio, sequuntur species, quæ nullo intercedente cõi sunt seiunctæ, quæque suis propriis differentiis maxime potiuntur, & discernuntur ac formantur. sed adhuc nobis definitio differentiæ videtur aduersari, qm definita est, vt sit quę de pluribus forma speciesq; differentibus enunciatur, quo itaq; illa pars (aliquid de aliquo) differentiæ obtinet locum, si definitæ rei adæquatur? respondeo hoc dubium non modo adduci posse de hac differentia, verumetiam de quacunque alia, velut de hac hominis, mentis scientiæq; capax, & orbis circulique vna linea rotundari &c. sed minus videtur infestum molestumque huic differentia (aliquid de aliquo) quoniam cum propositio sit genus alternatum, in species has affirmationem & negationem deducitur, ac destribuitur, & harum cuique quadrat illa definitionis pars (aliquid de aliquo) quare hoc loco etiam eadem pars de pluribus & specie differentibus enuncia tur. Illa tamen scientiæ capax & mentis nõ de pluribus affirmatur differentibus specie, sed numero, propterea quod homini solum propria est, non secus hæc circuli differentia sese habet, vna recta contineri rotundariq; linea, sed aptius longeq; accuratius differentiam puto patefactam definitamq; si hoc explicetur modo. Differentia de pluribus & differentibus vel specie, vel nume ro enunciatur qualitatem rei declarans. quandoquidem hæc definitio accommodatur his etiam differentiis, quæ maximæ speciei & vltimæ tribuuntur. quanquam sit alia Porphyriana allata definitio, hæc videlicet, Differentia est qua vnam plus species habet quam genus, quæ illi propria est. Restat vt indicem in quibusdam exemplaribus non solum ea verba conscripta fuisse (aliquid de aliquo) sed etiam (aliquid ab aliquo) sed meo iudicio quod sequimur est melius. Quod si quis obiiceret, affirmationi ergo solum erit apta propriaque definitio, quoniam negatio non est alicuius de aliquo, sed potius negat aliquid ab aliquo. Huic satisfaciendum hoc modo puto vt hoc loco ea dictio (alicuius) significet enunciantem, illa vero (de aliquo) subiectum ex quibus cum nihilo minus constet negatio, perspicuum est, vt ea definitionis pars negationi etiam congruat.

Dico sane de vniuersa re propositionem, quæ aliquid vel de omni, vel de nulla re enunciat. Præterea illam de certa signataque parte appello, quæ alicui, aut non alicui, aut non omni aliquid adesse deesseque significat.

Si roges, quamobrem vna voce affirmatiuam propositionem de certa signataque parte, & negatiuam duabus vocibus his videlicet, aut non alicui, aut non omni expressit? Respondeo breuiter, quoniam negatiua de certa parte (vt monstratum est nobis libro de Interpretatione) cum duabus pugnat certatque propositionibus, cum vna inquam affirmatiua de certa parte, cum altera vero affirmatiua de vniuersa re, verũ non eadẽ certat acie cum affirmatiua de certa signataq;

signataq; parte, quia solū inficiati videtur id, qđ astruebat sua opposita affirmatio, sed illi de vniuersa re omnino contradicit ac repugnat. Sed ne suspensos sis dehinc animo, duabus vsus est vocibus, vt plerunque fit, quando vna res subest duobus nominibus.

Indefinitam statuo illam propositionem, quę nec de vniuersa re, nec de certa parte, sed solum de re aliquid affirmat, vel negat, quemadmodum dicimus contrariorum eandem scientiam esse vel voluptatem non esse bonum.

Cum supra expressisset propositionem de vniuersa re, quæ certo signo comprætenditur, & illam de certa parte suo quoque signo annexam & definitam, nunc eius propositionis affert exemplum, vt illud, contrariorum eadem est scientia, quæ indefinita sine signo vllo prolata habetur. Non.n.dixit omnium contrariorum nec alicuius contrarij, neq; nulla voluptas bonum, vel non omnis, sed profertur incerta indefinitaq;. Dubitāt autem quidam, qm̄ in tradendis exemplis vsus est articulis, qui vim tantam habere videntur, quantam signa, vel certæ terminationes subiecto propositionum affixę conneceq; possident quod visus est Arist. in commētarius de Interpretatione retulisse. At vero non concesserim articulos eandem, vel tantum viriū habere, quantum retinent illę terminationes vel signa. Sin aūt cum aliquis diceret hic Socra. Philosophus est, perinde diceret videretur, ac omnis Socra. Philosophus est, pronunciarit, quod vsus non patitur, quandoquidem nominibus propriis nullum vniuersitatis indicatiuum signum fert sociandum esse, quibus tñ articulum iungit. itaque vis potestasq; non eadem est articuli & terminationū, vel signorum, sed articuli iuncti propriis nominibus indices sunt relationis & eius vt Socratis, vel cuiusuis, quem ante nouimus: at adhibiti appellatiuis & communibus (quemadmodum libro supra cōmemorato de Interpretatione magister meus dixit) naturam & ideā hominis vel cuiusuis significāt. Cum enim proferimus hic homo animal, quid aliud enūciasse videmur, quam humanæ naturæ animal congruere? sed cum pronunciamus, omnis homo est animal, multitudinem quandam indiuiduorum sub specie indicamus. Quare tam illa propositio indefinita dici debet, cuius subiecto est annexus articulus: velut hęc, hic homo est animal, quā hæc, homo est animal sine articulo. Verum inter vtranque illud interest, quod prima cum articulo communem speciem affirmat animal esse, altera vero sine articulo quandam partem indiuiduorum, quæ sub specie collocantur significat. Denique hæc propositio hic homo albus, vel literatus est falsa existit, sed illa sine articulo vera homo albus, vel literatus. Itaque & si vsus est articulis, nihilo tamen minus indefinitas propositiones protulit.

CAPVT SECVNDVM.

Cæterum propositio demonstratiua à dialectica propterea internoscitur, quòd illa sumit alteram repugnantiæ contradictionisue partem.

Definitionem cōem propositionis supra cum tradidisset, nunc affert discrimen propositionum, quarum vnam vocat demonstratinam, alteram dialecticen disputationiué aptam; quo loco captiosam prætermisit, vtpote omnino inutilem. Duo itaque refert discrimina, alterum quod è natura nostra pendet, alterum è rerum vi ducitur: siquidem dialecticus vel disputator nō omnino vera amat & fulcitat, sed tam vera, quàm falsa sumit, modo ille quicum disceptat, disputatq; sibi assentiatur. At veri perquirendi auctor vel artifex, quæ duntaxat vera sunt amplectitur, & si ita nemini vt suscipit videretur, nemoq; illi assentiretur. Et quoniam vnum è natura rerum discrimen planum fecimus, reliquum sequamur à natura nostra natum, quod ab vsu quoque susceptum esse ducimus, quoniam disputator vniuersam contradictionem rogat, & ex his, quæ videntur illi quocum certat studiose eundem eo deducit, vt quo vētum est vitare nesciat repurgantiam vel contradictionem. Cum enim sis gloriæ opinionisq́ue causa cum aliquo certet, in eo suum studium & operam consumit, vt eum omnino ad inconstantiam, & contra dicendū sibi inducat, quocum, scilicet disputare ingressus fuerat. Sed veri perquirendi artifex cui solum mens est verum pernoscere, non interrogat aliquem, sed quod ipsi videtur, & verum esse sumit, neque vniuersam contradictionem vsurpat, sed eius alteram partem veram suscipit. Hoc proinde loco quærendum est, qua de causa superiore libro de Interpretatione de propositionibus Arist. cū disseruisset, hoc rursus loco quid est propositio repetit? sed iam præcisa est quæstio, quoniam supra diximus enuntiationem, propositionem, quæstionem, conclusionem, instantiam subiecto non dissidere, sed quadam solum comparatione & relatione. Hæc enim propositio, verbi causa, animus immortalis enunciatio est, quando aliquid significandi duntaxat causa sumitur, quando vero conclusionis gratia, vt ratiocinationis pars præponitur, propositio vocatur quoniam constare ratiocinationem ex duabus propositionibus arbitramur. Cum præterea quispiam dubitando hoc modo interrogaret, animus ne immortalis? quæstio tum erit, quando item in argumento concluditur, conclusio appellatur. denique si quis animum immortalē probaret, & alter inficiaretur dicens immo mortalem, tum instantia dicitur. libro Itaque de Interpretatione enunciatio tractata est diligenter, hoc autem loco de propositione, quæ argumenti, & ratiocinationis est pars, breuiter & plane disseritur.

Nam veri concludendi artifex nihil interrogat, sed sumit at dialectica oratio, interrogatio est contradictionis.

Vt diximus nullius auditoris consensum requirit desideratque qui demonstrat, quoniam vero tanquam saxo adhærescit, & si non ita videatur auditori, aut nullus existeret, qui audiret, solem duo de viginti partibus maiorem terra, quamquam multis ne pede quidem amplior videatur asserit. Contra disputator facit, qui victoria in disputando adductus ex his studet aduersarium vincere & superare, quæ ille dat & cedit, siue vera sint siue falsa. Oratio proinde dialectica est interrogatio contradictionis. Verum quemadmodum in commentariis de Interpretatione dialecticen orationem alterius partis contradictionis interrogationem esse voluit, (cum dialecticę interrogationem definiat esse responsionis, vel propositionis, vel alterius partis repugnāntiæ petitionem,) & hoc plane loco secus sentiat? Disputator enim decernit munus vniuersam contradictionem interrogandi. Respondeo itaq; vtroq; in loco Arist. sibi non esse inconstantem, qđ vniuersam licet, & partem solam interrogare. Nā re ipsa actuq; alteram partem rogat, sed vniuersam potestate desiderat atq; interrogat. Hanc esse mētem Philosophi hinc perspicuum est. Tradit sic pronunciandam esse dialecticā interroga-

interrogationem,& aduersario proponendam: vt audita vtram vel negationem vel affirmationem velit plane indicet. qua ratione dissidet dialectica interrogatio ab ea quæ sciscitandi solum causa profertur, quandoquidē illa satisfactū arbitretur vbi responsum fuerit, vel næ, vel minime. Si interrogabis nū animus imortalis satisfaciā illico respōdendo, aut imo, aut minime, sed alteri nō pancis satisfacere possumus. Si.n. roges hoc mō, hæc sane est percunctanti solum interrogatio, cui est pluribus orationibus satisfaciendū, proinde subiunxit. Quod si vniuersam actu contradictionem interrogabimus velut animus est ne imortalis, vel nō imortalis, tum aduersarius, quicum cepta erit disputatio non potest his notis. immo, vel minime respondere, vt disputare contra illum valeamus, qm̄ siue respondet næ, vel nequaquam: ignorabimus cui parti assentiatur contradictionis, vel quam inficietur. Disputatorem vnam proferentem actu alteram contradictionis partem potestate interrogare, vel ex eo maxime pespicuum est, quod respondens non ad eam, quam expresit, & pronunciauit partem respondet, sed ad alteram sæpe occurrit quę tacebatur, quod sane nequaq̄ efficeretur, nisi vniuersa cōtradictio potestate interrogaretur. Nā rogāti an animus iterius expers sit, aduersarius sæpe rndet, minime.

Et quanquam vna ab altera (vt diximus) dissideat ad eo augmentandam tamen ratiocinationem non dissentiunt. Etenim eque ratiocinatur qui interrogat, ac qui demonstrat.

Quoniam eo fuam refert orationem Philosophus, vt de ratiocinatione simpliciter disputetur antea nobis iccirco quid inter demōstratiuam & dialecticam propōnem interesset, ob quādam vberioris doctrinę largitatem tradidit, nūc vero qm̄ nonit quę proxime tractata sunt nihil ad ratiocinationem formandam & figurandam conferre, iccirco ex vtraque propositione pariter constitui posse rationem & argumētum dicit neq; hac ratione discrepant. Sine.n. disputator interrogando ratiocinetur siue minime, item siue veri concludendi artifex accipiat & non interroget nihilominus vterq; rōcinatione vtitur. at nobis propositum est de ratiocinatione simpliciter differere. postremo cum dicit {qui demonstrat} demonstratiuam propositionem significat cum dicit {qui interrogat} dialecticam indicat.

Cum vterque vel aliquid de aliquo affirmet vel neget. Quocirca propositio ratiocinationi apta eo sane, quo diximus, modo est simpliciter affirmatio vel negatio alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo, demonstratiua itidem si addas vt praterea vera sit, & hausta ex his, quæ principio rata firmaque habentur. Dialectica quoque apud interrogantem pracipue contradictionis interrogatio est.

Hinc perspicuum est cum supra definiebatur propositio, eam definitionis partem {alicuius de aliquo} tam affirmationi, quā negationi fuisse cōem, quod eo quidem, loco patefecimus. Nam hoc loco cum inquit de vtraq; propositione cōiter aliquid de aliquo diuisionē adiecit his verbis {affirmet vel neget} Deinde inquit {Demonstratiua itidem si addas vt præterea sit vera, & haustra ex his quæ principio rata firmaq; habētur} Nō enim propositio huiusmodi talis fiat solum verum desiderat, quandoquidem interdum dialectica propositio vera sit, sed illud quoq; postulat vt ne ex communibus notioribus, vel ex probabilibus deprompta videatur. Principio rata firmaq; appellat cōmunes notitias atque assumptiones, quæ sunt demonstratione longe meliores & digniores, siquidē sua se fide astruūt, itaque exibeant cuique, vt qui audit is sine cōtrouersia cedat & assentiatur. demonstrationes contra creduntur, ob illas, vel dixit {ex his quæ principio rata firmaq; habentur} quoniam ratio demonstratiua parit scientiam, & quæque scientia sua complectitur principia & quædam fundamenta firma vltra quæ non est progredi. Grammatice sua principia habet, quæ sane sunt elemēta, vltra hæc nō est datum arti latius serpere, quemadmodum nec Geometriæ vltra punctum eius principium, nec Arithmeticæ vltra vnum. Hanc itaq; propositionem demonstrationi aptam fatetur depromendam esse ex propriis principiis & fundamentis quæ rata sint & firma, vltra quæ altius illa petere nequeat, velut Grammatico propriæ sunt propositiones, quæ aliquid de elementis & syllabis proferunt, itidem aliis disciplinis euenit.

Sed apud eum qui ratiocinatur eadē propositio assumptio est eius (vt nobis dictum est libro de Locis argumentorum) quod videtur & probabile est. Quid itaq; propositio sit, & quo differant, hæ videlicet ratiocinationi apta, demonstratiua, dialectica, accurate quidem alius in libris persequar, sed quantum prasens vsus desiderabat, nunc illa satis arbitror nobis tractata fuisse.

His nollem tibi persuasum esse, vt putet Arist. interroganti sumēdum esse omnino probabile, quod enim aduersario placet id ille confutat, quod interdum contrarium probabili est, velut si interroges num Soc. iustus sit, fortasse respondet minime, & contrarium probabili sibi confutandum sumet. Itaque ex his quæ videntur aduersario, probabile accipiet quod ab eodem erit datum aut concessum. Probabile multis sane modis fertur, vel enim omnibus videtur, vel pluribus, vel illustribus & claris hominibus, de quo (ne plura dicā) Arist. libro de Sede argumenti multa plane tractanit.

Terminum voco in quem dissoluitur propositio, quemadmodum est enunciatum, & id de quo enunciatur.

Quæritur quidnam sit causę, quod cum propositiones non modo ex subiecto & enunciato, verumetiā ex tertio enunciato, & modo constent, in subiectum & enunciatum solum propōnem dūtaxat dissolui asserat. Diluo dubitationem propterea quod id de quo est oratio, & enunciatum de illo sunt propriæ solum orationis partes, reliquæ vero, quæ propō complectitur vsu coniūctionū habentur. Eo qnidē verbo (voco) cū neq; diffiniens propositionem, neq; diffinitus ratiocinationem vtatur primus fuisse videtur, qui nouitatem vocabuli orationis partibus indidit. Nam propōnis & rōcinationis vocabula ante se vsitata inuenit. Terminus pars orationis vocatur, quoniam quo dissolutio ratiocinationis perueniat indicat. Nam vbi ventum est ad eum, terminatur dissolutio, idque apud Phos & sapientiæ studiosos dico, quod Grāmaticorum plurimi voces solum significantes tractant, & deserunt, quę non significant & multo magis relinquūt syllabas. Cæterū enūciati definitio esto, vt de altero affirmet aliquid, vel neget, subiecti vero, vt de quo alterum dicitur, vel cui aliquid adest, vel abest. Reprehendam non ab re illos hoc loco, qui subiectum definiunt id esse, quod subam significat & enunciatum id, quod accidens indicat, qm̄ subiectus terminus æque vtrunque significare pōt, vt enunciatum velut homo est animal, qua in oratione vterque terminus substantiæ index est, cū pnunciaē album est color, vterq; significat accidens, si proferatur hoc album homo est, subiectus terminus accñs idicat, & enunciatum

ciatum subam. si dicatur homo est albus, vel Soc. Philosophatur subiectus sn bam, & enunciatum, accñs indicant. simil'r obiurgantur, qui subum describũt id esse, quod terminationũ, & signorũ est capax, & enũciatum minime, qm̃ propó singularis carebit vno termino, subto inquam, propterea quod eius subiectus terminus nullam sibi iungi terminationem patitur. Non .n. vsu receptum est aliquis Soc. vel omnis Soc. proferre, ĩmo neq; dici poterit terminus, si spectamus termini definitionẽ q̃ cuiq; rei definitæ cõgruere debet.

Siue addas siue diuidas verbum est, vel non est.

Hunc contextum breuissimũ Alex. & pleriq; interpretes leuiter ĩterpretanť. Cum. n. dicitur {siue addas} putant affirmationẽ significari, cũ vero subiungitur {siue demas} negationem intelligunt. hæc sane interpretatio potius leuis est, quam vera. Etenim affirmatio, & negatio opponũtur. quas si voluisset insinuare, arbitror fecisset oppositis vocibus. at additio, & diuisio non pugnat certantq́; è regione, quod additioni opposita est præcisio, & diuisioni compositio. quare hæc interpretatio repudietur. Sed interpretes diligentiores aiũt (in quorũ numerum adoptatus est diuinus Iamblicus) Arist. breuitatis studiosum cum vnũ membrum oppónis vtriusq; pronũciauit, alterum vtriusq; insinuasse, qđ illi vsu venire solet. Quãobrẽ duo prius erunt opposita additio & pręcisio, duo deinde alia cõpó & diuisio, quibus oĩa nobis gña propónum lib. de Interpretatione explicata copiosius nunc affert. cuiq; enim propóni vel adest verbũ est vel deest. Cum hæc ita sint, diuidamus itaque hoc modo propositiones.

PROPOSITIONVM.

Alię cũ modo est actu, habent.		Aliæ sine modo.	Aliæ verbũ est habent potestate.		Aliæ actu habent.
Siplices alię & affirmatiua alia & alia negatiua.			Alia affirmatiua.		Alia affirmatina.
Alię cũ trã spositione & affir. & negati.			Alia negatiua.		Alia negatiua.

Quæ itaque sunt propositiones sine modo, si potestate verbum, est, habuerint, & affirmatiuę extiterint, propositiones appellabuntur quibus deest verbum, vt Socra. inambulat, quoniam perfecta hęc est Socra. inambulãs est, quod verbum resoluitur in participium, præcisum sublatumq́; est cõtractionem synerzsimq́; harum affirmationum, negationes erunt in eodem numero cum iis deest verbum, est: vt Socr. non inambulat. propónes antem sine modo, quę actu inclusum retinent verbum affirmatiuæ dicũtur esse cũ additione, quia verbum, est habent: velut Socra. Philosophus est, qm̃ in hac propóne ennnciatum proprie Philosophus est. Et cum duo nomina sine verbo nó perficiãt orationem, verbum est, annectitur non tanquam pars propónis, sed vt iungat copuletq́; terminos. negationes quoq; horum habent additionem ob eandẽ cãm. præterea affirmatiuæ cum modo simplices, velut Soc. fieri potest, vt sit ambulans: compónem habent, quia retinent verbũ est, & alię propónes ex transpóne compónem quoq; habent, quia verbum idem tuentur: negatiuæ tñ, vt Soc. fieri potest, vt non sit ambulans. Negatio simplicis propositionis velut non fieri potest, vt Socra. Philosophns sit, diuisionem ipsius verbum est habet, & negatio illius ex trãspositione affirmatiuę itidem se habet, velut non fieri non pót, vt Socra. nó ambulet. Affirmationes porro simplices & ex transpóne dicuntur habere compónem ipsius verbi, est, qm̃ cum iũgitur modus propositionibus, quæ simplices sunt & habent verbum inclusum, tum compositę videntur. eadem qnoq; de cã negationes habẽt diuisionem ipsius est, vel non est, sed tunc extant illæ sine modo, qm̃ & si prius subsistit propó, tñ verbi est compó deest. Neq; .n. Soc. inambulat, aut p̃hatur compónem verbi est retinet vt ĩ hac Soc. Pĥs est, sed in illa ptãte erat verbum, est, in hac vero actu: vbi primũ dissoluiť hoc verbum inambulat in illud inambulãs est. at quæ iam hñt verbũ, est, si his addatur modus cõpositę appellabunť, qm̃ huic simplici. Socr. Pĥs est, si iungatur sic modus contingit vt Soc. Pĥs sit. composita erit. quare annectitur verbo, est, modus, retrorsumq́; vicissim verbũ, est,

est, ipsi copulatur modo, quę cũ breuiter explicare, ꝓferreq; in medium velis, dixit (Siue addas, siue diuidas verbum, est, vel nõ est.) Nam idem verbũ adiungitur, & demitur his propõnibus quę simplices sunt sine modo, & cõponitur, & diuiditur in his quæ hñt modum quod solus modus est qui astruit cõponiturúe, & destruitur. Sed aiaduerto ꝙ diligenter qũo propõnibus simplicibus sine mõ, quæ actu vel ptãte hñt verbũ, est, id ipsum annecti vel diuidi dicatur, nã vni alterũ adiungi dr, quam quidem sine additione posśint proferri propõnes. perinde ac dixeris addẽdum esse cyathum phialę, vel demendum, sed minime dixeris componẽdum esse. itidẽ de propõnibus sine modo dicẽdum est, qm̃ prætermisso verbo, est, hæc in propõne Socr. inambulat, perfecta est. non itaq; imerito adiungitur huic propõni verbum antedictum, si proferatª hoc modo: Socr. inambulãs est, & ob id prædictæ propõni videlicet, Soc. inambulat demptum videbatur, verbũ est, & tñ non minus in genere propõnis collocatur, ꝙ illa Socr. inambulans est. contra fit in compõne, quia quę cõaugmentaª ex aliquibus, sine his subsistere non pñt. Etenim non recipitur in scola hic vsus dicendi: calor, vel frigus additur corpori, quia vniuersum corpus sine his subsistere nequit, imo hæc mutuo temperantur, vt corpus ex his ipsis prodeat. Huiusmodi propõnes sunt illæ, quæ modum recipiũt velut Socr. fieri põt, vt sit ambulans, quæ sine verbo est non subsistunt, qm̃ oĩs oratio verbo definito certoque eget vt fit absoluta atq; perfecta. quamobrẽ hæc erit imperfecta posse Socratẽ inambulare, qm̃ orationem numerosam & integram verbum infinitiuum nõ efficit itaq; his propõnibus inserendum est, verbum sæpe memoratum vt dicatur, fieri põt vt Socr. inambulans sit. Item propõnes ex transpositione minime habere dicerentur additionem, vel pręcisionem eiusdem antedicti verbi, quia hę nęq; possunt cõsistere sine verbo prædicto actu. quare in illis verbũ componi atq; diuidi diceretur. in affirmationibus componeretur, in negationibus aũt diuideretur. Cur vero in quibusdã verbum adiũgi adimiq; dicitur, & in quibusdã cõponi & diuidi: iã cãm patefecimus. sed qm̃ à nobis adducta diuisio mãca est, quod nullam mentionem de his proponibus, quæ sunt sine modo ex transpositione, neque de his quæ sunt cum modo & habent verbũ, est, potestate, fecimus, At fatemur iam dictum nullam posse subsistere propositionem cum modo quæ potestate habeat verbum prædictum. Quia ij modi potestas, necessitas, contingẽs verbis infinitiuis annectuntur. Non. n. potest ꝑfici oratio sublato verbo iudicatiuo, iccirco sumas in illis verbum est omnino oportet, velut potens est Socrates ambulare, nisi quis modos hoc mõ formarit: contingenter Socra. inambulat: necessario homo attrahit extrinsecus spiritum, vel hoc modo: ex necessitate homo aspirat respiratq;. de priore itaq; vsu modorum de quo lib. de Interpretatione disputatum est, hoc loco nulla est tradita diuisio, iccirco non partiti sumus propõnes habentes verbum est ptãte in illas propõnes, quæ modos habent, & quæ non habent. Eo. n. loco primum allatæ sunt propõnes constitutæ ex subiecto & enunciato, quæ retinent verbum est ptãte. Deinde illæ traditæ sunt, quæ sunt ex tertio enunciato, quæque diuisæ fuerant in propõnes simplices, & illas ex transpõne. itaq; in partitione adducta cur prætermisimus propõnes, quæ cum modo verbum, est potestate habent, iam diximus. Quamobrẽ præterea de illis, quę sunt, sine modo ex transpõne silentium fit, cum tñ de his mẽtionem libro de Interpretatione Arist. fecerit? Nisi per verba contextus hęc siue addas, siue auferas, & adiunge tu siue cõponas, siue diuidas verbum, est, vel non est, velit oẽs propõnes traditas lib. de Interpretatione insinuare, itaq; manca est diuisio. Nã cũ propositione sine modo, tum illę ex transpõne ad vnũ membrum eorum quatuor quæ supra collocauimus reducẽdæ sunt. Ex dictis iam clarum est, & rõcinatione probabimus ꝙ non secus affirmatiuæ propõnes cõpositionem habent ipsius verbi non, est, quam illæ habent, quæ sunt iunctæ modis. itaq; fit vt idem sentiendum sit, de illis, vt de his quæ sunt cũ modo. Vt ergo mendosa non sit partitio, oẽs propõnes in cõmẽtariis de Interpretatione explicatas, colliges hoc modo.

Aliæ potestate habent verbum		Aliæ actu	
Alię affirmatiuæ, à quibus verbum aufertur est.	Aliæ negatiuæ, quibus demitur verbum non est.	Alię simplices.	Aliæ ex transpositione.

Sume mõ simplices propõnes, & diuide, aliæ sunt sine modo, aliæ cum modo, & earum sine modo, aliæ affirmatiuæ additione, verbi, est, aliæ negatiuæ additione verbi, non est. Earum item cum modo aliæ affirmatiuæ compõne ipsius verbi est, aliæ negatiuæ diuisione verbi, est. Propõnes aũt ex transpõne siue modũ habuerint, siue non, si affirmatiuæ extiterint, habebunt compõnem verbi, non est: si negatiuæ diuisionẽ eiusdem verbi tenebũt. Restat vt quæratur cum negationes simplices sine modo quæ habẽt ptãte verbum, est, non itidem dñr habere additionem vel pręcisionẽ, vt illę affirmatiuę. Æquidem inter ipsum esse, & nõ esse interest, quia i affirmationibus collocamus ipsum esse & in negationibus non esse, non secus etiã in his fecimus, quæ sunt ex transpõne, & simplices cum modo, verum affirmatiuis oĩbus dedimus compõnem, & negatiuis diuisionẽ. Rñdeo itaq; in his affirmationes oẽs affirmare aliquid in aliquo inesse. Simplices. n. cõponunt verbũ, est, propõni, velut Socra. potens est inambulare, sed illæ ex transpõne ipsius non esse compõne potiuntur;

potiuntur, velut. Socra. potens est non ambulare, & Socr. non ambulans est, quæ cum significent aliquid in aliquo inesse non dicentur habere diuisionem verbi, neq; si fuerit ex transpositione. Etenim hæc componunt non esse, quod si hoc verum est, negationes itaq; illarum diuisionem habere dicerentur. Sed non ita de reliquis dicendum est. Huic enim propositioni. Socra. inambulat, verbum deesse videt, est, & huius negationi similiter, Socra. non inambulat. Nam perspicuũ est vtrique deesse verbum, est, itaque in vtraque sublatum ademptumq; verbum, est, videtur, cõtra sit ĩ his, Socr. inambulans est, & Socr. non inambulans est, quoniam verbum adest sæpe commemoratum, & est verbi additio siue affirmetur siue negetur aliquid de aliquo. Postremo aliquis cognoscere vellet cum propositiones quædam extent cum modo, quæ verbum sæpissime supra repetitum potestate habeant, vt libro de Interpretatione disputatum est, velut Socr. raro vel contingenter philosophatur, homo necessario respirat. ad quod mẽbrum antedictæ diuisionis reducendæ essent. Respondeo si affirmatiuæ fuerint eisdem auferri verbum, est, & si negatiuæ, auferri verbum non est. quod si earum verbum resoluatur in participium & verbum, est, nimirum erunt vt aliæ dictæ, videlicet additione verbi, est, vel additione verbi non est: velut Socr. contingit vt philosophus sit, vel Socr. contingit vt philosophus non sit.

Ratiocinatio est oratio, qua positis quibusdam, ex necessitate aliquid, quamquam ab illis diuersum, attamen propter hæc ipsa concludit. Aio inquam propter hæc ipsa, quoniam per ea cõluditur. Aequidem propter illa conclusio sequitur, cum nullum extrinsecus terminum prætera desideret, vt necessario sequatur.

Persequitur, vt in præfatione numerauit, quæ sibi dicenda essent. De propositione enim, deq; termino vbi disseruit, nunc de ratiocinatione verba facit. Sed antequam examinemus orationis contextum, tria mihi videntur quærenda esse, primum vnde animus ratiocinandi scientiam hausit, secundum cui animę parti munus delegatum est, vt argumentetur. Tertium, an omnino sit ratiocinatio, quoniam Ephectici illam omnino sustulerunt, hac sane ratione vel maxime adducti. Dicere itaque soliti erant. Qui ratiocinationem introduxistis, quæso dicatis an demonstratione. si nulla demonstratione, nulla quoque nobis fides adhibeatur, quandoquidem veri certiq; demonstratio fit: si vero demonstratione eandem affirmastis, cum hæc etiam sit ratiocinatio, itaque per ratiocinationem vnam aliã introduxistis. Sumam deinde primam quæ erat nobis adumento ad demonstrandam alteram: & quæram nũ eandem comprobatis demonstratione, vel sine demõstratione, & ne longior sim, non erit finis certuũq; status probandi ratiocinationem cum semper vna per alteram, & hæc per aliam probaretur. His ergo respondemus, quoniam eisdem capiuntur verbis & refelluntur itidem. Vel enim demonstratis ratiocinationem omnino non esse, vel non demonstratis, & siquidem nõ demonstratis, credendum vobis non erit: si vero demonstratis, itaque demonstratione quadam vtimini: quæ, cum sit quædam ratiocinatio, itaque demonstrando illud astruitis, quod videmini inficiari ac tollere. verũ, quia non licet homini docto solum eadem obiicere aduersario, sed etiam eius obiecta diluere. iccirco dicimus per ratiocinationem, & id, quod concluditur per illã. quando enim hanc ipsam velut instrumentum quod- dam sumimus, vt demonstremus quicquid volumus, tum ratiocinationem eandem appellamus, sed cum velut res demonstratur & concluditur, licet ratiocinatio sit, tamen non tanquam instrumentum habetur, sed tanquam res, de qua aliquid ostenditur. Sed aliquis forte non erit contentus hoc responso, propterea quod non est præcisa dubitatio, quandoquidem vt res, de qua aliquid concluditur per ratiocinationem ostenditur, quę sit ne in dubium vocatur, & iccirco ea ipsa ostẽdenda erit tanquam res conclusa, quamobrem hæc per alteram ostendenda erit sic, vt nusquam sit finem ostendendi inuenire. Huic respondeo non oportere omnes demonstrationes, & principia demonstrationum sumere per demõnem, sed ex cõibus datis notionibus principia sumẽtes rõcinationem astruimus. Nam libro destruenda formandaque demonstratione dictum nobis est, non omnia demonstrari oportere. Quòd si omnia demonstranda essent, nihil sane demõstraretur. Omnis enim demonstratio aliquid concludit ex principiis. neque fieri potest, vt aliquid ostendatur nisi prius quædam habeantur concessa & data. quapropter, si omnia, quæ ad conficiendam demonstrationem ostenderentur & probarentur, quæ conclusa essent per alia principia demonstrarentur, quæ etiam principia demonstrãda essent, vbi sistere non daretur, quod fieri nequit. itaque non omnia demonstratione probantur, sed conquiescere oportet cum primum ad communes notiones venerimus. itaque non concludunt aduersarij dicentes, nullum finem certumq; statũ probandi ratiocinationem esse, quoniam vbi deuenimus ad communes notiones, quæ sunt demonstratione meliores, tãnquam in portum delati sumus. Ratiocinationes itaque summæ ex illis cõficiuntur, quæ aliis principiis non probantur.

Quoniam itaq; tertium exoluimus, ad primum redeamus. Vnde nam animus arripuit cępitq; artem ratiocinandi? ex hoc opinor vel maxime, quod vbi res contemplaretur, nec easdem omnino socias & consentientes, neque omnino dissidentes. (vtrum enim dederis, valeat ratiocinatio oportet, quoniam non desideratur ab his, qui apertissime res cognoscunt, vel oĩno cõsentire mutuo vel oĩno differre. Nõ.n. probaris lapidem esse ab homine alterum, neq; argumento conuinces Soc. & Pla. substantia differre.) res quasdam nouit, quæ partim inter sese cohærerent, partim dissentirent, qua itaque ratione conspirent, & qua discrepent cum vellet animus noscere, terminum quendam communem, qui æque duobus quadret congruatq; extremis, aut vni hæreat, alterum respuat, inuenit, hunc mediũ statuit, qui extrema vel coniungeret, vel separaret. Qđ si res prorsus inter se differrent, animus noster nõ posset medium hunc constituere quo copularentur. Accedit, quod vbi dilucida apertaq; est rerum differentia, nihil quo probetur desiderat. Item si res penitus communicarent, & quadam prorsum societate coniungerentur, quoniam euidens concessaq; feret communium, illa magna & coiunctio & necessitudo, nulla requireretur probatio. Quamobrem ratiocinationem ex his, hacq; via animus inuenit. Restat vt videatur cui animę parti fuit facta potestas ratiocinandi. Præfatione enim diximus intelligentiæ humanæ tributum esse hoc munus. Facultatum animæ aliæ rationales, velut mens, intelligentia, opinio: alię rationis expertes sunt, velut phãtasia visioue, sensus, menti (quod melior est cæteris facultatibus

Quæstio. Num ratiocinatio sit.

Quæstio. Vnde nam animus ratiocinationẽ incaperit.

Quæstio. Cui nam animæ parti ratiocinari conueniat.

cultatibus tum ea quoque, quæ rôcinatur, quod etiam illico, & sine vlla partitione intelligit omnia) non est opus hoc ratiucinandi inurendum, neque opinationi ascribendum est, quoniam hæc solum percipit quia, sed cur, & quamobrem nescit. ꝙ si hæc non ratiocinatur, multo ergo minus percipient facultates rationis expertes. Itaque intelligentiæ munus ratiocinandi tradatur, siquidem hæc non solum appræhendat quia, sed etiam causas quærat & sciat. Cæterum quid sit ratiocinatio explicandum est. Arist. itaque cum illam definiat, genus, vt eius mos est, complectitur & differentias constituentes. Res enim aut genere, aut forma specieúe discrepant. Collocatur itaque genus eo in definitione vt separet rem definitam ab his, cum quibus sibi est in genere dissidium. Differentia autem sumitur quo eadem res ab his differre videatur, cum quibus est sibi diuortium in specie. Oratio itaque est genus ratiocinationis, reliqua vero differentiæ, quarum aliæ sunt velut materia, aliæ velut formæ. Propositiones quoniam gratia cõclusionis in ratiocinatione reponuntur, quemadmodum materia gratia formæ, erunt sane velut materia, & ea voce significantur, positis quibusdam, i. propositionibus positis. Conclusio autẽ locum retinet formæ, quæ declaratur his verbis. Ex necessitate aliquid quãquam ab illis diuersum, tamen propter illa concludit. Posuit itaq; positis, quasi dicat concessis propter multa orationum genera, in quibus nihil datur neque conceditur. optandi oratio neque sibi, neque alteri aliquid concedit & dat, neque illa imperandi, neque interrogandi, neque vocandi, sed solum id facit oratio, quæ ratiocinatio est. Aut eandem vocem pronũciauit propter ratiocinationes quas vocant hypotheticas, nos vero latine ratiocinationes ex adiunctis, vel ex assumptis dicimus: in quibus nulla ponitur propositio, sed sumitur. Et huius loci hunc sensum verum esse puto. Positio enim de hypothesi (vt libro didicimus de Interpretatione) enunciatur quare dixerim hoc loco ratiocinationes definiri, quæ perfectæ sint. Subiũxit {quibusdã} ob ea rhetorum argumẽta quæ appellãtur μονολήμματα, in quibus vna solum proponitur oratio, quæ vel minor sit, vel maior, deinde sequitur conclusio. Exemplũ hoc subiiciam. Aliquis belle ornantur, itaque mœchus est. in quo argumento maior relicta præterq; missa est, omnis videlicet, qui belle ornatur mœchus est. Item noctiuagus est, itaque fur: Aliquis respirat, viuit ergo, His itaque oratores vtuntur generibus argumentorum vel breuitatis causa, vel quia ad clepsydram dicentes, ne tempus prius eos deficiat, quàm perorationem faciãt, vel vt videantur iudices in honore habere, & eos alliciant ad beneuolentiam, cum eos tum earum arbitrẽtur formularum doctos, quæ illi differendi & tractandi aliquid afferunt causa. Etenim putant iudices maiorem propositionem suapte industria, ac ingenio adiungere posse, quorum animum cum calleat orator, & cernat esse eius ambitionis percupidum, vt eos suæ causæ fautores vel aduersarios vna secum habeat, antedictis multisq; similibus vtitur argumentis. Aliquis belle ornatur, mœchus itaque est. in quibus cum desit maior propositio iudex eam tacitus animo cogitationeq́ue complectitur, & adiungit hanc, omnem qui belle ornatur mœchum esse. Persequitur alteram differentiam cum dicit {Diuersum} propter ratiocinationes, quæ vocantur διαφορούμενοι συλλογισμοί in quibus nihil est cõclusum ab antecedentibus diuersum, velut si dies est, dies est, atqui dies est, itaque dies est. qua in ratiocinatione à positis nihil alienum deducitur. Clarum autem est conclusionem sic formandam esse, vt à propositis distincta videatur, quoniam inter ea non parum interest quorum vnum est alterius gratia susceptum, & alterum est, cuius gratia aliquid sumitur. Gubernacula enim nauigij causa inuenta sunt, & nauigium est id, cuius gratia illa effecta sunt, quæ aperte inter sese differunt. Itidem dicam de propositionibus, quæ gratia cõclusionis in ratiocinatione collocantur, conclusio autem est cuius gratia, propterea quod eius causa propositiones aptantur & disponuntur, qua sane ratione conclusio à propositionibus diuersa erit. Quinetiam quicũq; aliquid probare vult, vel ex addito abstrusoq; clarum & euidẽs ostendere conatur, vel reconditum obscurumq; ex obscuro & incognito, vel notum & apertum ex occulto, vel absconditum ex aperto. primæ cõiugationes tres ratiocinari non aptæ sunt, extrema solum demonstrandis & concludendis rebus accommodatur, quia ex occulti illustris ac euidentis rei fidem certamq́ue habere notitiam potest. Itaque incognitæ conclusionis sciẽtiam erimus adepti, si propositiones perspicuæ notæq́ue fuerint, è quibus omnis conclusionis fides ducitur & trahitur. & cum res incognita & dubia à re perspecta & cognita distinguatur, non immerito diximus conclusionem esse aliquid diuersum à propositionibus. Illa etiam vox {Aliquid} in definitione sita est propter coniugationes quasdam, quę nihil certi cõcludunt, cum illa significet aliquid certum & definitum. Nam hæ coniugationes non tam conclusionem inferunt de vniuersa re, quàm de parte, nec magis affirmatiuam quàm negatiuam, quod postea nobis compertum erit. Subinnxit {necessario} nõ propter necessitatem materiæ sic, vt conclusio necessaria sequatur ex propositis, quoniam cõclusiones deducuntur necessario non solum ex his propositionibus, quæ necessariæ sunt, verumetiam ex his, quæ sunt in alia materia. itaque adiunxit illam dictionem propter argumenta ab exẽplis ducta, & inductiones, quæ nihil ex necessitate concludunt. Etenim quando fides patitur, & comparatur, aut omnino eque verisimile cõcluditur ex eo, ꝙ æqualem habet probabilitatem, aut ex eo quod magis creditur, aut ex eo, quod longe maius probabile vtrique simile est. Argumentum itaque ab exemplo persuadet probabile ex eo, quod, quidem æqualem habet probabilitatem, veluti qui maria transmeant, in naufragium interdum incurrunt, si itaque maria transmeaneris, in naufragium incides. Plerũq; accidit vt q noctevagaſ in fures incurrat, si ergo nocte vagaberis, incides in fures. in quibus sane argumentis oratoriis nihil concluditur necessario, inductio autem persuadet ex minori maius, velut hoc aĩal meritum mouet, vel mãdibulam inferiorem: hoc item animal facit, itaque omne animal, in qua probatione nihil certi firmiq; habetur, primum quod difficile est singula quæque animalia enumerare, & propositiones de quadam parte recensere. Deinde vbi probatum à te fuerit crocodilum mandibulam inferiorem mouere, & numerata fuerint quæque singula aĩalia: quero dum numerabas, aut eundem crocodilũ numerasti, aut obticuisti preterq; misisti, ꝙ si in aliorum numerũ retulisti, quod probare velebas tibi sumptum fuit: si obticuisti, nõ itaq; vniuersam propositionem conclusisti, quod constitui confirmariq; non potest, ꝓpositio de vniuersa re nisi oĩa colligas, & singula, quæ

Ratiocinatio quid.

Exemplum & inductio necessario non concludunt.

quæ à dictionibus propositionis complectuntur quæq; sunt infinita: contra si destruas, vna contenti sumus insciatione. Demonstratio demum est ea ratio quę ex propositionibus de vniuersa re, illam de parte quadam concludit necessario, sed non propter necessitatem materiæ, ne quis in definitione eam arbitretur dictionem pósitam, ob necessitatem materiæ solum. Perspicuum enim est conclusionem sequi necessario, siue propositiones congerantur & colligantur de his rebus, quæ aliter fieri nequeunt, siue de his, quæ aliter & casu contingunt. Dixi postremo {tamen propter illa} ob cóclusiones quasdam, quæ ex propositis non sequuntur, velut animus seipsum agitat, quod seipsum agitat semper se mouet, animus itaque immortalis est. quæ conclusio, ob prædictas propóнes non sequitur, sed hæc inducenda erat, animus itaq; seipsum semper mouet. Hęc illum dicere voluisse perspicuum, quod suam ipse illustrat his verbis orationem. Aio inquam propter illa &c. Nam adducta paulo supra ró, animus sese mouet, quod sese mouet semper mobile est, animus immortalis, ergo cóclusionem non habet, quæ necessario sequatur, nisi terminus aliunde nouus recenseq; propó altera sumatur. Non.n. clarum est adhuc ꝙ si illud seipso mobile sit animum esse immortalem, sed si addatur propó hæc, quod semper mobile est, seq; mouet, interitus est expers, tum conclusio necessario sequitur. Verum cum dixerim {tñ propter illa} hanc sníam obscuram esse arbitratus, verba hæc subiunxit {quia ob eadem concluditur} vt suam explicet orationem. Et cum nó minus verba iúcta obscuritatem habeant, quod illa propó {propter} indicat causam, & non quæcunque ratiocinatio concludit per causam, cum sit hoc demóstrationi proprium, quid voluit, his verbis expers sit. Aio inquam, propter illa, qñ nullo eget extrinsecus termino quo efficiatur ratiocinatio. Sunt.n. propónes conclusionis causæ, in quibus tñ desunt ij termini, qui rei significatæ, in conclusione oíno sint causæ, possumus.n. ex posterioribus priora cócludere, velut, lac hẽt, itaq; peperit, fumus, itaq; ignis, Lunæ quoque rotunditatem ex luminibus, quæ à sole accipit ostendimus, verumtñ cám habendi lac partus est, & fumi ignis, & varietatis luminis í Luna figura eius rotunda. Hoc itaq; gñe demonstrationis nobis vtendú est, cum effecta suis causis sunt illustriora. Cum ergo illa propositio (propter) cám interdum significet. velut si dicatur propter architectum hostium subsistit cúq; termini propónum in rócinatione non semper significent causas, ne suspicemur additum esse, vt informemus semper rócinationé ex his quæ causæ sint, qm non est in animo nunc demonstrandi artem tradere, sed ratiocinationis figurandæ viam suppeditare: explicauit quid illa præpositio his verbis significet. Aio inquam propter illa, qñ nullo eget extrisecus termino, quo efficiatur rócinatio, i. qñ collocati fuerint termini & ꝓpónes sic, vt nullus ad inferendam cóclusionem desit. Hæc adiiciens quas certe cúque rócinationes abiecit, in quibus desunt termini, vel propónes, & ea argumenta in quibus vna sola præponitur conclusioni prępó & deest maior (vt diximus) præpositio. Quinetiam illa ex multis terminis composita reiecit, si in illis deficit terminus quemadmodum diximus, animus seipso mobilis seipso mobile semper est mobile, itaq; animus immortalis. Hoc loco deest propositio hęc, semper mobile, est immortale. Præterea refutauit argumenta, quæ sine arte & norma conficiuntur à Stoicis, velut si primum secundo est maius, & secundum erit maius tertio, itaque primum est maius tertio. in quo aliquid ex necessitate concluditur, sed non ex propositis nisi no ua adiungaẽ propositio hæc, maius aliquo maiore est eius minore multú maius. Item A B æqualia, sunt C B æqualia, itaque A C æqualia, in quo argumento conclusio sequitur ex necessitate, non tamen ex propositis. Deficit enim illa propó, quæ eidem æqualia existút mutuo æqualia sunt.

Nunc porrò perfectam voco ratiocinationem, quę quo videatur necessaria nihil præter recepta desiderat.

Superioribus verbis qñ dixit, Aio inquam propter illa videbatur fortasse perfectam imperfectamq; rócinationem tradidisse, quod minime verum est. Rócinatio.n. in qua deest aliquis terminus, & cum petit extrinsecus velut quæ nobis ante dicta est, non est vocanda ratiocinatio, sed imperfecta. Et perfectam ratiocinationem dicit, quæ omnino conclusionem inducit, & si nó exprimit. velut æquum est honestum, honestum bonú, in qua argumentatione etsi conclusio non exprimitur, attamen intelligitur. Itaque honestum bonum, imperfectam vocat cuius conclusionem peritus infert, velut homo, substantia, omnis homo animal, itaque aliqua substantia animal, cuius conclusionem habebis perfectam, si reciprocatione quadam terminorum vteris hoc modo: quædam substantia homo est, omnis homo animal est, concluditur itaque, aliqua substantia animal est. Quocirca rectè pronunciauit, quo videatur, & non quo fiat, quoniam perfectæ ratiocinationes conclusionem necessariam, & apparentem habent: imperfectæ autem omnes, quæ in secunda & tertia reponuntur figura, necessariam conclusionem habent, sed non apparenté. Qui ergo artem hanc adeptus fuerit, ex propónum cóuersione reciprocationeq;, quæ repositæ fuerant in ratiocinatione, concluder non solum necessariam, sed etiam apparentem conclusionem.

Imperfectam deinde dixerim, quę vno vel pluribus eget, quæ necessaria sunt non propter propositiones, sed ob subiectos terminos.

Ne arbitreris cum dicit {vno vel pluribus} terminos dici velim. Nam (vt supra patefecimus) ratiocinationes non appellantur, quæ extrinsecus terminos quosdam petunt, & si voces sexus maris, & nó fœminei vsurpat, cum dicere debuisset vel vna, vel pluribus, idest reciprocationibus. Præterea quoniam adiecit {quæ sunt necessaria ob subiectos terminos} vsum demonstrauit, qui è reciprocationibus nascitur, quoniam hæ conferunt ad depromendum id quod in ratiocinatione occulte concluditur. His item verbis {ob subiectos terminos} significauit nihil in reciprocatione adiiciendú esse, neque aliquid extrinsecus sumendum esse, vt necessaria videatur conclusio, sed contentæ sunt hę ratiocinationes subiectis iamq; receptis propositionibus. Postremo inquit nó propter propositiones, perinde dicat nó desideratur ratio reciprocationis propter propositiones, sed hæ mutent ordinem oportet, quo videatur cóclusio necessaria. Vocant in dubium cur eas à rócinationis genere separet argumentationes, quæ extrinsecus aliquem terminum, vel propositionem postulant, cum tñ ratiocinationes, quæ rem reducunt ad id quod fieri nequit in illo collocet & tamen quædá extrinsecus desiderant, vt id compertum sit exemplum subiiciam, & plantam volo concludere nullius sensus esse compotem, quod quidem faciam primum argumétó directó. Nulla planta aliquo progreditur,

Omne quod sensum possidet aliquo progreditur.
Itaque nulla planta sensum possidet.

Hæc rôcinatio nihil noui extrinsecus petit, vt videatur conclusio necessaria. Sed rôcinatio quę deducit, ad id quod fieri nequit, petit aliquid noui peregrini, velut si dixeris. Si à vero abest plantam nullam sensum habere, itaq; verum est hāc. Si ergo oīs planta sensum habet, vt subiectū oīs plāta aliquo progreditur, quod fieri nō pōt. & hoc absurdum sequitur ob subonem, & datum ab aduersario quod erat plantam habere sensum, itaq; si hoc falsum detur, verum erit plantam non habere sensum. Ecce quo demōstraretur, plantam sensu carere aliquid extrinsecus sumpsimus, videlicet, ppōnem antedictæ contrariā, plantam, s. non carere sensu, & concso prædicta sequitur, itaq; planta aliquo progredif. Aliud quoq; subiiciā exemplū, & cupio demonstrare animū im mortalem argumēto directo, animus à se agitatur. Quod à se agitatur semper agitatur & immortale est. Itaque animus immortalis.

Ostendam idem argumento quod deducit aduersarium ad id qđ fieri nequit. Nisi animus noster est interitus expers itaq; interit, si interit, nō ergo vt meretur aliquid adeptus erit, cū non subsistat vsquā. Quod si nec præmium nec pœnam consequitur, itaq; valeat rerum prouidētia, quod absurdum est. Ecce quot extrinsecus cepimus animum mortalem, digna factis non cōsequi, nullam esse procurationem rerum diuinā, vt ergo cām deductionis ad absurdum tollamus, hoc videlicet animum mortalem esse, quot posuimus, quo sublato concluditur animum esse immortalem. Respondeo itaque ad hāc dubitationem quod quæ extrinsecus accipimus ad deductionem eius quod fieri nequit, non sunt connexa rôcinationi probanti propositum, videlicet animū esse īmortalem, sed sumuntur ad repræhendēdam absurdam subonem hanc, aīum, s. mortalē esse, qua sublata cum nihil interiectum sit inter mortale, & immortale, reliquum introducitur, videlicet aīum immortalem, ꝙ non est ex sumptis conclusum, sed opposito dempte sequitur, qm̄ nihil intercidit, qñquidem vbi est mediū velut inter calorē & frigus, atq; atrum & album deductio ad id quod fieri non potest sublato opposito non omnino reliquum infert. Si quis. n. petat hoīem album esse, & huic contradicat aliquis non dicet esse, sed non album, si ad id quod fieri nequit demōstratione vti voluerit. Nequit siquis natura solem calidum diceret, nō concludet demonstratione antedicta solem esse frigidum, sed non esse calidum. quare demōstrationes prædictæ subiectionem falsam tollūt, haud tamen vere, nisi opponantur sic, vt sublato altero reliquum necessario inferatur, ꝙ apparet de numero pari atq; impari, & itidem in hac repugnantia patet mortale, & immortale, & similibus, atq; vbi simplr esse vel non esse concludif.

Alterum esse in altero velut in vniuerso, & de omni enūciari idem esse censeo. De omni enunciari aio, cum nihil sit subiecti sumere de quo alterum non enunciatur.

In vniuerso, & de oī subiecto eadem sunt, comparatione tamen quadam & relatione discrepant. Si enim hominem feceris subiectum, & aīal enunciatum, vtrūque inueneris, & in vniuerso, & de omni: verum si referas subiectum ad enunciatum in vniuerso dicetur, velut homo in vniuerso animali, i. continetur sub vniuerso aīali, sed si descendamus ab enunciato in subm, tum fatebimur de oī subiecto enunciatum proferri ac dici.

Itidem de nullo dicendum est.

Quid sit de omni & nullo explicat, De omni est cum nihil subiecti sumere liceat, de quo enunciatum non proferatur, vt animal de omni homine. Nullus in quam homo est, de quo non enunciectur animal. De nullo similiter. Nam nulli lapidi homo congruit, nec lapis est de quo homo vere proferri queat, cæterum non solum quadam (vt diximus supra) relatione, sed etiam aliis differentiis de omni & in vniuerso discrepant. In vniuerso dicitur qua angustius pressiusque est aliquid eo, in quo tanquam in vniuerso collocatur, velut homo in vniuerso animali, quo certe pressior angustiorq; est: contra de omni, qm̄ vel latius manat communiusq;, vel æquale est ei, de quo dicitur. communius est quando genus fuerit enunciatum, æquale autem quando proprium, velut animal de omni homine tanquam genus enunciatur, & latius vagatur, quam homo, & proprium velut risui aptum de homine profertur tanquam æquale illi. Quare recte prouulgauimus in vniuerso esse, cum minus pressiusque in latione & maiore inest, & de omni qñ latius & communius vel æquale de aliquo dicitur.

Caput secundum. De reciprocationibus propositionum.

CVm omnis propositio aut aliquid esse proferat, aut ex necessitate, aut ex contingenti, & harum cuiusq; sit altera affirmatiua, altera negatiua sic, vt quisq; modus additus erit, atq; harum alia de vniuersa re, alia de certa quadam parte, alia indefinita.

Finem fecit de his, quæ principio se satis facturum dicturumq; recepit, nunc porro conuertit se ad docendum quō rôcinationes coaugmententur. Verum qm̄ argumenta secundæ tertiæq; figuræ non videntur conclusionem necessariam habere, nisi reciprocatio propositionum præsto sit (vt paulo ante diximus) iccirco artem reciprocādi propositiones primum tradit, quod quidem facit, ne vbi ventum fuerit ad eum locum, in quo ratiocinationes secundæ, atq; tertiæ figuræ ad primæ figurę argumenta redigi debēt, sermo oratioq; sua concisa videatur. Sed video prius dicēdum esse quid sit reciprocatio, & quot modis dicatur, quaq; de reciprocatione hoc loco disserendum sit, demū quot sint quæ fuerant reciprocationem, & qua inter sese consentiant eisdem necessitudine. Venio itaq; ad primū. Reciprocatio est quædam æqualis reuersio, nam ἀντὶ, quemadmodū alias nobis sæpe dictū est, æquale apud veteres significat, velut virago æqualis Deo, & æquidexter. Et cū æquale alicui æquale sit, cū in eo reponaf numero, ī quo relatiua sunt, saltem iter duo sita erit reciprocatio, quare quæ reciprocantur duo erunt. Vnum. n. reciprocari non potest. Quid itaque sit reciprocatio & in quot versetur, diximus. Restat, vt in quibus cōsistat, & quot modis dicatur spectemus, omnis enim reciprocatio, aut terminorum est, aut propositionum, aut ratiocinationum. itaq; tribus dicitur modis. De reciprocatione terminorum, lib. Decem generum disputatū est eo in loco vbi tractantur relatiua, vt amicus amico amicus, inimicus inimico inimicus. de Reciprocatione rôcinationis libello huius operis secundo agitur, idq; merito, qm̄ quid rôcinatio sit primū coguoscere oportet, antequam quō reciprocentur, videamus. Ratiocinationes reciprocantur qñ conclusionem sumimus, & maiorem adiungimus minorem probātes, velut erat argumentū sæpe repetitū, animus seipso mobilis est, seipso mobile semper mobile est, semper autem mobile immortale, animus

Reciprocatio quid sit.

Reciprocatio reperitur in terminis, si propositionibus, & ratiocinationibus.

animus itaq; immortalis. cōclusionem induximus hāc, animum itaq; immortalem, q̄ si loco minoris propōnis locemus, & deinde maiorem annectamus propōnem, quæ minor erat conclusionem faciemus, animus immortalis, quod immortale semper mobile, & semper mobile seipso mobile, itaq; animus seipso mobilis. fieri quoq; potest, vt maiorem propōnem iungamus conclusioni, & maiorem certans conclusionem, velut animus expers interitus, quod expers interitus est seipso mobile est, quod seipso mobile semper mobile, itaque animus semper mobilis, de quibus reciprocationibus suo loco dicetur, nunc animus est de reciprocatione propōnum sermonem facere, quāquam nō de quacūq; disputabitur. Cum.n. reciprocatio duas ad minimum requirat ꝓpōnes (vt dictum est) & quæq; propō duos terminos postulet, alterum enunciatum, alterum subiectum, necesse est oīno, vt illæ duæ propōnes, quæ reciprocantur, vel terminis communicent eisdem, vel sua quibusq; terminis potiatur differentibus, vel vno consentiant, altero aūt discrepent, quod etiam bifariam fit, aut subiecto congruunt sociantur q; & enunciato dissident, aut contra subiecto dissentiunt & enunciato concordant. Nulla est præter has quatuor coniugationes, quare tres consistere nequeunt, & vna duntaxat subsistit. Neque.n. reciprocatio agitur in bisq; versatur terminis, qui inter se ambo dissentiunt, si fuerint prorsus differentes, & sociari non poterūt, velut homo est aīal, equus quadrupes, q termini nullo iure societatis astringuntur: itaq; ea quæ reciprocantur cōione quadam & societate mutua conspirent necesse est, proinde reiicitur illa societas, q̄n vel subiecto iungerentur, & enunciato separarentur, vel contra, velut homo aīal, homo albus, & hō aīal, equus aīal. Quapropter vtroq; termino ambæ propōnes consentiant oportet. Sed q̄n item terminorū seriem primū petit reciprocatio quod alter subiectus est, alter enūciatur, deinde qualitatē: iccirco ꝓpōnes, quæ reciprocantur, & vtroq; consentiunt termino, vel ordine, & qualitate conueniunt, vel vtroq; differunt, vel vno dissident, altero consentiunt. quod etiā duobus efficit modis, aut ordine cōicant, & qualitate discordant, aut contra ordine dissonant, & qualitate consociantur. Harum quatuor coniugationū vna subsistere nequit. illa, videlicet quæ duas continet propōnes terminis vtrisque consentientes atq; ordine, & qualitate, q̄m vna esset propō bis suscepta, & non duæ. Quod si termini eundem ordinem, eādemq; qualitatē tuerentur in reciprocandis propōnibus, profecto non video quin vna & eadem sit propō coaugmentata ex illis, velut homo aīal est, hō aīal est, & hæc vana esset locutio. Reliquæ ergo tres consistunt, primum q̄n propositiones, & ordine, & qualitate dissentiunt, secunda cum ordo earum idem est, & varia ac differens qualitas, vel contra qualitas eadem, & ordo differens, quæ sane partitio secus at prior se habet, superior.n. vel societate cōioneq; terminorum, vel differentia quatuor coniugationes creauit, & sudit, alteram terminorū qui mutuo consentirent: alteram qui dissentirent. Item eorum reliquas duas affigimus, quorum vnus terminus idem esset, & altero differens: quod bifariam fit si subiectus fuerit terminus idem & enunciatus differens, vel contra, vna itaq; sola subsistit coniugatio earum, s. ꝓpōnum quæ vtroq; consociantur termino, reliquæ tres valeant: contra fit in recentiore & posteriore partitione, quippe quæ habet quatuor coniugationes, & ea nō subsistit sola quæ ꝓpositiones habet ordine, & qualitate consentientes, reliquæ vero consistunt. secus itaque hæc diuisio tradita est ac superior: quod in priore partitione vna sola subsistebat, illa videlicet quæ complectebatur propōnes termino vtroq; consentientes, reliquæ tres inutiles erant: contra euenit in secunda, illa nō subsistit, quæ duas retinet propōnes ordine & qualitate concurrentes, reliquæ aūt tres consistunt. Si ergo reciprocandæ propositiones eundem ordinem tenuerint mutata qualitate, tum reciprocatio erit ꝓpōnum contingentium, quod in sola materia rerum quæ aliter effici possunt, versatur & locum habet, velut quidam homo lauatur, quidam homo non lauatur, quidam hō ambulat, quidam hō non ambulat, ambæ.n. propōnes veræ sunt in antedicta materia. Si vero ordo mutabitur, & qualitas varia fuerit, reciprocatio vocabitur cū ipsa contrapositione, iccirco vna cum qualitate ordinem terminorum mutat, velut si hō aīal, non aīal neq; homo, si ignis siccus non siccum neq; ignis. si præterea eadem fuerit qualitas propōnum, & ordo differens: reciprocatio tum nascetur simplex, q̄m solum ibi est ordo mutatus terminorum, velut omnis homo animal, aliquod animal homo, de qua nunc disputat quāquam hoc modo definiendam esse arbitramur. Simplex reciprocatio est duarum propositionum quæ simul veræ sint, communio q̄n termini cōsentiunt subsistente eadem qualitate, sed solo terminorum ordine mutato. Adieci, quæ simul veræ sint, ob reciprocationem, quæ omnia sustinet æque, ac simplex reciprocatio præter hoc vnum quod in ea ambæ propositiones veræ simul non videntur, velut omnis homo animal, omne animal homo. Hæc definitio loco generis habet illam partem. {Communio duarum propositionum q̄n termini consentiunt} quandoquidem congruat cuique reciprocationi, reliquæ sunt differētiæ, cum annectitur, {eadem subsistente qualitate} eam separat ab illa cum ipsa contrapositione, cum præterea subiungitur {sed solo terminorum ordine mutato} dissociat eandem ab ista reciprocatione quæ in contingentibus versatur, quæ nullum ordinem variat, quamquam & superior differentia diuortium huius ab illa quoq; insinuat, quoniam in illa non eandem sustentat qualitatem, velut quidā homo lauatur, quidam homo non lauatur. Quamobrem adiecimus {quæ simul veræ sint} iam diximus. Quæritur merito cur nulla est habita mentio de reciprocatione propositionum, quæ singulares, & indefinitæ vocantur? Rńdemus indefinitas silentio prætermissas, propterea quod continentur ab his quæ sunt definitæ de vniuersare, vel de parte, quibus cum quandam necessitudinem habent. Singulares obticuit, q̄m nullam pariunt scientiam (cum infinitę sint) quām quærunt Philosophi. Hæc antequam contextū orōnis examinaremus duximus explicāda, restat vt accedamus ad dubitationes, quæ illustratæ contextum illuminaut. Petunt quidam cum quatuor sint modi quemadmodum lib. de Interpreta. receptum est, ij videlicet, fieri potest, contingit, necessario, fieri non potest, cur hoc loco Aristo. hos duos prætermisit fieri potest, & fieri non potest, & modum existēdi adiecit? Et si præterea modus existēdi subsistit, quāobrem lib. memorato præterit? Sunt itaq; qui modum existendi introducunt, & ex hac diuisione comprobant, qua nunc vsus est Arist. aiunt itaq;. Rerū aliæ eundem cursum semper retinent, aliæ varium atq; mutabilem. quæ eundem semper cursum sustentaut, vel

Quæstio. Cur non meminit de reciprocatione singularium & indefinitarum.

per se subsistunt vt cœlestia, quædam in alio inhærent velut atrum in coruo. Ferunt itaque per modum necessarium Arist. insinuasse quæ semper immutabilem cursum tuentur, per modum existēdi quæ insunt in altero semper, per modum contingentis, quæ mutabilem patiuntur cursum, quod etiā alia partitione nituntur ostēdere, quæ certe verisimilis est, sed nihil concludit necessario, inquiunt res aut semper aut interdum sunt, quę interdum aut iam per venere ad exitum, aut nondum, modus itaq; necessarius quæ semper existunt indicat, modus exn̄di quæ iam ad exitum peruenere, modus contingentis quæ nondum peruenere, sed queunt perueni re, quibus repugnant alij subtiliter & recte, qm̄ modi & rerum materia idem essent, qn̄quidem diuisionem tra ctent modorum ex natura rerum, quod sane proprium est materiæ, modi aūt non ducuntur ex natura rerum, sed ex nostra prolatione, quod quidem his verbis indicat {vt quilq; modus additus erit} Lib. n. de Interpretatione conclusum est modum à materia differre, quatenus materia cum rebus vna depræhenditur qualis sit, qm̄ si dixero homo volat, illico apparet hoc fieri non posse, itidē de alia quacūq; materia sentio. Modus aūt ex nostra pronunciandi norma dr̄. qn̄. n. dixero contingit vt hō niger sit, adieci modum contingentis propositioni. Quapropter possunt esse propōnes necessariæ materia, & modus adiunctus eis cōtingit, velut Sol cōtingit vt moueatur, quāquam necessario circunferatur, cōtra interdum propō contingens est cuius modus est necessarius, velut necessario Soc. lauatur. Accidit idem cuiq; alteri materię propōnum, quare qui supra partitiones illas sectabantur à modis materias non separabant, quod sane absurdum est. verum sunt qui illos defendunt, dicentes quæ in aliquo insunt, vel simplr̄ inesse in aliquo dr̄ sine aliqua modi determinatione, & hæc non recipiunt nisi modum existendi vel necessario, & sunt quæ modum necessitatis recipiunt, vel vt contingit, & hæc admittunt modum contingentis, qua defensione vitant materiā & modos eadem facere, quos refello, primum. n. leue est afferre modum existendi, deinde si talis subsisteret modus non video quō vitare possumus quin lib. duo de Interpre. & hi mutili mendosiq; dicantur, quod nec in illos, neq; in istos retulit inuexitq; hunc exn̄di modum, & his libris prætermisit hos modos fieri pōt, & fieri non pōt. Diluemus itaque hæc dubia, nulla est hoc loco facta de hoc mō (fieri nō pōt) mentio, qm̄ vnà cum illo modo necessarij complexus est, idem. n. est illi hic modus necessarij. attn̄ ex altera parte rn̄deas, quod lib. de Interpr. compertum fecit, vbi necessarium modum eundē huic fieri non pōt asseruit, licet cōtraria tradatur lege, quod vbi aliquid necessario existit, fieri non pōt vt nō sit, velut necessario hō est aīal, fieri itaq; non pōt, vt homo non sit aīal, atq; qđ fieri nequit, necesse est vt non sit, item vnà cum modo contingentis complexus est modum hūc fieri pōt, qm̄ quod proprie fieri pōt concurrit vnà cum ipso contingente. Quod cōtingit esse, hoc fieri pōt & quod potest non esse hoc etiam contingit non esse, quare non modo lib. de Interpre. de his quatuor modis facta mentio est, verumetiam hoc loco sed nonnulli quærunt cur potius de modo necessitatis mentionem fecerit quam de modo eius quod fieri nequit, qn̄quidē contraria tradi ti lege æque virtutis sint? Respondeo modum necessitatis præstantiorem esse, iccirco huius est facta citius mentio, quàm de reliquo. Nam modus necessarius aliquid esse significat, sed modus eius, quod fieri non potest priuationem indicat, atque nemo negabit rei præsentiam priuatione esse & meliorem & prestantiorem. Quinetiam quod existit sine materia modis sternitur, nam si quod existit significat aliquid esse, & necessariū, & contingens significat aliquid esse, itaque subūcitur existens reliquis modis, quare nihil est à Pħo demonstratum quod redundet, aut desit. Præterea ad hoc argumē tum dicimus, videlicet nisi modus existendi introducatur absurdum est, lib. inquam, hoc disputatum est de conuersione propositionum, qua confert ad conficiē das conformandasq; ratiocinationes, & cum hoc loco prætermiserit propositiones sine modo, & ratiocinationes non solum sunt cum modo, verumetiā sine modo, itaque huius libri tractatio manca erit, quinetiam liber de Interpr. mutilus erit, quoniam ibi obticuit modum existendi, diluā itaq; obiectū, qm̄ hoc loco adiecit modum existendi quod voluit indicare propōnes sine modo. Est. n. mos eius appellare eiusmodi propositiones quæ esse significent, libro porro de Interpre. antequam de modo generatim vel de propositione cōiter differat, traditurus eas propositiones affirmatiuas & negatiuas quarum vna alteri contradicit hæc profert, quoniam enunciare possumus aliquid esse perinde ac non sit, & aliquid non esse tanquam sit, idest quoniam quod est ita proferre possumus ac non esset, & quod non est perinde ac esset, quo in loco esse pro eo quod est sumpsit, itaque demonstrauit propositiones sine modo illas esse, quæ aliquid esse significant siue verbum, Est, actu, siue potestate habeant. Quod si quis contenderit eo loco disputatum esse de oībus ꝓpositionibus menrietur, qm̄ vbi peruenit ad eum locum in quo de propōnibus cum modo disputauit, hæc quærit dicēdo. Cum nobis de his definitum sit, deinceps videamus, quonammodo affirmationes hę mutuo se habeant, potest esse, & nō potest esse: quare, si de oībus disputasset, nunc sermo nullus instituēdus esset. Quod si non valet hæc defensio, nescio quomodo tueri possumus Aristo. (vt diximus) mancum non fuisse libro de Interpretatione, & hoc loco superuacanea dixisse, verum nos secutos suam mentem, & quid ille velit explicasse verba hæc indicant cum oīs propositio aut aliquid esse proferat &c. Nā si voluisset afferre propositiones sine modo non mehercule dixisset (omnis.) Quærunt præterea cur in reciprocandis propositionibus præposuerit negatiuam de vniuersa re, deinde affirmatiuam de vniuersa re, tertio illam affirmatiuam de certa parte, postremo negatiuam de parte. Et primum quæritur cur præposita sit negatiua de vniuersa re, cum affirmatiua honoraria magis sit & longe præstantior? Respondeo, non negatiuam esse præpositam affirmatiuæ, nisi qua ratione in seipsam reciprocatur, siquidem affirmatiua de vniuersa re in seipsam non retrocedit. sed illico obiicies, cur itaque non præposita est affirmatiua de certa parte affirmatiuæ de vniuersa re, cum illa in seipsam reciprocetur, hæc vero minime? Rn̄deo. etsi verū (vt dicis) sit, tn̄ præposita est illa, quod est de vniuersa re, & hac de causa magis honoratur, postremo affixit negatiuā de parte non immerito, quia cū nulla certa ac definita propositione reciprocatur. Cæterum exemplis primum reciprocationes propōnum Philosophus ostē dit, deinde demonstrationibus vtitur communibus cō textum vt exponamus orationis restat {Cum omnis propositio} hoc loco propositionis cuiusque affert speciem,

Necesse est, infert impossibile non esse.

ciem, & hac via patefaciendæ sunt. Tres modi numerantur, existendi modus, necessarij, contingentis, & accessit existẽdi modus explicationis causa, Reliqui duo modi non prætermissi sunt, quod fieri non pôt ab illo necessario continetur & aliter ferri non potest contingentis vsus. cum ergo tres modi reperti sint & sit quisq; dupliciter affirmatiue, & negatiue, sex orientur propõnes, quæ si vt quantum postulat, distribuuntur, quanta sunt hæc de vniuersa re, de parte indefinita, ex eaque distributione decem & octo proficiscẽtur propositionum spẽs, nec maior superest eorum numerus, nec minor. Dixit tandem (vt quisque modus additus erit) loco huius vt erit cuiusq; modi propositionis accessio.

Negatiua conuertitur in terminis.

Illa de vniuersa re significans esse & priuans in terminis reciprocetur necesse est. velut si nulla voluptas bonum, nullum bonum voluptas.

Propõnem, quę solũ esse signãt negatiuã in terminis reciprocandã esse cẽset, quo loco simpliciem reciprocationẽ insinuat, quippe quæ sola in terminis perficitur.

Necessarium item est, vt propositio enuncians reciprocetur, sed non in alteram de vniuersa re, sed in alteram de parte, velut omnis voluptas bonũ aliquod bonum voluptas. Præterea affirmatiuam de parte in alteram de parte retrocedat oportet. Si enim aliqua voluptas bonum, & bonum quoddam erit voluptas. sed priuantem de parte non est necesse iterari mutatis terminis. Non enim dixeris aliquis homo non est animal, aliquod animal non est homo.

More suo breuiter, cum velit explicare reciprocationem propositionis de vniuersa re affirmatiue, quæ essent ei communia cum aliis silentio præteriit, & quãdo quidem duntaxat proprium negatiuæ adiicitur.

Itaque primum esto priuans de vniuersa re A B propositio. Si nullum B est A, nullum A erit B.

Exemplis exposuit qũo quæq; propõ in seipsam vel in aliam iteraretur, ne quis suspicetur ob materiã propõnum ita esse vt dixit, vel propter aliquid aliud sermone de reciprocatione recte factum: qm̃ nondum patefactus est locus, immo incertus est, in quo reciprocationes huiusmodi non subsisterent, hæc dicit, quo circa cum afferat regulas cões, loco terminorum elementa vsurpat, quod quidem eo fecit, vt quisq; quam cupit materiam eligat, & de industria cõiter & sine materia probationem facit, qm̃ cõis propositio & vnum exemplum cõe debet, & oĩbus singularibus cõfirmari, quod sane infinitum est & fieri nõ pôt, vt ergo hoc vitet vsus est elementis. Vel communis regula elemẽtorum prætextu tradita cuique licentiam exhibet (vt diximus) vt sibi sumat quàm optat materiam terminorum. Inquit.

Nullum B est A:
Nullum A est B.

Si enim loco A, sumamus volatile, & loco B hominem compertum erit, vt

Nullus homo volat:
Ita nullum volans homo.

Sed vnde dices subiectum propositionis per elemẽtum cognoscetur, dico interdum ex signo vel nota determinante, quoniam vbi talis affigitur, illic subiectũ assidet, reliquum ita erit enunciatum.

Si.n. ĩ aliquo ĩerit, vt C. A vero aberit, A nulli cõgruere B.

Cum directe velit probare, quod proposuit, petitionem aduersarij sumit & deductione vtitur ea, quæ in absurdum trahit aduersarium. Effatum proinde contradictionis petit. Vulgatum.n.est, si cõtradictionis negationem vitamus in affirmationem incidamus oportet. Si ergo aliquis daret propositionem negatiuã de vniuersa, in seipsam iterare retroq; credere, dabit prorsus atque omnino affirmatiuam de parte reciprocari. Aio itaque quod si,

Nullum B est A,
Et contra sequitur, videlicet.
Nullum A est B.

Quod si falsum esse duxeris. itaq; verũ erit quod illi contradicit, i. aliquod A est B. Detur itaque aliquod A est B: & C. affirmet esse quędã pars ipsius A, de quo enũciabatur B: itaque C est cõis, & A & B pars, qm̃ B enunciatur de C: & quod enunciatur de aliquo idem continet, & quod cõtinetur est cõtinentis pars, velut hõ aĩalis pars aĩal cõplectitur hoĩem, de quo enũciatur, & cũ C, esset quoq; pars ipsius A, vt erat petitio, & A, erat pars ipsius. si ergo C est pars ipsius A & B, itaq; C, pars cõtinetur ab A. itaq; enũciatur A de ipso C. cum sit pars ipsius B, sed principio ponebatur nullũ B esse A, itaq; idẽ alicui aptabitur, & nulli qđ absurdum est, vt qđ diximus explicetur magis exemplum subiiciamus in materia.

Nullus lapis animal:
Nullum animal lapis:

Qđ si hoc falsum affirmabis, oĩno verum erit, aliqđ aĩal lapis, velut equus: & contra nimirum erit dicere aliquis lapis aĩal: sed sumebat prius, nullus lapis aĩal, itaq; verum erit dictu, nullus lapis aĩal, & aliquis lapis aĩal, quod est absurdum. Hæc est Aristo. ratio ad probandũ propositionem negatiuã de vniuersa re, in seipsam retrocedere. Socij ñ eius velut Theophra. & Eudemus apertius longe, & paucioribus idem probant, Aiunt, si A de nullo B, enunciatur, itaque ab omnibus partibus B, auellitur & seungitur: sed quod est seiunctum ab aliquo seiuncto abstrahitur, itaque B de nullo A dicetur, seiunctum inter relatiua numeratur. Nam ab aliquo est seiũctum, quæ autem relatiua sunt reciprocantur, itaque merito de nullo A enunciabitur B. Sunt autem nõnulli qui refellere rationem nituntur probantes exemplis reciprocationem falsam esse.

Nullus paries in trabe.

Hæc oratio vera est, quam si recte reciprocari volumus dicemus.

Nullus trabs in pariete, quod falsum est. aliud exemplũ.

Nulla cucurbita scindit gladium:
Nullus gladius scindit cucurbitam:

Prior vera est, secunda falsa. aliud exemplum.

Nullum dolium in vino.
Nullum vinum in dolio.

Prior vera est oratio, secunda mentitur. Ad hæc respondemus nihilominus veram esse rectamq; reciprocationem si ipsi vniuersum enunciatum (vt par est) reciprocationi adaptamus. Sin autem, captiosa ratio euadit, quando non vniuersum facimus retrocedere enunciatum sic, vt idem integrum in subiecti locum descendat. Ponderemus ergo partes propositionis huius.

Nullus paries in trabe.

Subiectum enim est paries, & enunciatum hoc vniuersum in trabe exñs. qđ oportet vt subm̃ fiat hoc mõ.

Nullus paries in trabe.
Nullum quod est in trabe paries est.

Hæc sane secunda oratio vt prima vera est, de aliis idem dicito, cum enim fertur.

Nulla cucurbita scindit gladium.

Enunciatum est hoc, scindit gladium, itaque si reciprocari debet, dicemus hoc modo.

Nullum in gladio scindens cucurbita est, de reliquo exemplo idem.

Nullum dolium in vino.

Nullum in vino est dolium.

Cæterum quidam obiiciunt Aristo. primum quoniam cum deductione ducente ab absurdum vtatur, vt probet negatiuam propositionem de vniuersa re in seipsam reciprocari propositionis de parte reciprocationem sumit, de qua nihil adhuc declaratum est, inquit: Si enim in aliquo inerit vt c. à vero aberit A, nulli congruere B. Nam c, aliquid est eorum quæ sunt B, de quo A enunciatur. Deinde secundum dubium afferũt, quoniam demonstratione ea vsus est, quæ orbicularis dicitur vbi aliqua mutuo sese cõprobant. Nam vt probaretur reciprocatio propositionis negatiuæ de vniuersa re, assumpta fuerat reciprocatio propositionis de parte, cùm vero probare voluit hanc reciprocationem propositionis de parte accepit superiorem reciprocationem propositionis de vniuersa re. Tertio dubitant nihil adhuc de probatione ducente ad id quod fieri nequit nos docuit, & tamen ea vsus est ad confirmandum quod voluit. Satisfaciamus itaq; his dubiis & postremum diluã, quod nemo mirari debet si antea vsus sit probatione deducẽte ad id quod fieri nequit, q̃ aliquid de illa tractarit & explicarit. qñquidẽ idem apud geometras vsu receptum fuit qui ad oñdendum & cõcludendum quod cupiunt eandem sæpe sumunt quàm antea nõ docuerunt. Sunt.n. contenti notionibus quas naturaliter de illa possident, itaq; nos etiam consuetudine vsuq; repto eadem ipsi natura ducti vtimur. Deinde rñdeo his, qui contendunt Arist. ad oñdendũ reciprocationem ꝓpõnis negatiuæ de vniuersa re vsum fuisse reciprocatione propõnis de parte de qua nihil hactenus disseruit & assero Aristo. hanc non sumpsisse reciprocationem tanquam concessam, sed ea vsus est probatione, quæ per expõnem, i. per confirmationem singularium fit. Non.n. dixit, si alicui A, congruit B, & alicui B, quadrat A, sed hoc modo. Si enim A, alicui B, & B cuidam C, quamobrem inductione vsus est, Ex hoc responso tollitur reliqua dubitatio. Non.n. demonstrationem conficit quæ orbicularis & per ea quæ mutuo sese comprobant, dici solet, qñquidem ostẽsurus sit reciprocationem propõnis de parte per reciprocationẽ propositionis negatiuæ de vniuersa re tanquam concessam, quoniam illam iam docuit & asseruit, quàm sane per reciprocationem propositionis de parte non probauit. Nam cum hæc nobis incognita esset, quomodo potuissemus per hanc illam cognoscere? itaq; confugiendum est ad probationem, quæ est per expõnem.

Vniuersalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam.

Præterea si de omni B enunciatur A, & B de aliquo A dicetur. Nam, si B de nullo A, itaque & nullum A de B enunciabitur. Sed iam ratum positumq; fecimus omni B congruere A. Itidem si fuerit propositio de parte.

Probauit ꝓpõnem negatiuam de vniuersa re in seipsam reciprocari, nunc se ad eam cõuertit affirmatiuã, quæ est de vniuersa re, & hanc oñdit in seipsam iterari non posse ordine terminorum mutato, sed in suam de parte affirmatiuam reciprocari. Inquit hæc, præterea si de oĩ B, enũciatur A, & B, de quodam A, q̃ reciprocationem si negas illico confirmabitur effato, & cõi regula contradictionis, qua ostẽdetur reciprocatio valere deducendo ad absurdum, inficiare tu itaq; nõ ita reciprocari prædictam ꝓpõnem, itaque verum erit B, minime enunciari de aliquo A, & si hoc admittitur, itaq; nullum A est B, & cum hæc in seipsam reciprocetur nullũ B erit A, sed ratum & firmum fecimus dicẽdo oẽ B est A, itaq; idem de oi, & nullo B, enunciabitur. Terminorum exẽplo idem cõfirmabo. esto, aĩal, & homo, si aĩal de quocunq; homine, & homo de aliquo dicetur aĩali, quod si hoc falsum esse asserueris, itaq; verum huic repugnãs & id, quod cõtradicit, dico inquam nullum aĩal est homo, quàm orationem supra monstrauimus in seipsam reuerti, itaq; nullus homo erit aĩal, sed iam decreuimus statuimusq; oẽm hoĩem esse aĩal itaq; aĩal enunciabitur de quocunq;, & nullo homine. Hanc quoq; reciprocationem exemplis refellere conantur, primo oĩs senex prius erat iuuenis, hæc oratio vera est, hanc si reciprocari volueris in hanc aliquis iuuenis erat senex falsa reciprocata erit oꝫo. Deinde oĩs vxor prius erat virgo, q̃ propõnem si vis reuerti in hanc, aliqua virgo erat vxor reciprocatio longe aberit a vero, sed idem responsum his afferam, quod supra aliquibus dedi. His.n. opus est, vt vniuersum enunciatum loco subiecti collocent, si recta esse debet reciprocatio, itaq; in hac propositione oĩs senex iuuenis erat, subiectus terminus est senex secum vna tempus præsens significans, quoniam ea oratione significamus senem, qui adest, verum enunciatum.i. iuuenis cum tempore præterito pronunciatur. Nam iuuenis erat, itaq; reciprocationem veram & integram hoc modo formabimus seruentes terminos cũ eodem tẽpore, aliquis iuuenis, qui prius erat, senex est, & aliqua virgo, quæ antea erat, vxor est.

Affirmatiua particularis in se conuertitur.

Nã si A in aliquo inest B, & B in aliquo A ĩsit necesse est. Quod si nullũ B in aliquo inest, A itaq; nec vlli B cõgruet A.

Reciprocationem ꝓpõnis de parte affirmatiuę probat, q̃ in seipsam reuerti vult & rõnem eã efficit quæ deducit absurdum sumens reciprocationẽ propõnis de vniuersa re negatiuæ, q̃ supra oñderat in seipsam reuerti. Sint termini exempli causa, homo albus, si aliqđ albũ est homo, itaq; aliquis hõ est albus, ꝙ si falsum esse dixeris, itaq; verum erit nullus homo albus est, itaq; & nullum albũ hõ, qm̃ (vt monstratum est) in seipsam reciprocatur eiusmodi propõ, & quia sumpsimus aliqđ album esse hoĩem, itaque idem alicui & nulli congruet quod absonum est. Quamobrem concludatur propõnem de parte in seipsam reciprocari, ꝙ si hæc interdũ in suam reciprocatur de vniuersa re affirmatiuã, nõ per se id sustinere põt, sed propter materiam assumptam velut aliquod animal homo, itaque omnis homo animal.

Negatiua particularis non conuertitur.

Quod si aliquod B non est A, non est necesse, vt aliquod A non sit B. exempli causa, B est aĩal, & A homo. Nã hõ cuiq; congruit aĩali, & tamen aĩal cuiq; accommodatur homini.

Hoc loco disputat de propositione priuante, q̃ in nullam reciprocari asserit, propterea ꝙ in nullam certam ac definitam retrocedit, haud tamen, quia nec in seipsam, nec in aliam reuertitur, iccirco in quacũq; materia id fert, ꝙ in materia contingente in seipsam retrocedit, atq; in affirmatiuam de parte, vt non oĩs homo albus, & non oẽ album hõ, quinetiam aliquod albũ hõ. Hæc in materia necessaria reciprocatur in affirmationẽ de vniuersa re, vult non oẽ aĩal hõ, & oĩs homo aĩal. Eadem præterea in materia earum rerum, quæ fieri nequeunt conuertitur in negationẽ de vniuersa re. Non quiuis lapis volatilis, neq; quod vis volatile lapis. Cæterum illa adiectio {non oĩs} quõ intelligẽda sit lib. de Interpre. explicatum est. Hæc.n. non oĩs lapis volatilis hãc tollit & euertit oĩs lapis volatilis, quàm esse falsam, indicat & refellit ꝑ negationem, hæc tñ {non oĩs} nõ introducit

ducit illam {aliquis} adiectionem. Q. si cur petas? assero ꝓpter infinitam eius, idcirco tradit eandem in nullam retrocedere ꝓpōnem, qñquidem in nullam certam & definitam reciprocetur, & propterea in nulla materia dr̃ illa retrocedere in aliam propōnem, quod doctrina Philosophorum scientiam suppeditat, & affert, & sciētia de communibus & non de certis signatis rebus est.

Caput tertium. De reciprocationibus propositionum de necessario.

Eodē modo hæ conuertitur vt præcedentes.

Eodem modo arbitror de propositionibus necessariis dicendum esse. Nam priuans de vniuersa reciprocatur, & vtraque affirmatiua de parte.

Similiter tradit reciprocari propositiones necessarias, quemadmodum retrocedebant in seipsas propositiones, quæ solum aliquid in aliquo inesse enunciant, verum dices quo itaq; discrepant? Nimirum hoc, quod hæc propositio, quæ aliud in aliquo inesse significat seipsa contenta est sine alterius extrinsecus prolatione velut Socr. existit, sed necessaria modum desiderat, vt Soc. necessario existit. Cæterum disputatum est nobis ante de reciprocatione propositionis, quæ solum aliquid in aliquo inesse significat, qm̃ simplicior est, succedit deinde reciprocatio necessariæ, tertio propositionis contingentis, quia tempus indicat futurum.

Nam si necesse est nullum B esse A, etiam necesse est nullum A esse B. Quod si contingit vt aliquod A sit. etiam contingit vt aliquod B sit A.

Affirmatiua particularis in se conuertitur.

Posteaquam huc nos sermo rapuit, quærendum nobis est, quamobrem libro de Interpretatione mentionem nullam fecerit Arist. harum propositionum.

Necessario in nullo inest.

Necessario in quocunque inest.

Contingit in quocunque inesse.

Eodem modo cur obticuit propositiones de parte? Rn̄deo in illis commentariis de Indefinitis propositionibus solam mentionem factam fuisse velut de his.

Potest esse.

Contingit esse.

Necesse est esse.

Potest non esse.

Negatiua particularis non conuertitur.

Cum propterea persequutus esset, & ad eum venisset locum in quo patefaciendum sibi esset, quonammodo non potest esse, & non impos̃e est, sequuntur contingentem & hanc, potest esse, & hanc, non potest esse, de his disseruit, tanquam de indefinitis & sine determinatione prolatis. Hoc autem libro disserit de his propositionibus, quibus iuncta est aliqua determinatio cum modo. Quærendum item est cur hoc libro eas propositiones negatiuas dicit, quas libro de Interpretatione affirmatiuas esse censuit? Has enim propositiones.

Necesse est non esse.

Contingit non esse.

Libro memorato affirmatiuas esse statuit, cū tradat ꝙ quibus est annectitur, vel non est affirmationē facit, quas ꝓpōnes nūc negationes esse affirmat. Cum ergo velit ostendere ꝓpōnem negatiuam de vniuersa re, cū modo necessario, & contingens reciprocari his vtitur propōnibus, quas lib. de Interpretatione cēsuit affirmatiuas esse. Pręterea inquirendum est, quamobrem propōni necessariæ negatiuæ de vniuersa re non apposuit affirmatiuam necessariam de parte, sed contingentem. Hæc sunt eius verba, nam si necesse est nullum B esse A, etiam necesse est nullum A esse B. Q. si contingit vt aliquod A sit B, etiam contingit vt aliquod B sit A, quibus verbis cum eo argumento vtatur ꝙ deducit ad absurdum, non dixit ꝙ si necesse est vt aliquod A sit B postremo in dubium vocetur cur reciprocatione propōnis contingentis de parte probat hanc reciprocationem, cum de illa nondum quicq̃ docuerit. His rn̄deo, & primam diluam dubitationem quamobrem, s. in commē tariis de Interpr. de his propōnibus disputauerit tanquam de indefinitis, & hoc loco de his tāquam de his, quibus iūcta est aliqua determinatio, dico itaq; qm̃ lib. memorato quę disseruit, de industria & studiose obscurare, & breuiter docere, atq; plura paucis & reconditis complecti voluit, idcirco earum propōnum solum meminit, & has hoc loco traditas prætermisit, qđ quidem eo fecit, vt ipsi per illas explicatas cogitatione & mente reliquas hoc lib. memoratas complecteremur. Cum. n. ante tradidisset determinatas ꝓpōnes, duxit superuacaneum esse vt velit ob ꝓpōnes de modo illas repetere, cū præsertim sibi nihil amplius dicendum esset q̃ disputarum erat de illis determinatis, de quibus simplr̃ tractauit tanq̃ de his quæ modum habent. Sed cum hoc loco tradere debeat è quo rōcinationes nascātur vidit nō esse ita faciendum sibi, vt fecit lib. prædicto, ne quis suspicaretur illum reuera de solis īdefinitis disputasse. Deinde propositis determinatis propōnibus conclusio inducitur, quod si deerit propō de vniuersa re idonea aptaq; formandæ rōcinationi figura formaq; valeat oportet, nam propositis propositionibus de parte, sequitur conclusio de parte, eodem modo de reliquis dicendum est. Itaq; Arist. necesse fuit, vt non modo, infinitas tractaret propositiones de modo, sed etiā determinatas. quibus verbis: primā dubitationem præcisam sublatamq; esse arbitror, tempus est, vt reliquam soluam dubitationē in qua mirabamur cur hoc loco affirmationes prō negationibus accepit. Quidam respondet Inter negationem necessariam, & negationem necessarij aliquid interesse. Nam necessitas negatur cum modus solum tollitur, velut nō necesse est hominem album esse, sed necessaria negatio est quæ non solū euertit modum, quin etiam vniuersam propōnem destruit, velut necesse est hominem non esse album, ferunt itaq; in elucubrationibus de Interpre. Arist. tradidisse necessitatis negationē, sed hoc loco necessariam negationem. At vero hæc rn̄sio subtilis & acuta vr̃, sed dubitationi nostræ nō perfecte satisfacit, qm̃ ab his iterū petendū est cur in cōmētariis de interpre. negationem necessariā silentio præterit, vel cur hoc loco ꝑtermisit negationē necessarij, qm̃ hoc modo viderentur vtraq; opuscula & illa de Interpretatione, & hęc manca, īperfectaq; esse, secus itaq; ac illi dicendum est; qm̃ propositiones necessariæ dupliciter opponuntur. Cum. n. opponuntur aut modus tollitur, aut tota euertitur propositio, exempla afferam vt præcepta lib. de Interpre. monent, velut. Necesse est omni oppositę. Non necesse omni, in qua opposita negatio modum duntaxat destruit, & significat non recte prolatam fuisse affirmationem hāc necesse est omni, & cū tollat modum duntaxat reliqua propositionis incerta indefinita nobis relinquit. Nam qūo de oī enunciatur. i. ſm quem modum? aut si omnino enunciatur de oī minime adiecit. Hic est vnus modus quo opponuntur ꝓpositiones de vniuersa re si tueri volumus, ea quę nobis tradidit lib. sæpe memorato. Altera forma opponendi est, quę hoc loco traditur. Et quoniam propō necessaria affirmatiua de vniuersa re hæc tria cōplectitur

quandam vniuersitatem, vt omnis, quandam qualitatem velut negatio & affirmatio,& modum necesse,huic erit reuera opposita illa quæ hæc tria destruet, quare si propositio fuerit de vniuersa re, huic quammaxime opposita erit illa de parte,etsi vna fuerit affirmatiua,altera negatiua erit,& si vna necessaria, reliqua vero contingens. Et (vt in vniuersum dicamus) si repugnātem omnino alicui propositioni inuenire voluerimus necesse est, vt quantum quanto qualitatem qualitati, modum modo obiiciamus opponamusq́;

Quare (vt summatim dicam) huic propositioni
Necesse est omni.

Si quæ tradita sunt libro de Interpretatione sequamur opponemus hanc.
Non necesse est omni.

Sed si quę hoc tractantur loco sustinere voluerimus non illam obiiciemus propositionem,sed hanc.
Contingit non omni.

Itē si præcepta memorati libri tenere volumus huic propositioni.
Necesse alicui.

Opponemus hanc propositionem.
Non necesse alicui.

Verum si nos retulerimus ad ea quæ hoc libro docentur obiiciemus hanc.
Contingit nulli.

At tergiuersari quispiam poterit, quoniam duo vni repugnarent,natura itaque præter æquitatem fecisse videretur, quippe quæ duo vni opposuit,sed ne tergiuersetur sciat velim duas propositiones vni non repugnare, vt quæque per se pugnat cum vna, sed sic ambæ cū vna pugnant, quia idem æque significant. & æqualis momenti sunt.Huic enim propositioni.
Non necesse est omni.

Respondet æqualis virtutis hæc altera propositio.
Contingit non omni.

Nam hæc propositio, non necesse est omni, infert & inducit hanc contingit non omni, velut si non necesse est quemuis hominem albescere, itaque contingit non quemuis hominem albescere. Præterea huic propositioni.
Non necesse alicui.

Hæc propositio respondet æqualis virtutis & momenti.
Contingit nulli.

Si enim non necesse est, vt aliquis homo lauetur,contingit certe, vt nullus lauetur, idem de aliis demonstrare possumus,quę propterea vni opponuntur,quod mutua virtute,immo eadem pollent.Contemplemur porro quonammodo his verbis omnes propositiones afferātur,quæ libro de Interpretatione,& hoc loco tradūtur,ne vtrunque opus mancum videatur cum hæ æqua vi conspirent inter se.Si enim huic propositioni affirmatiuæ contingenti de parte.
Contingit alicui.

Opponitur vt dispositum est libro supra dicto hæc.
Non contingit alicui.

Quæ est contingens de parte negatiua, cui respondet æqualis virtutis illa.
Necesse est nulli.

Quæ modo, quanto, qualitate repugnat illi propositioni antedictæ, contingit nulli, perspicuum itaque est necessariam propositionem negatiuam de vniuersa re hoc modo oppositam esse, itaq; pulchre hoc loco illam tanquam negationem accepit. Hæc nimirum & si figura affirmatiua videtur, potestatem tamen vimq́; negationis tenet, quemadmodum ipse de hoc nos certiores faciet.Si.n.vim habet negationis, non itaq; omnino pugnat cum hac,contingit alicui cum ipsa non minus affirmatiua sit, idem de reliquis dicendum esse sentio.Q. si æqua vi concurrunt propositiones,quæ libro memorato & hoc loco negationes existimantur cur in illis commentariis de his nullam mētionem fecit,quas hoc loco censuit negationes, aut cur hoc libro earum non meminit, quas in illis attigit ac tractauit? Dicam quia cum libro supradicto vna formula tradere voluisset negationes, quæ affirmationibus opponerentur adhibendum esse modo negationem censuit,vt propositiones haberentur negatiuæ,quæ affirmationibus oppositæ forent, quod quidem propterea fecit, quod in materia contingenti negationes sunt æque virtutis cū affirmationibus, si modo non iungatur negatio. Nam hæ propositiones ambæ, contingit omnem hominem lauari, & contingit nullum hominem lauari veræ sunt & vna alteri non contradicit. Eo itaq; loco propterea affirmationibus negationes suas tribuit vt quę propositiones contradicerent inter se mutuo sm quem que modum traderentur,hoc autem loco qm̄ de reciprocatione tanquam de re, quę vsui esset conficiendæ ratiocinationi eas (vt dixit) eo modo tradidit, tū maxime, quia in rōcinationibus semper definitæ & certę sumendæ sunt conclusiones, sed negationes quæ tractantur libro de Interpretatione incertę erant, nam in quibusdam vnum modum auferebant, & in aliis nullum indefinitum ītroducebāt,velut in hac propōne nō necesse oī,in qua tollitur vnus modus,s.necesse.Nam significat non esse verum, vt ex necessitate conueniat oī, vbi nihil definitū ītroductū est,neq; an conueniat cōtingēter significat,neq; an solum significat, esse, sed solum sustulit modum necesse, at hæc propositio, necesse est nulli,totam significationem destruit huius,necesse est omni. Cum ergo ex definitis certisq́; propositionibus his conclusio oriatur definita, & ex incertis incerta,& in ratiocinationibus conclusio certa inferenda est, iccirco vsus est hoc loco his propositionibus. Cum ita secunda dubitatio deleta sit tertia diluatur. Erat sane dubitatio cur cum vtebatur deductione ad id quod fieri nequit, necessariæ de vniuersa re negatiuæ opposuit affirmatiuam contingentem de parte, & non necessariam affirmatiuam de parte, sed quæ necessitas esset,vt per contingentem ostenderetur necessaria ex dictis perspicuum est. Nam quia supra retulit propositionem de vniuersa re negatiuam necessariam secum reciprocari,quod cum vellet ostēdere deductione ad id quod fieri nequit,merito opposuit eam propositionem quæ modo,quanto,& qualitate esset ei cōtraria atque repugnans, & hac rōne ostendit aliquid absurdi sequi vt illam confirmaret reciprocationem. Reliquum dubium sic tollitur, qm̄ quærebatur quo vsus est reciprocatione contingentis propositionis de parte cum hanc nondum ostenderit reciprocari. Nam dixit.Q. si contingit vt aliquod A sit B etiam contingit,vt aliquod B sit A. Dico itaque contingens definitum esse ab Arist.hoc modo,contingens est, cum non sit necessarium si ponatur esse nihil quod fieri nequit sequitur. Quod si hæc est definitio contingentis & hoc accepit perinde,ac sit tum non erit contingens,sed erit propositio, quę significat esse,si ergo sibi sumpsit propositionem contingentem

gētem de parte affirmatiuā quæ significet enunciatum iam in subiecto inesse non erit illa contingens, sed illa quę solum esse significat, & hæc ostendebatur supra in seipsam reciprocari, itaque contingens de parte affirmatiua conuersa in illam quæ significat enunciatum solum adesse subiecto in seipsam reciprocari poterit, sed & quāquam positio hæc non sit vera, videlicet vt contingens ad esse queat procedere & iam venerit, attamē non est vt fieri nequit, quod.n.fieri nequit oīno est falsum, sed quod abest à vero nō prorsus est, sic vt fieri nequit, velut homo non pōt habere, alias quod quidem etiam à vero abest, at Soc.mæchari falsum est, sed non sic vt fieri nequeat, quare & si mentitur pō quæ dicit detur contingens adesse proficisci sic vt sit, attamen non est sic falsa, vt fieri nequeat. Est ergo ratio huiusmodi (vt repetam quæ dixi.) Nam si necesse est nullum B esse A, dico etiam necesse est nullum A esse a quod si hoc falsum est, itaq; repugnans ei verum erit, s. contingit aliquid A esse a sed contingens, i. quod cum necessarium non sit si det nihil sequitur quod fieri nequit. detur itaq; vt ita sit, nullum itaq; sequitur quod fieri nequeat, siquidem quod posuimus est verum, & cum idipsum cōtingens vbi primum exiit adesse sic, vt iam sit conuersum est in propositionem quæ significat esse, itaq; aliquod A est a, sed reciprocatur propositio de parte affirmatiua in seipsam (vt demonstratum est) itaque aliquod a est A, sed sumptum erat nullum a esse A ex necessitate itaq; idem alicui & nulli adiecit quod fieri nō pōt, quod quidem nascitur quia repugnans ei, videlicet contingit aliquod A esse a sumebatur esse verum, itaq; est falsum quod ex vero nunquam sequitur id quod fieri nō pōt. Si ergo falsum est cōtingit, aliquod A esse B erit verum, ei repugnās, s. necesse est, vt nullum A est B, itaque demonstrauimus propositionem necessariam de vniuersa re in seipsam reciprocari quod ostendere volebamus. Quapropter suo quæque loco dubitatio præcisa est, reliqua deinde persequamur.

Quòd, si necesse est, A omni B, aut alicui eorum, quæ sunt B: necesse etiam est vt B sit aliquid eorum, quæ sunt A.

Tenet eundem ordinem, vt supra fecit in propōnibus quæ signāt esse, posteaq̄ itaq; demonstrauit propōnem necessariam de vniuersa re secū reciprocari, affirmatiuam de vniuersa, & de parte ostendit, & breuitati suæ additus simul affirmatiuam de vniuersa re, & illam de parte reciprocari in ꝓpōnē de parte ostendit.

Si enim non necesse, neque A in aliquo B inerit necesse.

Hoc loco varia scriptura adducitur. quædam exemplaria sic habent. Si.n.contingit nulli. sed exemplaria quæ probantur magis, si.n. non necesse habent. Verum si priorem scriptura sequi arbitramur dicemus Aristo. voluisse modum modo opponere quantum quanto, qualitatem qualitati, sed non est perfecta eiusmodi scriptura, quia ex tali petitione nihil concluditur quod fieri non possit, quod tñ cupit concludere. Item aliquo modo propositiones de vniuersa re cōtingētes modo sint propriæ contingentes sunt æqua virtutis inter se. Nam hæ contingit omni æque virtutis est huic contingit nulli, velut contingit omnem hominem ablui & ecōtra. Aequidem quæque propositio de vniuersa re contingens, pugnat cum vnaquaque de parte necessaria, velut cum hac, necesse est alicui pugnat hæc, contingit nulli oībus modis. Pugnat etiam cum hac contingit oī, sed hæc contingit nulli per se pugnat modo, quāto, qualitate, sed contingit omni pugnat, quia est æquipotens cum hac contingit nulli. Item cum hac necesse nō omni pugnat hæc per seipsam contingit omni, & per hanc etiam pugnat illa contingit nulli tanquam æquiualens. Si ergo duæ propositiones de vniuersa re contingentes repugnant his de parte necessariis tanquā ęquiualentes, velut si loco contingentis de vniuersa re negatiuæ opposuerimus contingit omni tanquam æque virtutis non deducemus rationem ad absurdum, si conuertatur & transformetur hæc contingit nulli in hāc contingit omni siquidem æquiualent. Nascitur.n.figura quæ concludit velut in omni a insit A dicimus a alicui A congruere, quod si hoc falsum est statuamus contingit nulli quæ propositio transferatur in hanc contingit omni, velut contingit omne A esse B si reciprocari hanc voluerimus dicemus contingit aliquod a esse A, & deinde cōcludemus idem congruere omni & alicui, vbi nihil absurdi deduximus. Quod.n.omni cōgruit & alicui cōgruat oportet, quocirca diximus alteram scripturam meliorem esse quæ sic erat. Si.n.non necesse. i, si non necesse est aliquod A esse a perspicuum est vt nullum sit, igitur & a necesse est nullum esse A. Nam demonstratum est necessariam propositionem negatiuam de vniuersa re secum reciprocari, sed erat etiam illud quod alicui congruebat, idem itaq; alicui & nulli quod est absurdum.

Priuans in parte ob dictā nobis causam nō reciprocatur.

Hoc paruo contextu videtur Aristo. causam afferre cur de parte negatiua non reciprocetur, sed hoc abest a vero, non enim videtur tradere causam cur prædicta propositio non reciprocetur, nisi causam vocet exēplū sibi adductum supra vbi dicebat. Si enim homo non omni animali & animal non omni homini.

Caput quartum. De contingentium propositionum reciprocationibus.

Restat, vt de contingentibus disseramus, sed prius, contingens distribuemus, quoniam multis dicitur modis, Contingens fertur quoddam necessarium, & quoddam non necessarium, atqui id, quod fieri potest.

Vbi de reciprocatione propositionum, quæ significāt esse solum, & quæ significāt necessaria esse, finem fecit, sese traducit ad reciprocationem propositionum cōtingentium, & prius diuidit contingens. quoniam, vt lib. de Interpretatione diximus, multis fertur modis contingens, accommodatur etiam materiæ necessariæ velut contingit Solem in Ariete esse, quamquam non contingat, sed necesse sit, vt Sol in Ariete, sit, item fertur contingens quod in ortu atque interitu versatur, quod, à subiecto auelli & esse potest, velut accidentia. Etenim hæc in aliquo insunt, sed non ex necessitate velut quādo dicimus Scitham contingit album esse. Hoc autem non est proprie contingens, sed perinde est, ac illa propositio, quæ significat solum esse. nam in Scitha inest album, idemq; dico de persimilibus. proprie contingēs est id quod tēpus futurum significat, & quod tam esse fierique potest quam non esse, nec fieri. Propositiones Itaq; contingentes, quæ sunt æque fere necessariis, & illis quæ significant esse eodem reciprocantur mō vt illę re. Enimuero nō discrepant nisi nomenclatione quadam, quæ sunt propriæ contingentes longe secus reciprocabuntur (vt deinceps videbimus) quā prædictæ.

Etenim tam necessarium quàm non necessarium atque id quod fieri potest contingere solemus dicere.

Hoc loco non necessarium vocat id quod solum significat

gnificat esse modo fieri possit. Cæterum quod fieri potest idem esse arbitrantur vt contingere.

Affirmatiuæ propositiones similiter reciprocantur omnes. Nam si A omni vel alicui contingit, & a alicui eorum quæ sunt A contingeret, quod si nulli neque A nulli eorum quæ sunt a. Nam hoc prius nobis ostensum est, sed negatiuæ aliter se habent.

Quouis modo propositiones contingentes affirmatiuas similiter reciprocari inquit. Omnis.n.propositio quocunq; modo in affirmatiuam de parte reciprocatur, & eodem modo demonstrantur harum reciprocationes vt supra. Negationes autem longe aliter reciprocētur, quam aliæ supra dictæ. Et hæc ratio est, q̄m propriæ contingens quod ęque fieri, ac non fieri pōt æque se habet vt sit, & non sit. Idem enim est siue affirmes, siue neges in his, nec veritate discrepant affirmatio & negatio. Contingit.n.vt omnis homo abluatur, & contingit, vt nullus lauetur, quoniam vtraque vera esse potest propositio. Et iam ostensum est illā propositionem significantem esse, & necessariam reciprocari in seipsam, & eam de parte non ex necessitate, perspicuum ergo est quomodo urgationes contingentes reciprocentur vt aliæ, & quomodo minime, si fuerint æque vt illæ de materia necessaria, aut quemadmodum sunt, propositiones significantes esse eodem conuertuntur modo vt illæ, si vero fuerint proprie contingentes secus se habebunt. Hæc docebit postea, nūc vero suppetant exempla perspicua, quæ in materia sunt adducta.

Quæcunque contingunt, aut contingunt quia ex necessitate non insunt, aut quia non ex necessitate congruant.

Id est propositiones contingentes negatiuæ, quæ re ipsa sunt necessariæ, aut significantes esse similr reciprocantur vt illæ. Negatiuæ.n.secum reciprocātur de vniuersa re, sed de parte propositiones indefinitæ, quemadmodum etiam illæ. Nam vt dictum est nomine discrepant, re consentiunt, exēplū deinde in materia exhibet.

Si quis diceret hominem non contingere equum esse, vel nullam vestem albam esse: Horum alterum ex necessitate non congruit, alterum vero non ex necessitate competit similiter reciprocatur propositio. Si enim contingit nullum hominem equum esse, etiam concedendum erit nullum equum esse hominem, & si concedetur nullam vestem candidam, pariter dabitur nullum candidum vestem esse. Si enim alicui ex necessitate, & album in aliqua veste inerit ex necessitate. Hoc enim supra monstrauimus. Itidem dicendum est de propositione negatiua parte.

Hoc exemplum est de contingente quod est re necessarium, euidens est non esse contingenter secūdum significationem proprie contingentis hominem non esse æquum sed necessario, ideo reciprocatur. Contingit enim nullum equum hominem esse, vel nulla vestis est candida, quod sane est exemplum propositionis significantis esse & erat vna significatio hoc modo contingentis. Ex necessitate homo non est equus: sed nō ex necessitate uulla vestis est candida, ideo eodem reciprocatur modo vt illa propositio quæ significat esse. Itidem dicendum est de propositione negatiua de parte, vt enim in aliis modis talis propositio indefinita erat, quoniam certam non habebat propositionem in quam reciprocatur, itidem dicendum erit de contingente quæ est æqualis necessariæ, vel propositionem significanti esse, hæc indefinite reciprocatur.

Item quæcunque vt plurimum, vel quia possunt euenire dicuntur contingere.

Cum trifariam sit contingens, vt in Physicis dictum est alterum vt plurimum, alterum æquale, alterum raro, contingunt vt plurimum naturalia & arte condita. Natura enim vt plurimum parit homines quinq; digitorum & medicus frequentius sanat quàm non sanat. Cōtingēs æquale velut lauari & non lauari, sedereq; & nō sedere. Nā æque fieri possunt opposita, raro contingens sex digitis nasci hominem, & cū artes à scopo aberrant, contingentia itaq; ęqualia in nullo vsui sunt in demōstratione, quod æque affirmationem ac negationem quis potest ostendere, quod si hoc contingens nō prodest arti demonstrandi, multo minus contingens raro velut parere infantem sex digitorum. Nullus enim quæ raro & insperato sępe veniunt ratiocinatur. Ars itaque de conficiendis argumentis, contingens vt plurimum sibi accōmodat, quod quidem diximus in physicis & arte conditis inueniri velut hyeme pluere, & Oratorē suadere, & Medicum restituere salutem ægrotanti, & gubernatorem mediis in fluctibus seruare nauem. Quocirca adiecit, vel quia possunt euenire, quę verba retulit ad res naturales.

At quo definimus modo contingens reciprocatione priuantes non similiter se habebunt, sed priuans de vniuersa re non reciprocatur propositio, verum illa de parte reciprocatur, quod quidem tum erit perspicuum cum de contingente disputabimus.

Idest ad eum modum quo proprie appellamus contingens de futuro tempore, cum triplex sit contingens quemadmodum in Physicis diximus, vt frequenter, æquale, raro, propositiones contingentes non similiter reciprocantur vt illæ necessariæ, & quæ significat esse & causam iam patefecimus, quoniam vt nulli contingit ita omni contingit. dicere possumus quod, cum dicit priuantem de vniuersa re non reciprocari quod paulo post ostendet, subauditur in seipsam. Eam de parte asserit in seipsam reciprocari, q̄m si non oē album est aīal, neq; oē animal est album, item affirmatiua de parte in seipsam reciprocatur. Etenim aliquod animal album, & hac rōne non modo in seipsam reciprocatur, sed etiam in negatiuam de parte. Si enim aliquod animal album, non oē album aīal, quod vero priuans de vniuersa re in seipsam non reciprocatur in calce sciemus cum ipse commixtiones docebit, sat nūc est exemplis fidem fecisse. Si enim contingit nullum hominem lauari, non erit vera reciprocatio nullum lauatum contingit hominem esse. Nam lauatur bos, equus, & tamen haud verum est asserere equum, & bouem contingit nun esse hominem, æ quidem magis est necesse, vt hæc non sint homo. Cui enim contingit aliquid nō esse, huic etiam contingit idem esse, si ergo falsum est bouem cō tingere lauari etiam non contingere lauari falsum erit.

Hactenus perspicuum sit quod contingere nulli vel alicui non inesse figuram habet affirmatiuam.

Nunc quod principio quærebatur cur lib. de Interpretatione propositiones cum modo cui non erat iuncta negatio affirmatiuas esse dixit ex transpositione, & non negatiuas patefacit. Et tanquam negationes assumit eas hoc loco, quoniā & si figura sunt affirmatiuæ, vim tamen negationis habent.

Contingit æque fere vt est ordinatur, quoniā hoc verbū est vbi collocatur enuncians semper & omnino affirmationem facit velut est non bonum, aut est non album, aut simpliciter est non hoc, quod quidem demonstrabo cum persequar cætera. Quo ad reciprocationes perinde erunt ac reliquæ.

Vt propositiones de tertio enunciato negationes fiunt si negatio addatur verbo est, & si alicui alteri parti adhibeatur velut subiecto affirmationes sunt indefinitæ, ita propositiones cum modo se habent, si modo addatur negatio euadunt negatiuæ, si ennnciatio ex tráspositione affirmatiuæ dicuntur vt lib. de Interpretatione monstratum est. Dicit porro verbum est persimile modo. Quemadmodum .n. verbum est vbi est enunciati pars efficit affirmationem velut homo est aĩal, ita & modus velut contingit hominem Philosophum esse, & contingit non esse. Nam enunciatur de ipso contingit, & per vocem illam {Semper} significat sententiam suam semper veram in oĩ tempore, & per illud omnino significat veram esse de omni materia. Cæterum cũ dicit quo ad reciprocationes erunt perinde ac reliquę. Quæ reliquæ, videlicet affirmatiuæ simplices. Nam in affirmatiuam de parte, vult etiã has reciprocari vt paulopost declarabit. Si .n. contingit nullum hominem ambulare, contingit aliquod ambulans hominem esse. Nã ambulat equus & canis & alia multa, neque verum est dicere horum nullum contingere hominem esse vt diximus. Quod .n. contingit non esse aliquid, hoc etiam contingit, vt sit idem. Hoc igitur modo eædem sunt, si aũt hoc mõ negationes cõtingẽtes accipiamus, dico, videlicet illas de vniuersa re quæ tollunt modum, inuenie mus has reciprocari in seipsas, si non cõtingit aliquem hominem volare, neque contingit aliquod volans hominem esse. Nam ęquiualent non contingit hominem aliquem volare, & necesse est nullum hominem volare, hac reciprocatione in seipsam & prima reciprocatur, item negatiua de parte non contingit omne animal risui aptum esse, quoniam hæc eadem est huic necesse non omne animal risui aptum esse, si non certe secunda reciprocatur, ita prima non habebit certã propositionem in qna reciprocetur.

Caput quintum. De ratiocinatione ex propositionibus de inesse in tribus figuris.

CVm autem de his iam finem dicendi fecimus, è quibus nunc, & quando ac quomodo omnis ratiocinatio coaugmentetur disputemus, postea erit nobis sermo de demonstratione.

Orationem suam deinceps conuertit ad rõcinationem, sed antequam examinemus contextum & filium sermonis sui quędam sumamus. Cum itaq; rõcinatione illi dicendum sit, & hæc sit quædam orationum collectio, perspicuum erit rõcinationem ex vna propõne constare non posse. Nomen .n. rõcinationis plurium orationum compagem indicat, quod etiam fecit supra definitio eius, quam tradidit Arist. quod si vera dicimus rõcinatio minus quàm duabus propõnibus constare non potest, quæ sane duæ propõnes necesse est, vt vel terminis consentiant vtrisque, vel ambobus discrepẽt, vel altero communicent, altero autem dissentiant, aliter nequimus cogitare earum discrimen, vel cõionem quam diximus. Si .n. vtrisq; consentiunt terminis nascitur argumentum vnius assumpti monolemma, in quo clusio à præmissa non differt contra definitionem rõcinationis supra traditam. Nam hæc est, in qua cum ponuntur quædam quidpiam alterum ab his, quæ posita fuerant ex necessitate oritur, item nulla erit rõcinatio si ambobus discrepent terminis, qm̃ propõnes nil concludent si nullus fuerit terminus cõis, qui extrema connectat. Restat ergo, vt propositiones vna consentiant, altero discordent, oĩs ergo ratiocinatio trinis constat terminis, duobus extremis, & medio, qui est communis duabus propositionibus, & medius, appellatur, quoniam extremos mutuo seiunctos connectit, qui in vna subiicitur propositione, & in altera enunciatur, aut in vtraqne enunciatur, aut in vtraq; subiicitur. vnde exprimitur differentia triũ figurarum. Cum enim medins vni subiicitur extremo, & de altero enunciatur prima oritur figura. Secunda nascitur, quando medius terminus de vtroque enũciatur extremo. Tertia aũt cũ subijcitur medius vtriq; extremo. Hæc autem est causa, cur ita collocẽtur figuræ. Nam collocandæ sunt figuræ, vt medius terminus erit coaugmẽtatus cum ex terminis.

Ex tribus terminis & duabus propositionibus constat omnis ratiocinatio.


Scias velim proprie medium terminũ esse, qui tale nomen merito accepit & ordinẽ, qñ vni extremo subijcitur & locum deteriorem tum habet, & qñ de altero enunciatur & meliorem locum accepit. Semper enim enunciatum subiecto melius est, qm̃ tale fere semper cõius est snbiecto, item subiectum rõnem habet materiæ, enunciatum vero formæ. Etenim materia subijcitur formis. Quoties aut medius terminus enunciatur de extremis vtrisq; , vel ambobus subiicitur non est propriæ medius terminus, qm̃ igitur qñ ordinem medij amittit melius est ei enunciare, quam subiicere idcirco prima figura dicitur, quando medius terminus seruat suum ordinem, & de vno extremo enunciatur, & alteri subiicitur, secunda figura cum de vtroque extremo enunciatur, in qua etiam meliorem complexus est ordinem. Tertia vero figura, in qua subiicitur vtrisque extremis & vltimum ordinem sortitus est, quocirca in prima figura recte scribitur medius terminus cum extremis: sed in secunda figura supra, & in tertia infra. Item ordinem ipsorum spectare possumus aliter. Quia enim in prima figura omnes conclusiones tam de vniuersa re, quam de parte & affirmatiuæ & negatiuæ: & idcirco talis figura talem ordinem cæpit, sed in secunda figura nulla cõclusio inducitur affirmatiua, sed quælibet negatiua de vniuersa re & parte, ideo s̃m locum obtinuit, tertia vero qm̃ conclusiones solum de parte concluduntur, & nulla de vniuersa re locum postremũ habuit. Item optima & maxime decora demonstrationi in qua omnes concluduntnr conclusiones quæ in aliis concluduntur figuris & conclusio præterea de vniuersa re affirmatiua maxime scientiæ artique demõstrandi prodest, nulla autem reliquarum figurarũ hoc facit, secundo loco ponitur ea in qua concluditur negatiua de vniuersa re. Nam hoc est aptum magis demonstrationi. Scientia enim demonstrandi de parte propositionem nullã proponit probandam, sed illam de vniuersa re quæ interdum etiam est negatiua, propterea quod quæ demonstrare volumus semper fere contemplamur ea quę alicui congrnat per se, vltima figura qm̃ concludit solum conclusionem de parte non confert demonstrationi, item aliam afferre causam possumus, quæ sit re vera probabilior de ordine figurarum, scias idcirco peruelim animam nostram medium locum habere inter ea, quæ sempiterna sunt, & ea quæ in ortu & interitu versantur, qua rõne particeps est inferioris ordinis, & snperioris, huic prima figura persimilis est. Nam in ipsa medius terminus de altero extremo enunciatur, quo melior est, & alteri subiicitur quo deterior est, similiter natura dicitur quædam media res inter formas, non enim alterum alteri adaptat. Non magis nigrum cum albo quam album cum nigro coniungit,

etsi

etsi eo sit melior, cui similis est.2.figura. Etenim mediũ terminum habet, qui in vtraq; propositione enunciatur de vtroque extremo, idcirco melior est vtroq; extremo. Item dicitur materia quędam res media esse inter formas. Nam repletur omnibus, quibus est deterior, cui tertia figura similis est cum in vtraque propositione medius terminus subiiciat, qui est ob id deterior his. cum ergo prima figura animæ, similis sit, & hæc sit reliquis duabus natura & materia præstantior, prima idcirco figura erit reliquis duabus honoratior; ideo & prima dicetur, secunda vero, quia similis est naturæ quæ ignobilior est anima, & materia melior cui similis est tertia figura. Quemadmodum.n.est cæterarum vltima ita medius terminus reliquis præcedentiũ erit ignobilior. De figuris itaq; & ordine illarum abunde nobis dictum sit. Restat, vt de nomenclatione illarũ quæramus. Cur figuras Arist. appellauit? Dico Arist. fuisse perstudiosum geometriæ, iccirco voluit quæ de ratiocinatione tractantur conferre & similia reddere cum his, quæ à Geometris explicantur, ideo nomina geometrarum sibi accommodauit. sunt enim tria in geometria, quorum vnum sequitur alterum, pũctum, linea, figura, punctum sic terminat, vt nullo modo terminetur, linea vero recta post punctum prima est, quæ in longitudinem extenditur solam, cum punctum prorsus nullam dimensionem habeat, sed terminat lineam, quam distantiam vocant. primum itaq; locum in magnitudinibus linea habet, vnde & quo perueniri aliquid intelligitur, post vero lineam tertium locum habet figura, quæ lineis conficitur & terminatur, velut figura trium laterum, quatuor laterum, vel simile. Cum enim punctum fluit lineam parit, lineæ vero inter se cõpositæ figuram perficiunt. ex his ergo Aristo. inuenit quasdam primum voces simplices, quibus nihil prius simpliciusq́; in tractatione disserendi habetur, & quo ad contemplationem Philosophi, & hoc modo terminos punctis similes fecit, & sicut geometræ pũcta vocarunt, ita ipse simplices voces terminos, quæ autem ex simplicibus vocibus proxime coaugumentarentur vocauit propositiones, quas similes lineis fecit, & postea illas vocauit (vt videbimus) interualla. Simplices.n. voces circunscribunt, & definiunt propositiones, & ex multiplici & vana coaugmentatione propositionum oriuntur ratiocinationes, quas vocat figuras, vt geometræ figuras vocant quæ continentur à lineis. Præterea quot modis queant propositiones in vnaquaque figura coniungi sumendum est, & quæ coniugationes ratiocinationi aptæ, quæ autem ineptæ in vnaquaque figura, vt autem hæc cognoscamus quæ sit maior propositio, & quę minor sit videre prius oportet, quod etiam consequi non possumus nisi antea qui maior terminus sit, quique minor, quod quidem possumus de tribus figuris communiter primum, & separatim de prima, cuius maior terminus est, qui enunciatur de medio termino, minor vero est qui subiicitur medio, & hoc diximus de prima proprie & separatim, quoniam medius in prima de vno extremo enunciatur, & alteri subiicitur, sed quoniam in nulla reliquarum figurarum extremi termini ad medium referuntur, nullamq́ue comparationem cum eo habent, idcirco non est talis sententia congrua illis, cõmunem proinde regulam & præscriptionem hanc trium figurarum accipiamus. Maior terminus enunciatur in conclusione, minor vero subiicitur. Maior

Cur figuras ratiocinandi, figuras Aristo. appellandi.

propositio est, quæ maiorem terminum habet. minor vero quæ minorem.




Exempli prima figura. a b, maior, b c, minor propositio est, a c vero cõclusio a, maior terminus, Homo minor, b medium.

Omne animal substantia.
Omne homo animal.
Omnis itaque homo substantia.


Concl̃o est, oĩs itaq; hõ est suba, subiicitur hõ. enunciatur aũt suba, itaque maior terminus est substantia, minor autem homo, & ideo maior propositio est.
Omne animal substantia,
Minor verbo propositio est hæc,
Omnis homo animal.

Exemplum secundę figuræ hoc subiiciam.



Omnis homo animal.
Nullus lapis animal.
Nullus lapis homo

In conclusione subiicitur lapis, & enunciatur hõ, maior terminus homo, minor vero lapis, ideo maior propositio est, oĩs homo aĩal, minor vero nullus lapis aĩal.



Exempli tertia figura.

Omnis lapis inaĩatus.
Aliquis lapis albus.
Aliquod album inaĩatum.

In conclusione subiicitur album, & enunciatur inanimatum, maior itaq; terminus est inanimatũ, minor aũt album, & ob id maior propõ est oĩs lapis inanimatus, minor aũt aliquis lapis albus, cum itaq; hæc nobis prius sumpta sint, reliquum videamus quot coniugationes fiãt in vnaquaq; figura ex coagmẽtatione propõnum, statuamus igitur quod cũ fuerint sex propõnes duæ quidem quadam coniunctione & determinatione vel vniuersa, vel signata & certa, & his tertia addatur indefinita sine certa determinatione, & quælibet harum sit affirmatiua, vel negatiua, sex oriũtur tm̃ ipsæ propõnum nec plures, nec pauciores. Singulares aũt propõnes complecti non curat Philosophus, qm̃ infinitæ de rebus sunt, quę in ortu & interitu versantur, idcirco demonstrationi non conferunt. cum ergo sex sint genera ꝓpõnum nascuntur in vnaquaq; figura ex complexione earum sex & triginta cõiugationes. Qm̃, vt diximus, omnis ratiocinatio duas habet propõnes necesse est, vt quæque propõ sm̃ vnam quandam sex generum designetur, vel.n. determinatio est vniuersa, vel certa & signata, vel indefinita, & harũ quælibet aut affirmatiua, aut negatiua, exempli cã sumamus maiorem propositionem de vniuersa re affirmatiuam, omnino necesse est, vt sex modis minor propõ varietur.

Vel

Vel enim erit de vniuersa re affirmatiua vel negatiua, aut de parte affirmatiua, aut de parte negatiua, aut indefinita affirmatiua, aut negatiua. Item si maior fuerit de vniuersa re negatiua necesse est iterũ sex modis minorem ppõnem sex modis variari: Vel.n. hęc de vniuersa re affirmatiua, vel negatiua, aut de parte affirmatiua, aut de pte negatiua, aut idefinita affirmatiua aut negatiua, & de reliquis determinationibus dicẽdũ est. Quare cũ sex sint spẽs propositionum, & maior sumatur secũdum vnam speciem earum, & minor variat à sex illis speciebus cum sexies sex fiat, oriuntur coniugationes triginta sex, quare in vnaquaque figura coniugationes propositionum. 36. fiunt dico sane specie. Nam numero singulę sunt innumerabiles, quamobrem numerus coniugationum ex propositionibus hoc modo breuiter inuentus est. Sed idẽ possumus longe subtilius ostẽdere, si quædam variata diuisio fiat. Propositiones, quę conficiunt ratiocinationem aut vtræque sunt determinatæ suis notis, vel ambe sine determinatione & nota, aut altera determinata, & altera indeterminata, nullum est reliquum partitionis membrum. Si ergo ambæ fuerint determinatæ vel ambæ de vniuersa re, vel ambę de certa parte, aut maior de vniuersa re, & minor de parte, aut contra & vicissim, si ambæ fuerint determinatæ hoc modo, dicendum erit. sed si altera determinata, & altera indefinita, & si determinata vel de vniuersa re, vel de parte, & si de vniuersa re vel erit maior determinata, & minor sine determinatione, vel vicissim retro, item, si fuerit de parte, aut maior erit hoc modo & minor indefinita, vel retro vicissim, erit etiam alterum diuisionis membrum & latus, videlicet vel erunt ambæ indefinitæ, quod diuisionem sub quanto non recipit. cum itaque nouem sint secta diuisionis, quæ est quanti vel ex ambabus de vniuersa re vel ex vtrisq; de parte, & tertium quando maior fuerit de vniuersa re, & minor de parte, quartum cum fuerit minor de vniuersa re, & maior de parte, quintum cum fuerit maior de vniuersa re, & minor indefinita, sextum cum fuerit minor de vniuersa re, & maior indefinita, septimum cum fuerit maior de parte, & minor indefinita, octauum cum fuerit minor de parte, & maior indefinita, nonum cum fuerint ambæ indefinitæ, huius itaq; diuisionis ex quanto nouem dñas feceris si suscipias cuiuscunq; diuisionẽ secundum qualitatem, quoniam necesse est, vt vnaquæque cõiugatio quanta vt diuidimus, sit affirmatiua vel negatiua, vel in vnaquaq; coniugatione altera propõnum sit affirmatiua, vel altera negatiua, & hoc dupliciter, vel.n. maior affirmatiua, & minor negatiua, vel retro vicissim. si ergo vnumquodq; diuisionis membrũ quatuor variatur modis, quatuor vicibus nouem oriũtur sex & triginta, subiiciemus figuram & picturam quandam, quo facilius intelligatur prædicta partitio.

Propositiones in ratiocinationibus collocatæ.

Aut vna determinata & altera indeterminata. | Aut ambæ determinatæ.

Aut de parte. | Aut de vniuersa re. | Ambæ de parte. | Altera de vniuersa re, altera de parte. | Ambæ de vniuersa re.

Maior de vniuersa re Minor de parte. | Maior de parte Minor de vniuersa re. | Maior determinata. Minor indefinita | Maior indefinita. Minor determinata. | Maior determinata. Minor indefinita. | Maior indefinita. Minor determinata.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuę.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuæ.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua
Ambæ negatiuæ.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuæ.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua
Ambæ negatiuæ.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuæ.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuæ.

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuæ.

Ambæ

{ Ambæ affirmatiuæ.
Altera affirmatiua, altera negatiua.
Ambæ negatiuæ.

{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.

{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.


{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.

{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.

Cum ergo monstratum sit sex & triginta, quo ad omnes figuras coniugationes esse ex coaugmentatione propositionum, quærendum est quænam sint earũ in vnaquaque figura concludentes, idest quæ vnam certam & definitam conclusionem sequenté ex illis propositionibus connexis inferant. Nam hanc ratiocinationem esse confessi sumus, item quærendum est quæ sint non concludentes, quę vt sciamus, prius sciendum est quot sunt obseruanda, & quales sint spẽs ostensæ ab A rist. quæ in tribus figuris concludant conclusionem de parte, itaq; cóiter in tribus figuris aduertendum ca uendũq; est ne duæ copulẽtur præmissæ negatiuæ, vel duæ de parte propositiones. Si. n. futura cóiugatio bona esse debet ex coaugmentatione & cópage propositionum, altera propositionum oportet vt formetur s̃m quantum & qualitatem. est. n. quantum vniuersum melius quanto de parte, & s̃m qualitatem antiquior, & melior est affirmatio negatione. Sed separatim dicamus de prima figura, in qua maior semper est de vniuersa re, & minor semper affirmatiua, & maior propositio qualitatem variat, quoniam tam affirmatiua quam negatiua est. minor autem variat quantum, quod interdũ de vniuersa re, interdum de parte. Si coniugationes in prima figura secus compositæ fuerint inutiles erunt. Hæc dixi separatim de prima figura.

EXEMPLA PRIMÆ FIGVRÆ.

Primus modus ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis.



Bar- Omne animal est substantia.
ba- Omnis Homo substantia.
ra. Omnis Homo substantia.

Secundus modus ex vtrisque vniuersalibus, maiorẽ negatiua, minori affirmatiua, vniuersali.



Ce- N. inanimatum animal.
la- Omnis lapis inanimatus.
rẽt. G. N. lapis animal.

{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.


{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.

{ Maior negatiua, minor affirmatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.

{ Maior negatiua, minor affirmatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.


{ Maior affirmatiua, minor negatiua.
Maior negatiua, minor affirmatiua.

Tertius modus ex prima vniuersali affirmatiua, minori particulari negatiua.



Da- Omne animal est substantia.
ri- Aliquis homo est animal.
j. G. aliquis homo est substantia.

Quartus modus concludẽs particularem negatiuam, ex prima vniuersali negatiua, & secunda particulari affirmatiua.




Fe- Nullum inanimatum est animal.
ri- Al. lapis est inanimatus.
o. Al. lapis non est animal.

Reliquas quoq; duas figuras sequamur. Nam in secunda semper maior est de vniuersa re, vt in prima, & minor semp, secus in qualitate est ac maior, i. si maior erit affirmatiua, minor erit negatiua, & contra retroque vicissim, si maior negatiua, minor affirmatiua. Item maior variat qualitatem quod tam affirmatiua quàm negatiua est, & minor mutat quantum, si ergo aliter coniugationes se habuerint in hac figura inutiles erunt.


EXEMPLA SECVNDÆ FIGVRÆ.

Primus modus concludẽs negatiuã, vniuersale, ex prima negatiua vniuersali & secunda vniuersali affirmatiua.




Cę- Nullum N est M, i. nullus lapis est animal.
sa- Omne X est M, i. omnis homo est animal.
re. G. nullũ X est N, idest, Nullus Hõ est lapis.

Animal




Secundus modus eandem cõcludens ex maiori vniuersali affirmatiua, minori vniuersali negatiua.

Ca- Omne N est M: i. omnis Homo est aĩ.
me- Nullum x est M: i. nullus lapis est aĩ.
stres. G nullũ x est N: i. nullum lapis est Homo.



Tertius modus concludẽs particularem negatiuam, ex prima vniuersali negatiua, secunda particulari affirmatiua.

Fe- Nullum inanimatum est aĩ.
sti- Aliquod sensibile inanimatum:
no. Aliquod sensibile non inanimatum.



Quartus modus eandem cõcludens ex prima vniuersali affirmatiua, secunda particulari negatiua.

Ba- Omne N est M: i. omnis Homo est aĩ.
roc- Al. x non est M: i. aĩ. aĩatum nõ est aĩ.
co. Al x. nõ est N: i. aĩ. aĩatũ non est Homo.

De tertia figura cauẽdum est ne duas negatiuas copulemus, vel de parte propositiones iungamus inter se, quod erat commune omnibus figuris, sed seorsum obseruandum est, vnum, scilicet minorem semper esse affirmatiuam, quod cõe est sibi cum prima figura, & tã maiorem, quã minorẽ mutare quantũ, & maiorem mutare qualitatem, & cum pauciora sint obseruanda separatim in tertia figura, idcirco in ea plures cõiugationes concludentes collocantur. Etenim prima quatuor cõplectitur solum coniugationes vtiles. Reliquæ vero triginta duæ inutiles sunt. Quatuor illæ vtiles hæ dicuntur.

1 Cum duæ affirmatiuæ de vniuersa re iunctæ.
2 Cum duæ de vniuersa re, sed maior negatiua & minor affirmatiua.
3 Cum maior de vniuersa re affirmatiua & minor de parte affirmatiua.
4 Cum maior de vniuersa re negatiua & minor de parte affirmatiua.


Reliquæ omnes in hac figura non concludunt, suntq; inutiles his de causis, quas diximus, i. propterea quæ & cõiter, & separatim seruanda sunt in hac figura.

Secunda figura totidem coniugationes vt prima cõtinet quatuor, scilicet.

1 Cum duæ fuerint iunctæ propositiones quarum maior negatiua de vniuersa re, & minor affirmatiua de vniuersa re.
2 Cũ maior affirmatiua de vniuersa re, & minor negatiua de vniuersa re.
3 Cum maior negatiua de vniuersa re, & minor affirmatiua de parte.
4 Cum maior affirmatiua de vniuersa re, & minor affirmatiua.


Reliquæ in hac figura non cõcludunt nec vsui sunt ob causas antedictas.

Tertia figura seu complectitur coniugationes.




Primus modus concludens particularem affirmatiuam, ex duabus vniuersalibus affirmatiuis.

Da- Omne s est P: i. omnis homo est animatus.
ra- Omne s est R: i. omnis homo est animal.
pti. Al. R est P: i. al. animal est animatum.




Secundus modus ad particularẽ negatiuam ex prima vniuersali negatiua, secunda vniuersali affirmatiua.

Fe- Nullum s est P: i. nulla planta animal.
la- Omne s est R: i. omnis planta animata.
ptõ. G. al. R nõ est P: i. aliquid aĩatum nõ est aĩal.




Tertius modus ad particularẽ affirmatiuam, ex vna vniuersali affirmatiua, altera particulari affirmatiua.

Da- Omne s est P: i. omne animal est substantia.
ti- Aliquod s est R: i. aliquod animal est albũ.
si Aliquod R est P: i. aliquod albũ est substãtia.
Al. non.



Quartus modus ad affirmatiuam particularem ex prima vniuersali affirmatiua, secunda particulari affirmatiua.


Fe- Nullum s est P:i.nullus lapis est animal.
ri- Aliquod s est R:i.Aliquis lapis est preciosus.
son. Alíqđ R nō est P:i.aliqđ pciosum nō est aial.



Quintus modus ad particularem negatiuam, ex prima particulari negatiua, secunda vniuersali affirmatiua.

S
Disgregatiuū visus.

Bro- Aliquod s non est P:i.al.disg.visus nō est aial.
car- Omnes est R:omne disg.visus est album.
do. Aliquod R nō est P:i.aliquod albū non est aial.



Sextus modus ad particularem affirmatiuam, ex prima particulari affirmatiua, secunda vniuersali affirmatiua.

Di- Ali.s.est P:i.al.homo est animal.
sa- Omne s est R:i.omnis homo est animatus.
mis. Al.R.est P:i.aliquod animatum est animal.

Conclusio semper sequitur deteriorem propositionem.

Reliquæ omnes coniugationes in hac figura sunt inutiles dictis de causis. Præterea de tribus figuris illud scias velim, quod in cunctis figuris conclusio semper alteram propositionum sequitur deteriorem, velut si duæ extiterint de vniuersa re, & altera negatiua, conclusio hanc sequetur. Item si altera fuerit de parte, conclusio hāc sequetur: item si altera erit de parte negatiua cōclusio similiter erit negatiua de parte, quoniam hoc loco peior vincit. Postremo verba examinemus cum dixit, è quibus significauit non minus quam è duabus propositionibus ratiocinationem constare, quod & supra mōnuimus, cum refert & quando indicauit non vtcunque & temere coniungendas esse propositiones, quoniam non vtcunque connexę condunt ratiocinationem. Cum item dicit ac quomodo declarauit medium terminum interdum de vtroque extremo subiici & de altero enunciari, interdum de vtroque extremo enunciari, interdum vtrique subiici.

Nam antea nobis de ratiocinatione dicendum est quam demonstrationem doceamus, propterea quod ratiocinatio latior communiorq; demonstratione. Hæc enim quędam ratiocinatio est sed non qualibet est demonstratio.

Principio libri, quoniam se sit de demonstratione dicturum, de qua tamen nullo huius libri loco tractauit, sed tota est oratio suscepta de struendis ratiocinationibus, ideo respondendo inquit operæpretium esse, vt antea communia magis persequamur, deinde reliqua explicemus. Disputatio de ratiocinatione latior est, quam illa de demonstratione.

PRIMA FIGVRA.



Vm itaque termini tres hac inter se lege conuenerint, vt vnum extremum collocetur in toto medio, & medium in reliquo toto primo vel affirmatiuè, vel negatiuè, necesse est vt extremum vnum de altero perfectè concludatur in ratiocinatione.

Reliquum de formandis ratiocinationibus differit, & à prima sane orditur figura, non immerito, & primū affert duas rōcinationes, quę duabus constant propōnibus vniuersa re. cum itaq; duæ sint propositiones de vniuersa re, quatuor ex his proficiscuntur coniugationes mutata qualitate, quæ additur. Itaque formari possunt vel ex vtraque affirmatiua, vel ex vtraque negatiua, aut ex altera negatiua, & altera affirmatiua. quod quidem dupliciter fieri potest, aut si maior fuerit negatiua, aut si minor, & altera affirmatiua, cum itaq; quatuor extent coniugationes, duæ cōcludunt, vna ex duabus affirmatiuis, altera ex maiore negatiua, & minore affirmatiua. Reliquæ duæ non concludūt, quia minor cum sit negatiua proprium iam traditum figuræ euertit, simul tradit duas concludentes breuitatis studiosus, vnde qūo videamus. Cum itaq; inquit termini tres hac lege inter se conuenerint vt vnum extremum in toto medio collocetur, inquit, minorem propositionem si fuerit affirmatiua de vniuersa re, & medium in reliquo toto primo affirmatiuæ vel negatiuæ, idest quādo maior propositio fuerit affirmatiua vel negatiua de vniuersa re, vide quod huius primę figurę proprium significauit cum dicit, vt vnum extremum in toto collocetur medio, pro hoc dixit quando extremum omnino enunciatur dę medio, cōtesisi supra sumus in toto esse, & de omni subiecto idem esse. Subiungit, & medium in reliquo toto primo affirmatiue, vel negatiue, pro hoc medium subiicitur primo vel in propositione affirmatiua: vel negatiua, necesse est vt vnum extremum de altero perfectè concludatur in ratiocinatione. Quęrendum est, qūo retulit Philosophus, quod si medius terminus vni extremorum subiicitur, & de altero enunciatur, perfecta erit rōcinatio, & tamen in tertio mō, & quarto primæ figuræ cum ita se habeat medius terminus vt ipse iubet, inueniuntur quædam imperfectæ ratiocinationes quæ perficiuntur reciprocatione & reducuntur ad primum modum, quare hoc loco Philosophus non appellat hos perfectos, sed seruantes perfectam formam primæ figuræ.

Medium terminum voco, qui in alio cum sit, & aliud est in eo, quique positione medius est.

Hęc est medij termini definitio, nō cōis tamen cuiq; medio trium figurarum, sed proprio medio primæ figuræ. Hic.n. solus de altero extremo enunciatur, & alteri subiicitur. Medium verò secundæ figuræ de vtroque enunciatur extremo, & medium tertię vtrique subiicitur vt nobis dudum dictum est. verum & si medij termini trium figurarum specie dissentiunt, attamen trahent

trahent aliquod commune, quia medium in vtraq; propositione conduplicatur in vnaquaque figura, cum dicit quique positione est medius, præcipit nobis ordinem in hac descriptione medij nos obseruare vt quoties tres terminos directè posuerimus medium terminum locum medium obtineat.


Extrema quoque sic se habent, vt vnum sit in alio, & alterũ in quo aliud. Si enim A de omni B: & B de omni C: necesse etiam est, vt A de omni C enuncietur, nam prius definiuimus quomodo de omni dicimus.

Fortasse videbitur hæc definitio non tam extremorum esse, quam medij, sed tamẽ secus est, si subaudias solum, & hoc modo recte tradita erit definitio perinde ac dicat. Extrema sunt, quorum alterum est in alio solum, & alterum in quo est aliud dũtaxat.

Si enim omne B est A:
Et omne C est B:
Omne itaque omne C est A.

Hic primus modus fertur concludens ex duabus affirmatiuis de vniuersa re conclusionem de vniuersa re affirmatiuam. Nam, si omne C est B: itaq; C erit pars ipsius B: & idem B est pars ipsius A, itaque A de omni C dicetur, quod est pars ipsius B, sed quo nostra illustrior sit oratio materiam subiiciam.

Bar- Omne animal substantia.
ba- Omnis homo animal.
ra. Omnis itaque homo substantia.



Potes tu quoque vsu iam recepto præponere minorem maiori hoc modo.
Omnis homo animal.
Omne animal substantia.
Omnis homo substantia.

Quo fit, vt perspicuum sit quomodo disponẽdi sint termini in hac figura, & in primo modo, primum genus supremum vel communius, secundario genus ei vicinum vel sub eo collocatum, tertio species loco medij proprie species & infima, oportet autem semper eum inferre conclusionem, qui pricipium compositionis facit, ceu si ordiamur à maiore termino velut à subiecto, nempe propositio in qua substantia prædicatur de omni animali, & illa in qua animal de omni homine præcedunt conclusionem, & conclusio rursum à substantia sumit initium, itaque substantia de omni homine, si vero ex minori termino sumatur initium velut ex homine, ex hoc etiam inchoabit conclusio. Omnis homo animal, omne animal substãtia, omnis homo substãtia. Cæterum sibi sumpsit elemẽta Arist. hæc A B C, è quorum natura ordinem primæ figuræ nobis declarat, maiorem terminum facit, a, quia hoc elementum primum ordine est, minorem facit C. medium vero B tanquam proximum ordine ipsi A & præcedens C, interdum possumus ratiocinari ex terminis æqualibus, velut ex his capax disciplinæ risui aptum, homo.


Omne risui aptum scientiæ est compos.
Omnis homo est risui aptus.
Omnis itaque homo scientię compos.

Similiter quoque, si A de nullo B: & B de omni C: quia A in nullo C inest.

Hic secundus modus, primæ figuræ ex maiore de vniuersa re negatiua, & minore affirmatiua de vniuersa re concludens conclusionem, de vniuersa re negatiuam.

Nullum B est A:
Omne C est B.
Nullum C est A.

Probatur modus, quia si A de nullo B: itaq; A ab omnibus eius partibus remouetur, sed pars B est ipsum C. nam positum est, omne C est B, itaque omnino separatum est A ab omni C quod est pars B possumus copia



materię idẽ ostendere si sumamus speciem genus & aliquid à genere alienum, & ponamus speciẽ loco minoris termini & genus medium terminum, & alienum maiorem velut.

Nullum animal lapis.
Omnis homo animal.
Nullus homo lapis.

Lapis enim separatũ à singulis partibus animalis: & pars animalis est homo, itaque lapis seiungitur & arcetur à quocunque homine.

Quod si omne medium sequitur primum, & medium in nullo insit extremo, non erit conclusio extremi de extremo in ratiocinatione.

Si sumerentur diximus duæ propositiones de vniuersa re quatuor nasci coniugationes consesi sumus adhibita qualitate. quarum duas asseruimus concludentes, duas vero non concludentes, cum ergo explicasset concludentes, nunc reliquas duas inutiles & non concludentes affert, vnam dicit ex maiore propõne affirmatiua de vniuersa re & minore negatiua de vniuersa re constare, alteram vero ex vtraque negatiua de vniuersa re, si ergo proprium primæ figuræ dicebamus esse, vt semper habeat minorem propositionem affirmatiuam, merito inutilis erit, & non concludens quęlibet prędicta coniugatio & ostendit inutilem esse, quia nihil certi definitique concludit, quoniam non tam affirmatiuam de vniuersa re, quam negatiuam concludunt. Nam ex his perspicuum est quoniam affirmatiuam de parte & non omne concludunt, quandoquidem propositiones de parte sequantur illas de vniuersa re, quare nulla certa conclusio ex illis connexis propositionibus concluditur, idcirco cum nil certi concludant vocantur inutiles & non concludentes. Sed primum disputat de illa, quæ ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore negatiua de vniuersa re, & hanc probat inutilem quibusdam terminis concludentibus non tam omne quàm nullum, nam cũ affer ret cõiugationes vtiles nõ vsus est terminis, sed elemen

vel maior affirmatiua, minor negatiua, & hoc dupliciter vel cum maior habebit vniuerſitatem, vel minor.

Dico ſanè maius extremum, in quo medium ineſt, & minus quod ſub medio collocatur.

Loco huius maius extremum intellige id, quod enũciatur de medio, & minus, de quo enunciatur mediũ ſunt æquidem de omni & in toto eſſe idem: & quadam comparatione diſcrepant. Quando enim de omni facimus ratiocinationes maiorem terminum primum locum obtinere volumus, ſimiliter etiam maiorem propoſitionem, quando autem in toto eſſe volumus eſſe propoſitiones maior ſecundum habet locum.

Nã eſto oẽ B A: & aliquod C B: itaq; ſi de oĩ non ſecus eſt quàm principio definiuimus neceſſe eſt vt aliquod C ſit A.

Hic eſt tertius modus vtilis in prima figura ex maiore affirmatiua de vniuerſa re, & minore affirmatiua de parte qui concludit concluſionem affirmatiuam de parte. id materiæ copia poſſum oſtendere hoc modo, ſi accipiatur aliquod genus & ſpecies, & aliquid vtriq; commune, & genus loco ponatur maioris termini, & ſpecies loco medij & commune loco minoris.

Omnis homo aĩal.
Aliquod aĩatum homo.
Aliquod animatum aĩal.


Animal Homo Aĩatũ
A B C
O Al
Al.

Vel hoc modo.

Aliquod animatum homo.
Omnis homo animal.
Aliquod animatum animal.

Item ſi nullum B eſt A. & aliquod C eſt B, neceſſe eſt, vt aliquod C non ſit A. nam de nullo definiuimus quomodo ſe habet quare erit perfecta ratiocinatio.

Quartus modus vtilis ex maiore negatiua de vniuerſa re, & minore affirmatiua de parte concludit cõcluſionem de parte negatiuam merito: quia. n. dicebamus concluſionem ſequi ſemper deteriorẽ, in hoc modo vtraque propõ eſt deterior, altera ſecundum quantum, altera ſm qualitatem. cum ergo ambę propoſitiones aliquid deterius habent in hoc modo concluſionẽ compræhendit quæ vtranque definitionem habeat & concluſio eſt de parte negatiua, poſſum oſtendere in materia, ſi accepero ſpẽs eiuſdem generis quæ vna contra aliã diuiſa ſit ſimulq; genus, & loco medij & maioris termini poſuero ſpẽs, & minorẽ genus fecero velut.



Non omne,

Nullum irrationale eſt rationale.
Aliquod animal irrationale.
Aliquod animal non eſt rationale.

Non ſecus ſi A C fuerit affirmatiua indefinita. Nã eadẽ erit rõcinatio ſiue ſumas indefinitã, vel de parte propõnẽ, verũ ſi vniuerſitas vel affirmatiua vel nega. minori extremo adiũcta fuerit, non erit rõcinatio, nec ſi fuerit negatiua nec indefinita, nec de parte.

Ariſto. lib. de Interpr. dictum eſt propõnes indefinitas æqualis virtutis eſſe cum illis de parte atq; æque valere, ſi ergo loco propõnis de parte poſuerimus indefinitam affirmatiuam, aliæ duę naſcentur coniugationes concludẽtes ex maiore de vniuerſa re, vel affirmatiua, vel negatiua, quare omnes vtiles coniugationes in prima figura ſunt ſex.

1 Ex duabus affirmatiuis de vniuerſa re.

2 Ex maiore de vniuerſa re negatiua, & minore affirmatiua de vniuerſa re.

3 Ex maiore de vniuerſa re affirmatiua, & minore de parte affirmatiua.

4 Ex maiore de vniuerſa re negatiua, & minore de parte negatiua.

5 Ex maiore de vniuerſa re affirmatiua, & minore indefinita affirmatiua.

6 Ex maiore de vniuerſa re negatiua, & minore indefinita affirmatiua.

Præter hos modos ſunt nonnulli qui reciprocantes dicuntur, & conſtant ex his propoſitionibus, ſed ſola concluſio reciprocatur propria reciprocatione, velut ſi concluſio erit de vniuerſa re negatiua hoc modo: erit iteratio vel reciprocatio nullum animal lapis, omnis homo animal, nullus homo lapis, nullus lapis eſt homo, iam vero ſciuimus priuantem propoſitionem de vniuerſa re in ſeipſam reciprocari. Quod ſi fuerit cõcluſio de vniuerſa affirmatiua vel de parte affirmatiua erit reciprocatio in eam de parte affirmatiuam. Nam affirmatiua de vniuerſa re, & de parte ſic reciprocabantur. Concluſio non erit de parte negatiua, quia nõ reciprocatur, ſed elabi & mentiri. Si vero vniuerſitas fuerit iuncta minori extremo, vel affirmatiue, vel negatiue non erit ratiocinatio, ſed ſi maior fuerit de vniuerſa re, & minor de parte, quatuor coniugationes naſcuntur mutata qualitate, quarum duæ concludunt, velut illa quæ habet minorem affirmatiuam, & maiorẽm vtcunque ſecundum qualitatem, reliquæ duæ inutiles ſunt quæ habent minorẽ negatiuam. Itaque poſuit primum vtiles, & hoc erat conſentaneum ordini, deinceps probat quomodo reliquæ duæ ſunt inutiles quę habent vniuerſitatem iũctam maiori extremo ſiue affirmatiue, ſiue negatiue, & minorẽ negatiuã. ſed quoniam pluribus verbis indigebat probatio de his, quia tum ſuſcepit vtiles coniugationes vt intelligimus, iccirco conuerſus eſt primum ad comprobandas quatuor inutiles cõiugationes ex maiore de parte & minori de vniuerſa re, vt longe facilius hæ confutentur & repudientur. Hæ autem ſunt.

1 Ex maiore de parte affirmatiua, & minore de vniuerſa re affirmatiua.

2 Ex maiore de parte affirmatiua, & minore de vniuerſa re negatiua.


3 Ex maiore de parte negatiua, & minore de vniuerſa re affirmatiua.

4 Ex maiore de parte negatiua, & minore de vniuerſa re negatiua.

Quod si loco maioris de parte locemus idefinitam tanquam illi æquiualentem octo orientur coniugationes, modo maneat illa de vniuersa re.

Velut, si aliquod B est A: & omne C est B: termini sunt bonum prudētia, habitus, affirmatiui: negatiui autem, bonum, habitus, ignorantia. præterea si nullum C est B: & aliquod B est A vel non est, vel non omne est, neque erit ratiocinatio. Termini de omni albū, equus, canis: termini de nullo album, equus, coruus. iidem si A & B indefiniti fuerint.

Duas prius exponit cōiugationes simul vnā ex maiore affirmatiua de parte, & minore de vniuersa re affirmatiua, alterā ex maiore de parte negatiua & minore de vniuersa re negatiua, quas probat p terminos cōcludentes de omni & nullo, cum dixit est vel nō est de pte affirmatiua simul & negatiuam indicauit, quas aliqñ ne ctens affirmatiuæ de vniuersa re & interdum negatiuæ, quatuor inutiles coniugationes facit, sed quemadmodum adiecit affirmatiuæ de parte negatiuam. Cum itē inquit si aliquod B est A, vel non est. post affirmatiuam de vniuersa re subiunxit negatiuam, & cū inquit omne C est B non subiunxit, vel non est, quoniam illæ de parte æque valent inter se & simul veræ esse possunt, & iccirco communes de his sunt demonstrationes, sed illæ de vniuersa re non possunt esse simul veræ vt libro de Interpre. conclusum est. Exempla subiiciantur coniugationum ex maiore de parte, & minore de vniuersa re, quæ affirmatiuæ sint velut.




Aliquis habitus bonus.
Omnis prudentia habitus.
Omnis prudentia, bona.

Quare concluditur hoc modo de omni.
de nullo sic concludetur.

Aliquis habitus bonus.
Omnis ignorantia habitus.
Nulla ignorantia bona.

Possum etiam de parte conclusionem inferre.


Aliqua affectio bonum.
Omnis habitus affectio.
Aliquis habitus bonus.



Vel hoc etiam modo possum concludere.

Aliquod corpus album.
Omne animal corpus.
Aliquod animal album.

Si coniugatio erit ex maiore de parte negatiua, & minore de vniuersa re, affirmatiua hoc modo de omni erit conclusio.



Non omnis habitus bonum.
Omnis prudentia habitus.
Omnis prudentia bona.

Hoc modo concludes de nullo.

Non omnis habitus bonum.
Omnis ignorantia habitus.
Nulla ignorantia bona.


Præterea concludens de parte cōclusiones hoc mō.

Non omnis affectio bona.
Omnis habitus affectio.
Aliquis habitus bonus.

Item alter hoc modo.

Non omne corpus album.
Omne animal corpus.
Aliquod & non omne animal album.


Alia coniugatio succedit ex maiore de parte affirmatiua, & minore de vniuersa re negatiua.



Aliquis equus albus.
Nullus cygnus equus.
Omnis cygnus albus.


Exemplum de nullo. Aliquis equus albus.
Nullus coruus equus. Nullus coruus albus.

Etiam hoc loco concludes de parte conclusiones. si loco minoris termini loces hominem, vel aliquid tale de quo tanquam de nullo enuncietur medium.



Aliquis equus albus.
Nullus homo equus.
Aliqs hō & nō oīs alb⁹.

Idē termini de maiore negatiua de pte, & minore de vniuersa re nega.



Omnis

Non omnis equus albus.
Nullus cygnus equus.
Omnis cygnus albus.

Non

Non omnis equus albus.
Nullus coruus equus.
Nullus coruus albus.

Item si hoc loco colloces pro minori termino hominem concludetur propositiones de parte.
Non omnis equus albus.
Nullus homo equus.
Aliquis homo albus & non non omnis.

Commonstrat itaque sunt quatuor modi inutiles ex maiore de parte,& minore de vniuersa re, & quoniam æqueualent indefinitæ cum his de parte quatuor alias inuenies coniugationes inutiles si maiorem feceris indefinitam variata vtraque & maiore & minore secundum affirmationem, nega. cõcludent enim de omni,& nullo ex eisdem terminis.

Neque cum maiori extremo iunxeris vniuersitatem vel affirmatiue, vel priuatiue, & minori priuans de parte erit ratiocinatio, siue sit indefinita propositio siue de parte, velut omne B est A, aliquod C non est B, vel non omne. Nam in quo non inest medium, primus terminus de omni, & nullo concluditur de illo, subiiciantur termini homo, animal, album. Deinceps subiiciantur, quædam res albæ de quibus hõ non enunciaẽ, velut cygnus nix, itaq; aĩal de quocunq; enũciaẽ hoĩe, de illo nullo, quare nõ erit rõcinatio. preterea nullũ B est A: aliquod C non est B, & termini sunt inanimum, hõ album, deinde sumantur ea de quibus hõ albus non enunciatur cygnus, & nix, nam inanimum de hoc omni & de illo nullo.

Quoniam prius accepit duas coniugationes inutiles, nunc vult eas deinceps probare inutiles esse,& distulit hactenus probationem quia videbatur laboriosior earum demonstratio propter hanc causam iam nouimus negatiuam propõnem de parte interdum sua veritate niti velut cum dicimus, non oĩs homo albus, interdum eius veritas probatur per illam de vniuersa re negatiuam, velut cum proferimus, non oĩs homo volat cum vero seipsa est vera æqueualet cum affirmatiua de parte. Quocirca cupiens has coniugationes inutiles ostendere non potuit hoc facere accipiens negatiuã de parte tãquam seipsa veram. Nam hęc intrat in tertium modum vtilem, qui constat ex maiore affirmatiua de vniuersa re, & minore de parte negatiua, quæ si mutetur in affirmatiuam tanquam in æqueualentem velut aĩal de omni hoĩe, homo non oĩ albo, si album acceperimus de scitha, possumus mutare negatiuam de parte in affirmatiuam de parte, quia homo de aliquo albo enunciatur velut de scitha, quia de parte per seipsam est vera. Nam hoc de aliquo, & nõ oĩ enunciatur velut de æthiope. Si ergo mutetur in affirmatiuam de parte, facit tertium modum primæ figuræ, idcirco sumit negatiuam de parte non seipsa veram sed propter illam de vniuersa re, fiſt & altera coniugatio ex vtraq; negatiua ingreditur quartum modum vtilem cõstitutum ex maiore negatiua de vniuersa re & minore de parte affirmatiua si conuertatur, fiſt negatiua de parte in affirmatiuam de parte. Accipit itaq; eam iterum tanquã æqueualentem propõni negatiuæ de vniuersa re subiiciens exempli loco, quædam alba de quibus aĩal tanquam de oĩ enunciatur, & illud de nullo, & hoc modo demõstrat coniugationes ex ipsa concludẽtes contraria, videlicet oẽ, & nullum. Item quædam subiecta albo affert de quorum altero de omni enuncietur inanimum & alterum de nullo, & hoc modo ostendit coniugationem inutilem concludentem de omni, & nullo exemplum propositionis hoc omnis homo animal, non omne album homo, conclusio nullum albũ animal, i. nulla nix.

Exemplum secundæ.


Nullus homo inanimatus.
Non omne album homo.
Omne album inanimatum.

Conclusionem iterum accipiamus de niue, similiter etiam concluditur de nullo vt accipiamus de cygno. Item si proposita æqueualet illi coniugationi ex duabus negatiuis, in illa quidem concludebantur conclusiones de parte, itaq; & in hac, termini iidem sunt vt ibi.
Nullum inanimatum animal.
Non omne animatum inanimatum.

Item & de nullo concluditur, nam si accipitur nunc per negatiuam de vniuersa re illa de parte vera conclusio erit aliquod aĩatum & non aliquod aĩatum est aĩal.

Item quia indefinitum est aliquod C non est A.

Alterum argumentũ efficit quo probat dictas propõnes inutiles esse, dico coniunctas ex minore affirmatiua de parte, & maiore de vniuersa re, siue sit affirmatiua siue nega. Hęc dicit negatiua de vniuersa re vt lib. de Interpr. didicimus, cum vero seipsa vera est æqueualet vt affirmatiua de parte velut non oĩs hõ albus, albus simul vera est & æqueualet vt hæc, aliquis hõ albus qđ quidem accidit in materia contingenti, sed cum vera esse ostenditur p illam de vniuersa re, tum minime vt illa æqueualet velut non oĩs hõ volat. Nam quia nemo volat, idcirco non oĩs & hoc fit in materia rerum, quæ fieri non possunt: qm itaque inquit indeterminata est hæc, non oĩs hõ &c., ppõ in materia contingenti æqueualet vt hæc aliquis hõ, sed in materia quæ fieri nequit minime. Nã sequitur hanc nullus hõ cui opponitur repugnanter aliquis hõ. si ergo sumantur termini materię quæ fieri non põt, perspicuum est illam non conuerti in hanc aliquis homo. sed erit æqueualens vt negatiua de vniuersa re quo pacto inutilis erit coniugatio. nã demonstrauimus oẽm coniugationẽ quæ habeat minorẽ de vniuersa re negatiuam inutilem esse, quod si iterdũ coniugationem vtilem subit, non iccirco eam admittemus, primum quidẽ quia non pp seipsam est vtilis, sed ob materiã sumptam dico, s. pp materiam cõtingentẽ. Deinde quia traduntur à nobis regulæ cões, & non illæ quæ interdum errant, & interdũ bonæ sũneq; sunt, eadem rõ quoq; est siue maior fuerit affirmatiua, siue negatiua. Nam vtręque sunt inutiles, exempla iterum subiiciantur coniugationes ex maiore affirmatiua de vniuersa re, & minore de parte negatiua, primũ de omni.



Omnis homo animal.
Non omnis equus homo.
Omnis equus animal.

Exemplum de nullo.


Omnis homo animal,
Non omnis lapis homo.
Nullus lapis animal.

Exẽplum coniugationes ex maiore de vniuersa negatiua, & minore negatiua de parte hoc modo.
Nullus lapis animal.

Non omnis homo lapis.
Omnis homo animal,

Exemplum de nullo.

Nullus lapis animal.
Non omnis planta lapis.
Nulla planta animal.




Quod autem dicendum sit hoc modo non omnis tũ quam non inferat illam propositionem aliquam, Plato. de Interpretatione vidimus. Cæterum interpretamur verba. Item quia indefinitum est, aliquod c non est A. dixit indefinitum quia non habet aliquam determinationem. Nam habet hanc notam & signum {aliquod} sed quia non habet certam multitudinem rerum, quæ subiiciũtur, sed interdũ est de vniuersa re negatiua, interdum de parte. Quocirca hoc perspicuum faciens subiungit.

Vera autem est tam si de nullo enunciatur, quàm de non omni, quæ de aliquo negatur, si vero sumantur hi termini de nullo non erit ratiocinatio. nam hoc prius diximus, perspicuũ igitur est quod si hoc modo collocati fuerint termini non erit ratiocinatio. nam esset quoque in his, similiter demonstrabitur si propositio de vniuersa re fuerit priuans.

Quæ dicebamus docet, qm̃ sit non de aliquo, i. negatiuã de parte, cuius veritas interdum probatur per illam negatiuam de vniuersa re, iterdum per seipsam. Q; si accipiantur termini de nullo non erit ratiocinatio. Hoc dicit si accipiatur illa de parte negatiua loco illius de vniuersa re negatiua erit perspicuo inutilis coniugatio. Nam si concludet & erit vtilis, concludet etiam ex his quæ sunt proprie negatiuæ, hæc significant illa verba, nam esset quoq; in his, palam itaque inquit quod si interdum cõiugatio vtilis sit, non propter talem terminorum ordinem vtilis erit. dico videlicet propter minorem negatiuam de parte, sed quia æque valet in materia cõtingenti ꝓpõni de parte affirmatiuæ, & iccirco in eisdem terminis non põt simul vera esse affirmatio cum negatione, sed si fuerit affirmatiua erit rõcinatio.

Neq; si ambo ĩterualla de parte vel affirmatiua vel priuantia dicerentur, vel alterum fuerit enuncians, alterum priuans, vel alterum indeterminatum, alterum determinatũ vel ambo indefinita nullo pacto erit rõcinatio: cõmunes oĩbus termini sunt animal, album, equus, animal, album, lapis.

Vocat propõnes interualla ob eam causam, quàm supra diximus, qm̃ est geometræ æmulus atque imitator. Nam quemadmodum illi puncta quæ sunt cæteris simpliciora & quædam quasi primordia terminos appellant, & lineas nuncupãt q̃ ex his proficiscũtur ĩterualla & figuras vocant, q̃ ex lineis cõponunt, eodem quoq; mõ nomen & verbum vocat quæ sunt simpliciora, & in quæ dissoluit rõcinatio, terminos, & propõnes ex his cõpositas, interualla, & quæ ex his figuras, & primo ponit terminos, secundo propõnes, tertio figuras. Et hæc de noĩe interualli, mens est hoc loco afferre sexdecim coniugationes & ostendere eas esse inutiles quæ constant ex ambabus propõnibus de parte, vel ex vtraque indefinita, atq; eas q̃ coangmentant ex vnã de parte, & ex altera indefinita. Oriunt. n. ex vtraq; de parte cõiugationes quatuor, siue fuerit affirmatiuæ, siue negatiuę, vel altera affirmatiua, & altera nega. & hoc dupl̃r. item nihilominus quatuor fiunt coniugationes ex vtraq; indefinita, hæ vniuntur f̃m affirmationẽ, & negationem. Reliquæ sunt octo ex vna de parte, & altera indefinita, vel. n. maior est de parte, & altera indefinita, in qua si pmutet qualitas & q̃libet varietur f̃m qualitatem propõ quatuor nascũtur cõiugationes vel retrorsum, & simil̃r quatuor prodeunt coniugationes, Sumunt terminos cões, qui quiq; cõiugationi idonei sint, quo demõstret cõcludere cõiugationes tã de oĩ, q̃ de nullo. termini de oĩ aĩal, albũ, hõ: termini de nullo aĩal, album, lapis velut.



Aliquod album animal.
Aliquis homo albus.
Omnis homo animal.
Item aliquod album animal.
Aliquis lapis albus.
Nullus lapis animal.

Similiter & in reliquis coniugationibus inuenies & concludes aliquid, & illud non omne hoc modo.
Aliquod album animal.
Aliquod animatum album.
Aliquod animatum & non omne animal.

Ex his, quæ diximus, perspicuum est, quod, si ratiocinatio in hac figura concludit propositionem de parte, necesse esse, vt quemadmodum diximus termini collocentur, & si eo dispositi modo fuerint, necesse est vt conficiatur ratiocinatio. sed si aliter positi fuerint nequaquam ratiocinatio perficitur. item clarum est hac in figura omnes ratiocinationes esse perfectas, quoniam omnes perficiuntur per ea quæ à principio sumpta sunt, item omnes quæstiones hac figura possunt ostendi. Etenim concluditur tam illud omne, quàm nullum, atque tam aliquod quam non aliquod, hanc quoque voco figuram primam.

Pulchre subiunxit in hac figura, nam in secunda fieri potest vt minor propositio sit de parte negatiua & maior affirmatiua de vniuersa re, inquit voco talem figuram primam. Dictum est sæpe hoc loco & alibi quoties ille rebus quibusdam primus imponit nomina voco inquit, quare perspicuum est eum fuisse qui primus figuras appellauit.

SECVNDA FIGVRA.

CVM idem de omni, & de altero nullo: vel de vtroque omni, vel nullo enunciatur, tum tale voco secundam figuram, huius medium affirmo illud quod de vtroque enunciatur, extrema sunt illa de quibus mediũ dicitur.

Recte post primam affixit secundam figurã, & post hanc tertiam. nam post artẽ demonstrandi succedit ars differendi, & postea ars cauillandi. Arti demõstrãdi prima figura apta est, quod cõcludit affirmatiuã de vniuersa re, q̃ sane cõcludendi modus demõrationi clarissimus est, secunda figura congruit arti differẽdi. quia oẽs conclusiones

concluſiones inducit negatiuas, & diſputator conatur ea refellere, quæ ab aduerſario ſuo affirmantur. Equidem ſi refellas periode eſt ac ſi negas. Tertia figura cõſentanea eſt captioſo argumento, nam cum ſophiſta à veris degeneret d euictq; ſapiẽtibus, in his, quæ ſunt de parte propoſitionibus potiſsimum verſatur, tertia figura oẽs concluſiones de parte concludit, quare merito hũc ordinem figuræ ſortitæ ſunt, ſed ad contextum accedamus cum (inquit) idem de omni &c. Cum tractauit primam figu. & de oibus coniugationibus perfecte & accurate dixerit cum videlicet de his quę cõcludũt, tum de his, quæ non concludunt aliquid certi, nunc ſe conuertit ad ſecundam figu. & aggreditur ad primas hoc loco coniugationes, huius figuræ proprium eſt vt habeat maiorem de vniuerſa re, & minorem diſsimilẽ maiori in qualitate. Item in ſecunda figura medius terminus enunciatur de vtroque extremo, & de vno affirmatiue, & de altero nega. vel de vtroq; affirmatiue, vel nega. ſumit initiũ (vt dixImus) à cõiugationibus de vniuerſa re, cum quatuor ſint ex duabus de vniuerſa re, quia inquit idem de omni & nullo duas ſignificauit coniugationes de vniuerſa re diſsimiles qualitate: quæ vtiles ſunt. Quia dicit vel de vtroq; oi vel nullo ſignificauit eas q́ ſunt ſimiles qualitate & inutiles, quocirca dicebamus oportere in hac figura vnã ꝓpõnem eſſe diſsimilem alteri qualitate vt ſit vtilis coniugatio.

Maius autem extremum iunctum medio, minus autem quod longius abeſt.

Vicinus & cognatius medio non põne ſed dignitate intelligas velim. Nam quia terminus medius ſecundus enunciatur, maior ſemel in concluſione, & minor nec ſemel vicinius erit maius extremum ſecundo enunciato, i. medio termino quàm quod ſemel eſt enunciatum, imo neq; ſemel, quocirca dicet in tertia figura minorem terminum viciniorẽ medio propter cognationem. Nam ibi vtrique termini ſubiiciuntur ſed maior abeſt longius, fortaſſe aũt in hac deſcriptione viciniorẽ medio vult ponere maiorem, & longius abeſt minor, ſed maius extremum in hac figura vbi fuerint propoſitiones de vniuerſa re, nõ eſt natura, ſed poſitione, nam ſi extremorum primum ſubiectum in ſecũda figura acceperis hoc erit minus, & reliquum maius velut.

Omnis homo animal.
Nulla planta animal.
Nulla planta homo.

Similiter, ſi à planta incipiamus illa ſit minor terminus, & homo maior velut.

Nulla planta animal.
Omnis homo animal.
Nullus homo planta.

Itaque poſitione & nõ natura eſt maior & minor in hac figura, verũ ſi altera propoſitionum fuerit de parte certa erit maior vel minor terminus. Diximus in hac figura oportere maiorem eſſe de vniuerſa re,

Medium extra extrema collocatur, primum autem poſitione, non erit ergo perfecta ratiocinatio hac figura.

Medius terminus proprie locum ſuum medium nõ tenet, ſed extra collocatur extrema. Hic duo loca vel ſuperum vel inferum habet, ſi ſuperum, vt de vtroq; enũciatur appellatur poſitione primus, ſi inferum vt ſubiiciatur appellatur ſecundus. Quocirca cum hoc loco de vtroq; medius terminus enuncietur, primus nominabitur. Nam poſitione primus eſt it qui ſupra ponitur, & quia ſeorſum eſt ab vtroq; ponit extra extrema.

Poteſt autem coniugatio eſſe de vniuerſa re, & non eſſe, poſitis extremis.


Dicere vult, qm̃ ſit ratiocinatio in hac figura ſi ambæ ꝓpõnes fuerint de vniuerſa re, atq; ſi vna fuerit de parte, & altera de vniuerſa re: nam oportet alterã eſſe de vniuerſa re, qm̃ ex vtraq; de parte nõ ſit rõcinatio.

Si termini fuerint vniuerſi ratiocinatio erit quando me dium de omni, & de altero nullo fuerit, quando tamen fuerit priuans ad alterum conuexum, ſed aliter nequaquam.

Oportet, vt dictum eſt ſæpe, ꝓpõnes eſſe diſsimiles qualitate, & ſi vna fuerit affirmatiua, altera negatiua ꝓmiſcue, ſed certo maiorẽ eſſe de vniuerſa re oportet.

Nam enũciatur M de N nullo, & de X omni, cum itaque priuatiua ſecum reciprocetur nullum N eſt M, & X omne ſubiiciebatur M, itaq; nullum X N. hoc. n. prius monſtrauimus.

Secundæ figuræ primus modus ex negatiua maiore de vniuerſa re, & minore affirmatiua de vniuerſa re cõcludens concluſionem negatiuam velut.



Conuerſa maio re reducitur ad primã figuram.

Nullus lapis animal.
Omnis homo animal.
Nullus homo lapis.

Ex materiæ copia ſit ſecundus modus primæ figuræ, qm̃ per eaſdem ꝓpõnes oſtenditur conuerſa maiore propoſitiõne, accipit ſpẽm aliquam, & genus, & alienum, quod alienum à genere, & minorem terminum ponit, ſpeciem, & genus medium terminum, & maiorem alienum. Sed vide qũo per nomen terminorũ figuræ ignobiliorem locum demonſtrauit. Non. n. accepit adhuc A, B C, ſed M N X, neq; ordinauit medium terminum N, vt in prima figura B, fecit medium terminum, quoniam proprie medius terminus hic non eſt, ſed enunciatur de vtroque extremo, idcirco in tertia figura accipit P, R S, elementa medium terminum ponit S, qui ſubiicitur vtrique extremo, cum hæc figura ſit cæteris inferior adaptauit ei elementum deterius. Sed quæreret aliquis cur non ponit priorem coniugationem ex maiore de vniuerſa re affirmatiuam, quæ anteit quantitate & qualitate hanc poſitam? Sed alia non eſt aſsignanda cauſa, quam hæc quoniam philoſophus euidentiam demonſtrationis ſpectat. Nam illa ex maiore affirmatiua de vniuerſa re duabus conuerſionibus eget vt videbimus, ſed illa ex maiore negatiua non eget niſi vna, quocirca illam præpoſuit tanquam faciliorem habentẽ probationem, & ob id facilius ad primam reducitur figuram. Sic enim dico.

Nullum M N. Omne X M. Nullum X N.

Hoc aũt verum eſſe ſciemus, ſi conuertamus maiorẽ propoſitionem. Nam quia nullum N M, & negatiua de vniuerſa re, ſecum reciprocatur, vt oſtenſum eſt, itaque & nullum M N. Sit ergo.

Nullum M N. Omne x est M. Nullum x N.

Secundus itaque factus est modus primæ figuræ cũ minor propositio remaneat affirmatiua de vniuersa re,& vna maior reciprocata sit.


Præterea si omne N est M, & nullum x est M, nullum x N erit, si enim nullum x M, nullum M erit x, sed omne N erit M. quare nullum N x. nam iterata est prima figura; quoniã reciprocata est secum priuans, videlicet nullũ x est M, quare erit eadem ratiocinatio.

Hic secundus modus ratiocinandi secundæ figuræ ex maiore affirmatiua de vniuersa re & minore negatiua de vniuersa re concludens conclusionem negatiuam de vniuersa re, idem est ipse modus quasi cum priori, præter hoc quõ ille probabatur ex vna conuersione, hic vero duabus indiget. causa est quia maior propositio est de vniuersa re affirmatiua, & ideo non põt vna reciprocatione reciprocari. Si enim reciprocatur in eã de parte, facit coniugationem inutilem, quõ maior non est de vniuersa re, ideo necesse est vt minor hoc modo conuertatur, volo ostendere nullum x esse N, secundo modo secundæ figuræ hoc modo dicendo.

Omne N M.
Nullum x M.

Deinde quia priuatiua de vniuersa re in seipsam reciprocatur, & nullum M x erit, sit ergo.

Nullum M x
Et oẽ N est M.
Nullũ N est x.



Hõ Nullus Lapis

Et factus est secundus iterum modus primæ figuræ, si incipiamus connectere ab x: sed non volebam hoc ostendere, nullum N x, sed contrarium nullum x est N, quoniam autem priuatiua de vniuersa re, reciprocatur in seipsam & reciprocata cõclusione habeo quod quæro. Si.n. nullum N x, & nullum x M, itaque duabus reciprocationibus egebit secundus modus, videlicet reciprocatione minoris propositionis, & conclusionis similiter ostendens copiam materiæ vt fecit in modo superiori ponens speciem maiorem terminum, & alienum minorem, sint termini animal, homo, lapis.

Maior homo, medius animal.
Omnis homo animal.
Nullus lapis animal.

Concludit minime maiorẽ terminũ minori copulãs sed contra, cũ.n. minori reciprocat̃ sic conclõ inducit.

Nullus lapis animal.
Et nullum animal lapis.

Quod si hoc animal de omni homine dicitur, itaque nullus lapis animal, factus est enim iterum secũdus modus primæ figuræ, sed quia non erat nobis hoc propositum ostendere, sed hominem de nullo lapide, ideo nobis opus fuit altera conuersione, scilicet conclusionis, si ergo nullus homo lapis & nullus lapis homo.

Possumus hæc etiam ostendere argumento quod deducit ad id quod fieri nequit.

Ratiocinationes aliæ probatæ sunt directæ, aliæ probentur reciprocatione, aliæ argumento, ad id quod fieri nequit, quẽ & appellat orbicularem demõstationem, directe probati sunt oẽs primæ figuræ modi, reciprocatione aũt & argumento ad id quod fieri nequit ij modi, & illi tertiæ figuræ. Cum ergo probasset duos modos reciprocatione, nunc deductione ad id quod fieri nequit vtitur. Sed aperienda est nobis primo deductio ad id quod fieri non potest, posteaquam hæc rõcinatio ponitur inter hos modos, si volo conclusionem ostendere non sumam argumentum directum, sed perinde ac quispiam contradiceret. Equidem concedunt repugnans conclusioni, quibus cum adducimus aliquod cõcessum & positum, tollimus vnum aliquid palam concessum & positum, itaq; ex dato destruitur concessum & euidens, & ostenditur esse falsum per talem deductionem quo ostenso falso verum inuenitur oppositum ei, velut de primo modo.

Nullum M N.
Omne x M.
Nullum x N.

Hæc est probatio recta in qua concluditur conclusio negatiua de vniuersa re, videlicet nullũ x N. Si quis ergo huic probationi occurret dicendo conclusionem falsam, necesse est vt repugnans ei verum sit, i. aliquod x N. Nam in his quæ repugnãt si alterum est falsum, ei repugnans est verum, itaque si sumamus assumptum hoc, ostendemus quid incommodi sequatur, & hoc modo tanquam falsum abiicimus repugnans. Cum.n. ex posito vero non sequatur aliqđ qđ fieri nequeat introducamus oppositum repugnans, velut nullũ x N, quod erat positum principio. Si ergo aliquis contradicit, repugnans erit apud eum verum, aliquod x N, & iam positum est nullum M N, quartus sit modus primæ figuræ ex maiore de vniuersa re negatiua & minore de parte affirmatiua concludens conclusionem de parte negatiuam, quia non omne x N, & nullum N M. Nã hoc erat datum ex principio, aliquod x N. Nam qui contradicebat hoc dedit itaq; non omne x N. Nam factus est quartus modus primæ figuræ & positum erat omne x M. itaque idem omni, & non omni congruet, quod fieri nequit, ergo quod fieri non potest sequitur, quia quod posuimus recepimus aliquod x esse N, hoc itaque falsum est, & oppositũ ei repugnans verum. Sit nullum x N, qđ oportebat demonstrare in primo modo in secũdo.

Omne N est M.
Nullum x M.
Nullum x N.

Quod si hoc negas verum erit ei repugnãs aliquod x est N. Si ergo omne N ponebatur M esse, & qui cõtradicit aliquod x esse N asserit, fit tertius modus primæ figuræ ex maiore de vniuersa re, & minore de parte cõcludens cõclusionẽ affirmatiuã de parte, itaq; aliquod x est M, sed positum erat nullum x M, itaq; idem congruet alicui & nulli, qđ est absurdum quod quidem sequitur, quia nos posuimus aliquod x N esse, hoc itaque falsum est, & verum est quod oppositũ est repugnans, videlicet nullum x est N, quod demonstrandum erat.

Perspicuum est si hoc modo dispositi fuerint termini fieri ratiocinationem sed non perfectam. Non enim solum ex his quæ principio, sed ex alijs perficitur sic, vt appareat conclusio necessaria.


Tradit fieri rõcinationem si collocati fuerint vt dixit termini, & duas cãs affert. Vnam quia per reciprocationem ostenditur, quod quidem signauit cum dixit. Nõ.n. solum ex his, quæ principio sumpta fuerant, quæ enim principio sumebantur propõnes erant. Aliã cãm affert.

affert, quia deductione ad id quod fieri nequit ostenditur quod indicauit vbi dicit, sed ex aliis perficitur, nã in argumẽto quod deducit ad id qđ fieri nõ põt, aliqđ sumimus extrinsecus præterea quæ principio sumebãtur, nam oppositũ cõclusioni extrinsecus adducimus.

Si vero omne N est M, & de X enunciatur non erit ratiocinatio. Termini affirmatiui substantia, animal, homo, negatiui suastantia, animal, numerus, medium, substantia.

Hęc coniugatio proprium secundæ figuræ non tenet, videlicet, vt propõnes sint dissimiles qualitate. Hæ aũt coniugationes concludunt de omni, & nullo, termini de omni, suba, animal, homo, medium, substantia.

Modus concludens de omni & de nullo.



Termini de nullo hi sunt sũbstãtia numerus animal.
Omne animal substantia.
Omnis numerus substantia.
Nullus numerus ánimal.

Vocauit numerum substantiam more Pythagoreorum, nam illi primas substantias arbitrati sunt numeros, ideo quo fiat apertior prolatio loco numeri accipies lapidem aut aliquod inanimatum.


Sed merito ex duabus affirmatiuis de vniuersa re, in hac figura erit coniugatio inutilis. si enim per reciprocationem, & deductionem ad id quod fieri non potest, reducitur aliquis modus omnis ad primam figuram. Si reciprocantur hæ etiam fient inutiles coniugationes, si enim alteram solum propositionem cõuerteris vtrãuis faciemus minorem propositionem de vniuersa re affirmatiuam & maiorem de parte affirmatiuam. si vtráque reciprocabitur, ex duabus de parte erit coniugatio, itaque inutilis.

Neque quando de X, nec de N enunciatur M.

Ponit alteram coniugationem, ex duabus de vniuersa re, negatiuę quæ est inutilis. Hæc enim concludit illud de omni, & nullì.

Termini affirmatiui, linea, animal, homo: negatiui, linea, animal, lapis.

Medium linea de nullo animali velut.
Nullum animal linea.
Nullus homo linea.
Omnis homo animal.



Item nullum animal linea.
Nullus lapis linea.
Nullus lapis animal.

Perspicuum igitur quod si fuerit ratiocinatio existentibus terminis vniuersis necesse est, vt termini sic collocentur vt principio dicebamus, si enim aliter se habuerint, conclusio non erit necessario.

Principio vbi dixit modum ratiocinandi esse qñ partim de omni, partim de nullo medius terminus dicitur indicat propositiones oportere dissimiles esse.

Sed cum alteri iunctum fuerit medium de vniuersa re.

Vbi dixit de coniugationibus ex vtraque affirmatiua & ostendit duas esse vtiles, duas vero inutiles, nũc afferre vult illas, quę sunt ex altera de parte, & altera de vniuersa re, cum itaque octo sint coniugationes de his duas monstrat esse vtiles, reliquas inutiles.


Cum maiori iungitur illa de vniuersa re vel affirmatiue, vel priuanter, & minori illa de parte & opposito modo illi de vniuersa re. Dico, inquam, opposito modo, si de vniuersa re priuans vna fuerit & altera affirmatiua: si vero de vniuersa re affirmatiua & de parte priuatiua. necesse est vt fiat ratiocinatio priuans de parte.

His verbis indicat duas vtiles coniugationes dissimiles esse qualitate cum altera sit ex maiore negatiua de vniuersa re, & maiore de parte affirmatiua, & altera ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore de parte negatiua, quæ cõcludũt cõclusiones de parte negatiua.

Si enim nullum N M, & aliquod X est M, necesse est, vt aliquod X non sit N. nam quia priuans reciprocatur nullum M erit N, & positum erat aliquod X M, quare aliquod X non est N. Quocirca facta est ratiocinatio per primam figuram.

Hic tertius modus concludens in secũda figura, qui constat ex negatiua maiore de vniuersa re, & minore affirmatiua de parte concludens conclusionem negatiuam de parte velut,
Nullum irrationale est rationale.
Aliquod animal rationale.
Aliquod animal non est irrationale.

Nam quia reciprocatur negatiua de vniuersa re, velut nullũ rõnale est irrationale, & nullum irrationale est rõnale. Si ergo nullum rationale est irrõnale, & aliqđ aĩal est rõnale, quartus modus fit primæ figurę concludẽs conclusionẽ de parte negatiuam, videlicet aliquod aĩal non est irrõnale, & sic poteris copia materiæ hoc loco, vt in secundo modo figuræ, ostendere, si acceperis, quæ in genere contra diuiduntur & minorem terminum feceris aliud, & medium alterum, & minorem genus. Præposuit autem maiorem de vniuersa re negatiuam ob eandem causam quàm diximus de primo modo, quandoquidem hæc per vnam reciprocationẽ ostẽdatur, nam altera non per reciprocationem, sed per solam deductionem ad id quod fieri nequit.




Præterea, si omne N est M: & aliquod X non est N: necesse est, vt aliquod X non sit M. Si enim de omni enunciatur, & enunciatur M de omni N, necesse est vt omne X sit M, sed ponebatur aliquod non esse, & si omne N M & non omne X est M, erit ratiocinatio non omne X N, eodem potest & dixis probari modo.

Quartus modus secundæ figuræ & ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore negatiua de parte concludens

cludens conclusionem negatiuã. Sciendum est autem q̃ per reciprocationem non possum ostendere hanc coniugationem. Nã siue maior reciprocef cũ sit de vniuersa re affirmatiua I eã de parte fiet inutilis cõiugatio, siue minor reciprocaf cum sit de parte negatiua, quæ non reciprocaf re vera vt ostẽsum est, iccirco sola deductione ad id quod fieri nequit, hæc cõiugatio ostendif.

Omne N M. Non omne X M. Non omne X N.

Quod si cõclusionẽ dicis falsam ei oppositũ repugnans erit verum oẽ X N, si ergo ponebaf principio oẽ N M, & nunc, vt putant contradicentes oẽ X est N, necesse est ergo, vt oẽ X sit M. Nam factus est primus figuræ modus, quare idem congruet oĩ, & non oĩ, q̃ est absurdum, itaque falsum est oẽ X esse N, & verum non oĩ. Hoc loco quoq; copia materiæ possum idem ostendere, vt feci in tertio modo primæ figuræ accipiens speciem, genus, & commune vtrisque, & loco medij ponere genus & loco maioris speciem, & commune loco minoris, vt feci in prima figura. Nam in prima posita est affirmatiua de vniuersa re, & in secunda de parte negatiua velut.



Omnis homo animal.
Non omne animatum animal.
Non omne animatum homo.

Tot ferè in secunda figura cõstituũtur modi, si propositiones fuerint determinatæ. Quod si loco minoris de parte acceperimus indefinitam vel affirmatiuã, vel negatiuam tanq̃ æque valenrem illi de parte, & maior fuerit de vniuersa re, vel affirmatiua, vel negatiua aliæ duç nascenf cõiugationes vtiles, vna ex maiore de vniuersa re negatiua, & minore idefinita, altera ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore idefinita negatiua quare oẽs vtiles in sc̃da figura sex subsistẽt, reliquç vero inutiles erunt, quod non seruant figuræ proprium.

VTILES CONIVGATIONES SECVNDA FIGVRA.


Cesare	Maior de vniuersa re negatiua, & minor affirmatiua de vniuersa re.				
Barocco	Maior de vniuersa re affirmatiua, & minor de parte negatiua.				
	Maior de vniuersa re negatiua, & minor de parte affirmatiua.	Maior negatiua, minor affirmatiua.	Minor affirmatiua, maior negatiua.	Maior negatiua, minor affirmatiua.	Minor affirmatiua, maior negatiua.
Camestres	Maior de vniuersa re affirmatiua, & minor de parte negatiua.	Maior negatiua, minor affirmatiua.	Minor negatiua, maior affirmatiua.	Maior negatiua, minor affirmatiua.	Minor negatiua, maior affirmatiua.
	Maior de vniuersa re negatiua, & minor de parte affirmatiua.	Ambæ negatiuæ.	Ambæ negatiuæ.		
Festino	Maior de vniuersa re affirmatiua, & minor indefinita negatiua.	Ambæ affirmatiuæ.	Ambæ affirmatiuæ		

Quod si omne X est M, & non omne N est M, nulla erit ratiocinatio, termini affirmatiui animal, substantia, coruus, negatiui animal, album, coruus.

Nunc aggreditur ad confutandas inutiles coniugationes quæ non sunt ex duabus de vniuersa re. Quæ enim erant ex duabus de vniuersa re, iam ostensæ sunt, & primum differit de his quæ sunt qualitate dissimiles quas ostendit esse inutiles. Nam quia necesse est si modus erit vtilis in hac figura maiorem esse de vniuersa re, sed nunc facta est de parte, merito inutilis est, itaque primum disputat de coniugatione ex maiore de parte negatiua, & minore de vniuersa re affirmatiua. Visus est illi hic ordo coniugationum talis diuisionis.

Si altera fuerit de vniuersa re, & altera de parte.


Ant dissimiles



Aut maior de vniuersa re, & mi nor de pte

Ant maior de pte, & minor de vniuersa re

Aut similes.



Aut maior de vniuersa re, & minor de pte

Aut minor de vniuersa re, & maior de pte.

Cum ergo disputasset ex hac diuisione de duabus sectionibus prius vtilibus, deuenit ad inutiles, & primum reprehendit modum inutilem & tertium facit ex maiore de parte negatiua, & minore de vniuersa re affirmatiua, & confutat, quia iterum coniugatio concludit de omni & nullo, quod non videtur consentaneum ratiocinationi quæ definitam conclusionem inducit, & inutiles coniugationes semper easdem quasi inducunt conclusiones.


Termini autem de omni.

Non omnis substantia animal.
Omnis coruus animal.
Omnis coruus substantia.

Termini de nullo

Non omne album animal.
Omnis coruus animal.
Nullus coruus album.

Animal.



Hic tertius modus inutilis secundæ figuræ.

Neque quando nullum X M *& aliquod* N *est* M *termini affirmatiui substantia, vnitas, animal, negatiui animal, substantia scientia.*

Quartus modus inutilis secundæ figuræ ex maiore de parte affirmatiua, & minore negatiua de vniuersa re, causa autem cur hic modus non concludat hæc est, quia maior est de parte.

Exemplum de omni.

Aliqua substantia est animal.
Nullus lapis animal.
Omnis lapis substantia.

Et pro lapide minoris termini loco ponit vnitatem, more vt diximus Pythagoreorum qui vnitatem arbitrantur substantiam.

Exemplum de nullo.

Aliqua substantia est vnitas.
Nulla scientia est vnitas.
Nulla scientia substantia.

Vnitas.
Aial.
Al.
N
Substantia.
Scientia
Lapis.
O

Duo modi inutiles.

Cum igitur opposita fuerit illa de vniuersa re illi de parte, iam diximus interdum ratiocinationem esse & interdum minime.

Hinc sermo suppleatur oportet, cũ dicit interdum ratiocinationem esse, & interdum non esse subintellige si fuerint similes propositiones. Nisi enim hoc subaudias, quod dicit falsum erit. Non enim dixit de similibus propositionibus altera de vniuersa re, & altera de parte, vel item quæ subiunxit superuacanea erunt. Nã illico dicturus est de propositionibus de vniuersa re, quæ opponuntur illis de parte.

Cum similes fuerint propositiones velut ambæ priuantes vel affirmatiuæ nullo pacto erit ratiocinatio, sint primum priuantes, & illa de vniuersa re sit maior vt nullum N M *& aliquod* X *non est* M, *contingit vt omne & nullum* X *sint termini negatiui nigrum, nix, animal.*

Proprium huius figuræ est (vt sæpe diximus) vt sit maior propositio de vniuersa re, & minor dissimilis maiori, itaque duo modi sunt inutiles, qui errant in quãto, nam maiorem accipiebant de parte, quam oportebat esse de vniuersa re, si concludere debent, sed nunc dicti modi errant qualitate, nam accipiunt ambas propositiones, similes qualitate. Has igitur ostendit Philosophus inutiles, accipitque artem primam ex maiore de vniuersa re negatiua, & minore negatiua de parte.

Exemplum de nullo.

Nulla nix animal.
Omne nigrum animal.
Nullum nigrum nix.


Sed de omni non est accipere terminos si aliquod X *est* M: *& aliquod* X *non est* M. *si enim omne* X *est* N *& nullum* N *est* M, *itaque nullum* X M *sed ponebatur aliquod, hoc itaque modo non datum est accipere terminos.*

Supra diximus illam de parte interdum æquiualentem esse illi negatiuæ de vniuersa re, interdum affirmatiuæ de parte. Nam in materia contingenti æque valet affirmatiuæ de parte. Si enim verum est non omnem hominem album, verum est. aliquem hominem album, & in materia de illo quod fieri non potest æque valet negatiuæ de vniuersa re. Si enim nullus homo volat, & non omnis homo volat, vt de parte negatiua interdum per seipsam, interdum per illam de vniuersa re probetur esse vera. Nam in materia contingenti per seipsam, ideo æque valet eidem. cum ergo nũc minor propositio sit de parte negatiua, si sumatur vt per seipsam vera sit, non est inuenire terminos qui concludant de omni, sed deductione ad id quod fieri nequit ostenditur, quia ex talibus terminis non potest concludi de omni. Si enim (inquit) omne X N, quia ponebatur nullum N M & omne X est N, itaque nullum X est M sed ponebatur aliquod esse. Hoc enim modo sumebatur negatiua de parte æque valere affirmatiuæ de parte, quare idem congruet alicui, & nulli, quod fieri non potest. itaque sequitur quod fieri nequit, quia ponebamus

mus nos posse accipere terminos qui concluderent omne x N, & minorem propositionem sumere aliquod x M & aliquod x non M, itaque non potest concludi de oĩ si accipiatur de parte propositio, quæ in vtrãq; partem possit verti, idest vt sit affirmatiua de parte & negatiua

Sed ex incerto demonstrandum est, nam quia vera est aliquod x non est M: & si nullum x est M quod si esset de nullo, non erat ratiocinatio, perspicuũ etiam neq; nũc esse minime.


Incertum dicit quod non alicui conuenit, quia vt diximus non habet certam significationem, sed potest etiam pro illa de parte affirmatiua accipi & pro negatiua de vniuersa re, cũ inquiat igĩ significationẽ esse ĩcertã si sumatur æque valens negatiuæ de vniuersa re; patet nõ esse rõcinationem, concludit de oĩ talis velut. Nullum inanimatum animal.
Non omnis lapis animal,
Omnis lapis inanimatus.



Item sint enunciantes, & ponatur similiter de vniuersa re velut omne N M aliquod X M, contingit etiam nullum & omne X N esse, termini negatiui album, cignus, lapis. termini de omni non possunt sumi dicta iam de causa, sed ex incerto demonstrandum est.

Sextus modus inutilis ex maiore enunciante de vniuersa re & minore de parte affirmatiua, quia iterum similes sunt propositiones.

Exemplum de nullo.
Omnis cygnus albus.
Aliquis lapis albus.
Nullus lapis cygnus.




Duo modi, vnus concludẽs de omni, alter de nullo.

Sed exemplum afferre de omni non potest hoc loco ob antedictam causam, quia æque valet affirmatiua illi de parte negatiuæ, quæ subit coniugationem vtilem, ideo iterum ex incerto probandum est si accipiatur de parte affirmatiua æquevalens illi de vniuersa re, & si nõ fuerit seipsa vera, & hoc modo ostenditur esse inutilis coniugatio, & concludere de omni hoc modo.
Omne animal substantia.
Aliquis homo substantia.
Omnis homo animal.

Si vero de vniuersa re erit minor propositio. & nullum X M & aliquod N non M contingit vt X non N, videlicet omne & nullum. Termini affirmatiui album, animal, coruus, negatiui album, lapis, coruus.

Septimus modus inutilis ex illa de parte negatiua maiore, & minore negatiua de vniuersa re, velut termini de omni.




Nõn omne animal album.
Nullus coruus albus
Omnis coruus animal.

Termini de nullo.
Non omnis lapis albus.
Nullus coruus albus.
Nullus coruus lapis.

Hanc esse coniugationem inutilem non est difficile videre, & si videatur obstare propositio de parte, quæ etsi sumatur æque valens affirmatiuæ nihilominus erit inutilis. Nam maior quando fuerit de parte coniugationem efficit non concludenter.

Quod si enunciantes fuerint propositiones, termini negatiui album, animal, nix. termini affirmatiui album animal, cygnus, clarum est quando propositiones extiterint similes & altera fuerit de vniuersa re, & altera de parte nullo modo fore ratiocinationem.

Octauus modus inutilis ex maiore affirmatiua de parte, & minore de vniuersa re affirmatiua, causa eadẽ est, vt supra, quia similes sunt propositiones velut.



Aliquod aĩal album.
Omnis nix alba.
Nulla nix animal.

Termini de omni hi sunt.
Aliquod animal album.
Omnis cygnus albus.
Omnis cygnus animal.

Coniugationes tales inutiles sunt ex vna de vniuersa re, & altera de parte quando fuerint similes qualitate.

Præterea neque si enunciatur de aliquo vtroque vel negatur, vel de vno affirmetur, de altero inficietur, vel neque de omni, vel indefinito modo, termini communes omnibus sunt album, animal, homo, album, animal, inanimatum. Euidens est igitur ex dictis quod si vt diximus dispositi fuerint termini ratiocinatio erit. Equidem sic se habeant termini necesse est item patet oẽs ratiocinationes huius figuræ imperfectas esse, nam singulæ perficiuntur, si quædam addantur.

Hoc loco deinceps sexdecim complectitur cõiugationes inutiles, ex quatuor propõnibus, altera de parte, & hac negatiua vel affirmatiua, altera indefinita, & hac vel affirmatiua vel negatiua. Si.n. maior vel minor variatur quatuor modis, ex quatuor itaque vicibus quatuor, nascetur sexdecim copia terminorum qui cõmunes sint, quibusque omnes inutiles cõiugationes ostendit de omni, & de nullo concludentes declarat.

Exemplum

Exemplum de omni.

Aliquod animal album.
Aliquis homo albus.
Omnis homo animal.

Exemplum item de nullo.

Aliquod animal album.
Aliquod inanimatum album.
Nullum inanimatum animal.

Quæ vel congruunt terminis ex necessitate, vel ponuntur tanquam rata & firma, velut quando per id quod fieri nequit ostendimus, deinde quia non conficitur ratiocinatio enuncians per hanc figuram, sed omnes priuantes sunt tam ij qui cõclusionem inferunt de vniuersa re, quam qui de parte.

Quæ terminanter congruũt ea sunt, quæ reciproca tione indigẽt, quæ vero ponunt sunt assumptiones datæ ab aduersario, ex quibus deducit id quod fieri nequit.

TERTIA FIGVRA.



VM autem idem de omni, & nullo enunciatur, vel ambo de omni, vel ambo de nullo, talem figuram voco tertiam.

De secunda figura finem fecit, ad tertiam conuertitur in qua medius terminus vtriq; extremo subiicit, quocirca cum de secunda figura tractasset, hæc retulit cum de eodem oi vel nullo, quia medium de vtroque enunciatur extremo, hoc loco dixit vt explicauimus. Proprium huic figuræ est, vt minorem semper habeat affirmatiuam, idcirco cũ quatuor coniugationibus quæque prædicta figura cõtineretur, hæc sex habet, & duabus redundat. Nam in illis plures fuerunt differẽtiæ, quibus internoscebamus propositiones aptas ratiocinationi, velut in prima cum maior erat de vniuersa re, & minor affirmatiua, & in secunda figura cum maior erat de vniuersa re, & minor dissimilis maiori, in hac vero tertia contenti sumus minore sola affirmatiua, perspicuum est hoc loco numerum subiecti contrahere plures differentias, idcirco animal in quocunque duas solum habet differentias animatum, & sensus capax. quæ sunt homine communiores, si vero fuerit rationale & mortale, hæc soli adhærebunt homini, semper enim cum bis additur determinatio, efficit vt res deficiant, huius figuræ conclusiones erunt omnes ad parte.

Medium huius figuræ dico, de quo ambo enũciantur, extrema sunt enunciata.

Diximus ordinem figurarum ex situ medij termini proficisci, iccirco vltimo loco hæc ponitur, quod medium habet vltimũ locum. Nã vtriq; extremo subiicit.

Maius extremũ à medio lõgius abest, minus vero propius.

Huius figuræ maior terminus bis enunciatur de medio & de minore in conclusione, at minor semel enunciatur. nam de solo medio, & subiicitur maiori in conclusione. Medius autem solum subiicitur, nunquã enũciatur, inquit, iccirco maiorem terminum qui longius abest à medio, longius abest secundum cognationem, quia de nullo enunciatur, sed semper subiicitur. Maior est, qui semper enũciatur, & nonquam subiicitur. itaq; cognatior est medio qui aliquando subiicitur, & aliquando enunciatur, quam qui nunquam subiicitur. Minor enim aliquando subiicitur.


Medium est id quod extra extrema collocatur, extremũ quod dispositione tale est, huius figuræ itaque non est perfecta ratiocinatio, potest fieri tamen si termini de vniuersa re, vel non de vniuersa re medio iungantur.

Extra inquit extrema in rectum, extremum autem inferum.

Cum itaque termini fuerint de vniuersa re quando P & R de omni S enunciatur ratiocinatio erit, quia aliquod R ex necessitate est P. nam quia enuncians propositio reciprocatur aliquod R erit S, cum oẽ S sit P, & aliquod R S necesse est, vt aliquod R sit P. nam fit ratiocinatio per primam figuram ac per deductionem ad id quod fieri nequit.

Primus modus ratiocinandi qui ex ambabus de vniuersa re affirmatiuis constat concludens conclusionem affirmatiuam de parte velut.

Da- Omnis homo animal.
ra- Omnis homo substantia.
pti. Aliqua substantia animal.



Minore conuersa reducitur primam figuram.

Cum enim de vniuersa re affirmatiua reciprocetur in affirmatiuam de parte. si omnis homo suba & aliqua substantia homo est, vnde fit tertius modus primæ figuræ ex maiore affirmatiua de vniuersa re, & minore affirmatiua de parte concludens affirmatiuam de parte.

Omnis homo animal.
Aliqua substantia homo.
Aliqua substantia animal.

Itaque aliquod animal substantia, in hoc modo nõ secus est accipere genus, speciem, cõe ambobus, qm tertio modo primæ figuræ, vbi maior terminus est genus, spẽs medius terminus, cõe ambobus minor, & demonstratio in directum hæc est, Accipit elementa P R S, ignobilitatem figuræ ostendens per elementa, ponit medium S, & ostẽdit vilem obscurumq; esse extremis, quia S posuit loco eius, quod elementum ignobilius est P & R. Item possum probare deductione ad id quod fieri nequit, & quodam argumento quod per expositionem vocant. Si enim de omni re necesse est vel vere affirmes, vel neges cum repugnantia proferes, si quis poneret falsum esse aliquod R P esse necesse est, vt quod est repugnans ei verum sit. velut nullum R est P, ponatur itaque loco P animal vt contradicens vult, & loco huius nullũ R, i. suba, & ponebatur R, i. suba de oĩ S enunciari, i. homine, itaq; fit secundus modus primæ figuræ ex maiore negatiua de vniuersa re, & minore affirmatiua de vniuersa re cõcludens cõclusionẽ negatiuã.

Nullum S est P, idest nullus homo animal, sed ponebatur omnem hominem esse animal, itaq; idem de omni, & nullo enunciabitur quod fieri nequit. & hoc sequebatur, quia positum erat nullum R esse P, itaque hoc est falsum & verum repugnans huic aliquod R est P quod demonstrare oportebat.

Item expositione possum vti. Si enim ambo de omni S enunciantur, si sumatur aliquid eorum quæ sunt, scilicet velut, enim, cui congruat P & R, itaque aliquod R erit P.

Ecce


Ecce quo ipse nouit expositionem differre à reciprocatione affirmatiue de parte vt dicebamus cum tractaretur reciprocatio. Nunc enim postquam demõstrauit per reciprocationem, inquit possum ostendere argumento expositionis, quomodo itaq; ostensum est per expositionem, sit P & R enunciatur de omni R, quia si de his, atque de aliqua parte horum, itaque si aliquã partem accipiamus ipsius S, quæ sit, enim, hæc, enim, erit communis pars ipsi P & R, quia ergo aliquod enim quod est pars ipsius R ex necessitate est P, verum termi nos afferamus, si animal & substantia de omni homine dicitur, & de aliquo dicetur. si ergo sumatur aliquid hominis velut Socra. hic nempe erit substantia & animal, quare quædam substantia, idest Socra. est animal. sed possumus etiam hoc modo ostendere, si enim omne S est R & S est pars ipsius R, si itaque omne S est P, & S est pars R: itaq; P pars R est qđ erat S, itaq; concluditur aliqđ ex necessitate semper, & illud oẽ interdũ, si sumatur maior terminus qui sit communior minore, velut.
Omnis homo animatus.
Omnis homo animal.
Omne animal homo.

Sed concluditur aliquod ex necessitate & semper, sed illud omne non semper.

Et omne S est R, & nullum S est P: adhuc erit ratiocinatio concludens aliquod R non S ex necessitate, idem enim modus erit probandi si reciprocatur propositio R S, item potest comprobari vt prius deductione ad id quod fieri nequit.

Secundus modus concludens in hac figura ex maiore negatiua, & minore affirmatiua de vniuersa re propositionem de parte negatiuam, velut.
Nullum rationale irrationale.
Omne rationale animal.
Non omne animal irrationale.


Minore conuersa reducitur ad primam figuram.



Nam quia affirmatiua de vniuersa re reciprocatur in eam de parte velut omne rationale animal, aliquod animal rationale quartus nascitur modus primæ figuræ, ex maiore de vniuersa re negatiua, & minore de parte affirmatiua negatiuam de parte concludens conclusionem, sed sumẽdi sunt termini, vt quarto modo primæ figuræ fecimus in quo species mutuo inter se diuisæ, & aliquod illis cõe accipiebantur, & cõe erit minor terminus & altera species maior, altera medius terminus inquit. Idem enim modus erit probandi, si reciprocatur propõ R S, idem scilicet superiori modo. Vt enim in illo minor propositio de vniuersa re affirmatiua reciprocabatur, & euasit minor de parte affirmatiua & tertius modus ortus iterum fuit primæ figuræ ex maiore de vniuersa re, & minore de parte affirmatina, itidem in hoc modo, si eadem reciprocetur quartus modus fit primæ figuræ qui concludit conclusionem negatiuam de parte, sed potest probari deductione ad id quod fieri nequit, vt de priore fecimus. Si enim falsum est aliquod R non est P, idest aliquod animal nõ esse irrationale, erit verum omne animal esse irrõnale. Nam hæc contradicit illi, si ergo (vt vult qui repugnat) poneretur omne R esse P, idest omne animal irrationale & erat omne S R, idest omne rõnale animal, perspicuum est fieri modum figuræ primæ ex duabus de vniuersa re affirmatiuis concludens cõclusionem de vniuersa re affirmatiuam, quia P, i. irrationale de omni S, idest de rõnali dicitur, sed ponebatur principio nullum rõnale esse rõnale, idem igitur oẽ & nullum quod fieri non potest quod sequebatur quia ponebatur omne R esse P, itaque quod positum fuit & datum erat falsum quia ex nulla subiectione, & dato vero sequitur falsum, verum itaque est quod repugnat aliquod R non est P quod demõstrandum erat, potest etiam per expositionem demonstrari hæc coniugatio, si enim omne rõnale est aial & pars animalis est rõnale, si ergo nullum rõnale est irrationale, cum pars animalis sit rõnale, animal non erit irrationale, vel hoc modo si sumatur aliquid rationalis velut homo, perspicuum est, vt sit etiã aliqua pars animalis, cum ergo nullum rõnale sit irrationale, neque homo erit irrationalis qui est animalis pars, itaque non omne animal est homo.

Si vero nullum R est P, & omne S est P non conficitur ratiocinatio, termini affirmatiui animal, equus, homo, negatiui animal, inanimatum, homo.

Primus modus inutilis huius figuræ ex maiore affirmatiua de vniuersa re, & minore negatiua de vniuersa re, quia non retinet proprium figuræ, quod erat, vt minor propositio sit affirmatiua. Hic modus concludit de omni, & nullo, velut.



Exemplum de nullo.
Omnis homo est animal.
Nullus homo equus.
Omnis equus animal.
Omnis homo animal.
Nullus homo inanimatus.
Nullum inanimatum animal.

Sed scias velim cum ponit exempla figuræ primæ maiorem terminum prius locauit, secundum medium, tertium minorem, sed in secunda figura primum collocat medium quod de vtroque extremo enunciatur, & in hac ponit vltimum medium, qui subiicitur extremis.

Neque cum ambo de nullo, scilicet dicuntur, erit ratiocinatio, termini affirmatiui animal, equus, inanimatum, negatiui homo, equus, inanimatum, perspicuum igitur est quando erit ratiocinatio, & quando non erit si termini fuerint de vniuersa re, cum enim ambo termini positi fuerint enunciantes erit ratiocinatio, quia extremum de aliquo dicitur extremo cum aiunt priuates non erit, sed cum erit alter priuans, & alter enuncians atque affirmans, si maior fuerit priuans, & minor affirmans erit ratiocinatio concludens


dens extremum non in aliquo extremo inesse, si autem contra non erit ratiocinatio.

Modus secundus huius figuræ inutilis ex vtraque negatiua de vniuersa re, causa dicta est, præter id quod in vnaquaque figura coniugatio talis non est valida, concludit de omni.

Nullum inanimatum animal.
Nullum inanimatum equus.
Omnis equus animal.


Item concludit de nullo.

Nullum inanimatum homo.
Nullum inanimatum equus.
Nullus equus homo.



Quod si alter fuerit de vniuersa re iuncta medio & alter in parte si ambo fuerint affirmatiui necesse est & fiat ratiocinatio, atque si vter fuerit terminus de vniuersa re. Si oē s est R, & aliquod S P, necesse est aliquod R P. Nam quia reciprocat̄ affirmatiua, erit aliquod P S quare cum oē S R, & aliquod P S, & aliquod P R erit, quare & aliquod R P.

Cum percurrisset oēa coniugationes ex vtraq; propositione de vniuersa re, & ostendisset quæ sint vtiles, quæque inutiles, nunc docet eas quæ constant ex vna de vniuersa re, & altera de parte, quæ etiam octo sunt, & primam ponit illam ex maiore de parte affirmatiua & minore affirmatiua de vniuersa re, quam ostendit vtilem reciprocatione illius de parte, inquit, sit aliquod S P, & omne S R aliquod R est P. Sed quomodo? quia si aliquod S est P, & aliquod P est S, quoniam illa de parte secum reciprocatur. si ergo positum fuerit omne S R & aliquod P reciprocationē est S, fit tertius modus primę figuræ ex maiore affirmatiua de vniuersa re, & minore affirmatiua de parte concludens conclusionem affirmatiuam de parte, itaque aliquod P est R, sed hoc non erat mens probare aliquod P R sed aliquod R P, si ergo illa de parte reciprocatur affirmatiua secū, & aliquod P est R quod oportebat ostendere. Est autem tertius modus vtilis tertiæ figuræ. Hoc loco potest ostendi copia materiæ, si sumatur genus species commune ambobus, & maiorem terminum posueris speciem, & genus medium, & commune ambobus minorem, velut.




Aliquod animal homo.
Omne animal animatum.
Aliquod animatum homo.

Si ergo animatum de omni animali dicitur, & animal de aliquo homine, concluditur animatum de aliquo homine, si hoc est verum, itaque & aliquod animatum est homo, quod oportuit probasse. Hanc ratiocinationem Theophrastus in quarto modo locauit, quia duabus agebat reciprocationibus, sed Aristoteli visum est ponere in tertio, & fortasse quia tertiæ figurę proprium versatur in minore, & maior est anceps quātō & qualitate. minor autem omnino requirit quantū & ob minorem fiunt vtiles & inutiles coniugationes, quia ergo minor præest eum præposuit cum recensuit coniugationem quæ habet minorem de vniuersa re, quia habet proprium figuræ, quia non solū anteit qualitate, sed quanto.

Item, si aliquod S R: & omne S est P necesse est, vt aliquod R sit P. Idem enim demonstrationis modus.

Quartus modus vtilis ex maiore affirmatiua de vniuersa re, & minore de parte affirmatiua concludens cō clusionem affirmatiuam velut..



Omnis homo animal.
Aliquis homo albus.
Aliquod album animal.

Si enim aliquis homo albus, & aliquod albū homo, itaq; si omnis homo animal, & aliquod album homo, patet vt aliquod album animal, quod demonstrandum erat. Iteratur tertius modus primæ figuræ, potes copia materiæ idem ostendere si acceperis genus & speciem, & quod vtrique competit: & alius præter illa, & genus feceris maiorem terminum, & speciem medium, & cōmune illis minorem.

Præterea possum ostendere deductione ad id, quod fieri nequit, & expositione vt suprà fecimus.


Vtrunque modum potest ostēdere deductione ad absurdum, & ostendit primum. Si.n. aliquis instaret dicendo à vero alienū esse, aliquod R esse P, idest aliquod animatum esse hominem, vt vult qui contradicit, & omne S, idest animal est R, i. alatum. Nam hoc datum erat, itaque nullum S P, i. nullum animal homo, fit enim secundus modus primæ figurę, ponebatur enim aliquod animal esse hominem, itaque idem de aliquo & nullo enunciatur, quod absurdum est, & sequebatur quia positum erat, nullum R P, idest nullum animatum homo, hoc itaque falsum est, & verum erit aliquod animatū homo, quod oportuit ostendisse. Hoc modo etiam ostenditur expositione, si enim aliquod animal homo, & omne animal est homo, si sumatur aliquid animalis de quo affirmatur homo, id erit communia pars vtrique, videlicet animati & hominis, est itaq; aliquid animati de quo enunciatur homo. Similiter secūdum modum demonstrabimus deductione ad id quod fieri nequit. Quoniam si quis diceret falsum esse aliquod albū esse animal, perspicuum est verum dicere, nullum album est animal, itaque & contra nullum animal album, si er

go nullum animal album, vt qui contradicit cupit, & positum fuerat omnis hõ est animal, perspicuum erit quod concluditur nullum hominem esse album. Iterum sit secundus modus primæ figuræ, ponebatur aūt aliquem hoiem esse album, itaque idem aliquod erit, & nullum, quod absurdum est, & sequitur quod datum fuit, nullum album aīal esse, itaque hoc falsum est, & ei oppositum verum, idest aliquod album animal, quod demonstrandum erat. similiter expositione idem ostēdam. Si enim animal de omni homine, & album de aliquo, si sumptum fuerit aliquid hominis in quo in sit album velut Scitha, de quo enunciatur animal itaq; erit aliquod album erit animal, quod probandum erat.

Quod si alter fuerit affirmans, alter priuans, quando minor affirmans erit ratiocinatio. Nam si omne s R, & omne s P, sed non erat.

Cum attulisset coniugationes ex vna de vniuersa re, & altera de pte, & priores ex duabus affirmatiuis, quare vna habebat maiorē de vniuersa re, & minorem de parte & vicissim retrorsum, vtrasque ostendit vtiles quod in vtraque seruaretur proprium huius figuræ, videlicet minorem esse affirmatiuam, deinceps exponit eas, quæ sunt ex altera affirmatiua, & altera negatiua. Cum fuerit affirmatiua de vniuersa re & negatiua de parte, & primam illam quæ minorem habet affirmatiuam de vniuersa, ostendit vtilem esse, inquit cum fuerit minor affirmans erit ratiocinatio. hic quintus modus figuræ est ex maiore negatiua de parte & minore affirmatiua de vniuersa re, concludens de parte negatiuam. Copia materiæ potes hoc ostēdere si acceperis genus & spēm, & accidens eorū, quod loco maioris ponendum est, & speciem medij, & genus minoris, velut.

Non omnis homo albus.
Omnis homo animal.
Non omne animal album.



Vtilis hic modus ostēditur deductione ad id, quod fieri nequit, qm demonstrari reciprocatione non potuit, quia maior nullo pacto reciprocatur cum sit de parte negatiua, & si minor reciprocatur, tamen in illā de parte reciprocatur, & ita fierent ambę de parte, sed ex vtraque hmōi non fit coniugatio vtilis, vt iam diximus, ideo deductione ad id quod fieri nequit probat vtilē esse. Si.n. aliquis diceret falsam esse cōclusionē hāc.

Non omne animal album, perspicuum est hanc esse veram omne animal album, itaq; fit oē aīal album, sed ois homo erat animal. Sic enim ponebatur, itaque omnis homo albus, sed ponebatur, non omnis. itaque erit omnis, & non omnis quod fieri nequit.

Ostendunt etiā sine deductione ad id quod fieri nequit si sumptū fuerit aliquid eorū quæ sunt s de quo nō enūciat P.

Probationem per expositionem dicit. Si enim non omnis homo albus, & omnis homo est animal, si sumptum fuerit aliquid hominis de quo non enunciatur album velut æthiops qui est pars animalis, & animal de omni homine dicitur, conclusio perspicua est, non omne animal album velut æthiops.

Cum maior fuerit affirmatiua, & minor de parte priuās non erit ratiocinatio velut omne s P, & aliquod s non R. termini affirmatiui de omni animatum, homo, animal.

Cum statuat alteram propositionem affirmatiuam, & alteram de parte negatiuam, & demonstrauerit sic se habentibus propōnibus, si minor fuerit de vniuersa re affirmatiua, & maior de parte negatiua rōcinationem confici, nunc ordinem vertit propositionum cum maiorem velit de vniuersa re affirmatiuam, & minorē de parte negatiuam quam coniugationem ostēdit inutilē fore, quia minor amisit propriū quod affirmatiua esse deberet. Hæc concludit tam de oī quam de nullo.

Exemplum subiicitur de omni.


Omne animal animatum.
Non omne animal homo.
Omnis homo animatus.

Termini de nullo accipi nequeūt, quod si aliquod s est R, & aliquod nō, si.n. nullum R est P & aliquod s est R aliquod s non erit P sed ponebatur oē esse. Si enim omne s est P, & aliquod s est R etiam aliquod R erit P sed ponebatur nullū esse.

Inquit, si accipiat de parte negatiua seipsa vera, quæ æque valeat affirmatiuæ de parte, & de vniuersa rē negatiuā, non poterit demonstrari per eosdem terminos, inquit si omne s est P & s non oē est R quam propō si sumatur seipsa vera æque valet huic aliqđ, & cōiugationem vtilem faciet, vt concludere sit aliqđ R esse P, si ergo concluditur nullum ob datum, itaq; idē cōpetet alicui & nulli, quod absurdum est pôt etiam aliter demonstrari. Si.n. nullum R est P, itaq; neq; nullum P erit R sed oē s est P, itaq; nullum s est R sed erat etiam non omni, quod est dictu aliquod, itaq; idem alicui, & nulli congruet, itaq; de nullo concludi non pôt, vt itaq; ostensa sit inutilis coniugatio concludens de oī & nullo sumatur de parte negatiua seipsa vera, si ergo modus erit futilis oportet illam de parte negatiuam minorē esse quæ per illam de vniuersa re fiat. Si ergo negatiua de vniuersa minor propō fuerit, efficiet inutilem coniugationē.

Vt supra diximus sumendi sunt termini. cum enim incertum sit hoc aliquo non esse, & nullum verum erit dicere aliquod non esse, sed si erit nullum non perficietur rōcinatio, perspicuum ergo erit non esse ratiocinationē si priuās fuerit de vniuersa re alter terminorū, & alter affirmās de parte.


Vt supra dixit, si accipiatur de parte negatiua incerta quæ vtrāq; significet negatiuā de vniuersa re, & de parte, ostēdemus inutiles fore cōiugationes si pserttim accipiatur illa de pte negatiua quæ significet de vniuersa re negatiuā, itidē hoc loco si acceperimus eodē mō illā pro negatiua de vniuersa re inueniemus eandē inutilē. Nulla.n. est cōiugatio huius figuræ, q̄ habeat minorem negatiuam vtilē rōcinationem, cōcludit.n. cum de omni, tum de nullo, de oī terminos iam protulimus, de nullo nunc adhibeo & profero quos adduxi et supra cum statui mutandam esse de parte negatiuā de vniuersa re.



Omne animal animatum.
Non omne animal lapis.
Nullus lapis animatus.

Si vero de vniuersa re fuerit priuans & maior & minor fuerit affirmatiua, ratiocinatio erit. Si enim nullum s p, & aliquod s r aliquod r non est p, erit iterum prima figura si reciprocatur propositio s.

Huius figurę sextus modus est ex maiore negatiua de vniuersa re, & minore affirmatiua de parte concludens conclusionem negatiuam de parte, ostenditur autem reciprocationem minoris propõnis velut. Nullũ s p aliquud s r, itaque & aliqđ r s. Si ergo nullum s p, & aliquod r s: nõ omne r erit p. Quartus.n.modus primæ figuræ factus est ex maiore negatiua de vniuersa re, & minore de parte affirmatiua concludens conclusionem de pte negatiuã. Hoc quoq; loco potes copia materiæ oñdere, si acceperis duo quæ oĩno inter se repugnent & distent, & alterum quod vtrinq; congruat de pte, quod loco minoris propõnis ponas & reliquorum alterum maiorẽ, alterum medium terminũ velut.



Nullus equus homo.
Aliquis equus album.
Non omne album homo.

Scias velim hunc modum à Theophrasto quinto loco positum, & superiori præpositum, quia hic reciprocatione probatur, ille autẽ sola deductione ad id, quod fieri nequit. At Arist. quintum præposuit dicta de causa. sex sunt itaque modi huius figuræ si propositiones extiterint determinatæ, si vero altera fuerit determinata, & altera indefinita euadunt, aliæ quatuor coniugationes vtiles cum ęque valeat indefinita illi de parte, conficiuntur hoc modo, vna ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore indefinita affirmatiua velut.

Omnes p: . S est r: R est p.

Nam quia reciprocatur affirmatiua r erit s, quare cũ omne s sit p & r s, itaq; r erit p. Altera est ex maiore negatiua de vniuersa re, & minore ĩdefinita affirmatiua.

Nullum s est p. S est r.

Hæc reciprocatur & erit r s quare cum nullum s est p & aliqnod r est s, aliquod r non erit p. iterum altera erit ex maiore indefinita affirmatiua & minote de vniuersa re affirmatiuã.

S est p. Omne s est r.

Quæ cũ reciprocaẽ s, erit p, quare cum oẽ s est r, & p est s erit p r, & quia reciprocatur affirmatiua r erit p quod demrãdũ erat. Quartus modus ex maiore neg. indefinita, & minore affirmatiua de vniuersa re hic reciprocatione non concludiẽ, siqui de parte neg. non reciprocaẽ. Huic.n. æque valet indefinita, & affirmatiua cũ ea de pte reciprocaẽ & erunt ambæ de pte, è quibus nunq̃ perficitur rõcinatio, itaq; probabiẽ deductione ad id quod fieri nequit. Si s non est p & omnes s & r nõ erit r p qđ si hoc dixeris falsum, itaq; verũ erit oẽ r p, & ponebatur oẽ s r, itaq; oẽ s p sed ponebaẽ non esse, itaq; idem omni competet, & non omni, quod est sane absurdum, quod sequebatur, quia posuimus non oẽ r esse p, itaque hoc erit falsum. verum iccirco erit, r non est p quod probandum erat. Concludantur omnes modi huius figurę decem eo, quem statuimus, ordine.

Prima coniugatio.

{ Ex vtraque de vniuersa re affirmatiua.

II.

{ Ex vtraque de vniuersa re maiore negatiua, minore affirmatiua.

III.

{ Ex maiore de parte affirmatiua, & minore de vniuersa re affirmatiua.

IIII.

{ Ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore de parte affirmatiua.

V.

{ Ex maiore de parte negatiua, & minore de vniuersa re affirmatiua.

VI.

{ Ex negatiua de vniuersa re maiore, & minore affirmatiua de parte.

VII.

{ Ex maiore de vniuersa re affirmatiua, & minore affirmatiua indefinita.

VIII.

{ Ex maiore de vniuersa re negatiua, & minore indefinita affirmatiua.

IX.

{ Ex maiore indefinita affirmatiua, & minore de vniuersa affirmatiua.

X.

{ Ex maiore indefinita negatiua, & minore de vniuersa affirmatiua.

Cætera de coniugationibus inutilibus ex his, quæ dicta sunt de illis in alijs figuris liquet, ideo præteribo reliquas inutiles coniugationes ne idem cogar dicere sæpe. Sed cum nonnullę non habent ratione terminorum euidentiam, consentaneum est vt mentionem faciam de his.

Cum vero minor fuerit priuãs non erit rõcinatio, termini affirmatiui, aĩal, hõ, syluestre: negatiui aĩal, sciã syluestre. Medium vtrique est syluestre. Item non erit rõcinatio, cum ambæ fuerint priuantes, etiam si altera erit de vniuersa re, & altera de parte. termini negatiui, qñ minor fuerit de vniuersa re aĩal, sciã, syluestre: affirmatiui, aĩal, hõ, syluestre.

Inutilis coniugatio ex maiore de parte affirmatiua, & minore negatiua de vniuersa re, syluestre, hoc loco non solũ pro aĩalibus rõnis expertibus ponitur, sed etiã pro plantis, nam plantæ syluestres dicuntur vt Apollonius. Fugiat quis syluestria mouerit iacula cantus.

Animal dicit de aliquo sylnestre, vt de leone, quod plantæ non congruit, & nullum syluestre est homo, & omnis homo animal.

Cum præterea maior fuerit de vniuersa re, & minor de parte, non erit rõcinatio, termini negatiui, coruus, nix, albũ: terminos affirmantes nõ est accipere, si aliquod s nõ est R est aliquod R nõ est s. si.n. omne R est P, & aliquod s est R, & aliquod s erit P: sed ponebatur nullũ, at ex incerto demonstrandum est, neq; vterque congruit alicui medio, vel nõ cõgruit, aut alicui alter, & alter non omni. vel incerto, termini communes omnibus animal homo, album, animal, inanimatum, album. perspicuum igitur quando erit in hac figura ratiocinatio, & cum non erit. Sed si fuerint termini dispositi vt fecimus conficietur ratiocinatio ex necessitate, & si fuerit rõcinatio, se habeant termini vt disposuimus oportet. item liquet omnes imperfectas esse rõcinationes huius figuræ, nã oẽs perficiuntur assumptis quibusdam. præterea conclusio in hac figura nulla est de vniuersa re negatiua.

Medium in his album, maior est coruus, minor nix.
Nullum album coruus.
Non omne album nix.
Nulla nix coruus.

Exemplum de omni non est afferre, sed probatio iterũ est per incertum vt prius reliqua perspicua sunt quæ disputata sunt de cæteris inutilibus coniugationibus.

Perspicuum in omnibus figuris, quãdo non perficitur rõcinatio, si ambæ fuerint affirmantes, vel priuãtes & de parte nihil oĩno concluditur necessario, sed si sumatur affirmãs & priuãs de vniuersa re semper fit rõcinatio quoties minor erit iunctus extremo, vt si oẽ a est A, & nullum c est B, si reciprocantur propõnibus necesse est vt aliquod A nõ sit c, similiter de aliis figu. semper. n. fit rõcinatio per reciprocationem.

De tribus figuris finem fecit, hoc loco tradit quoddam præceptum de illis, conuertitur.n. ad inquirendas inutiles coniugationes trium figurarum, & determinat quæ sunt oĩno inutiles, & complectitur inutiles in præsenti compositione, quæ tñ alicuius rei, videlicet reciprocationis pñt fieri vtiles. inquit in oĩbus figuris cõiter quæcunque fiunt inutiles vel ex similibus propositionibus vel ex his de parte constant. Sed ad præsentẽ compositionem nihil conferunt neq; reciprocatæ conficiunt rõcinationem, sed omnino inutiles sunt, quæcũque autem sunt dissimiles & habent de vniuersa re negatiuã, hæ reciprocatione perficiuntur, velut prima inutilis in prima figura ex affirmatiua de vniuersa re velut
Omne B est A.
Omne c est a.

Hæc inutilis, quod si reciprocẽtur duæ propõnes vt debent, concludetur non oẽ A esse c. nam si nullum c est B, & nullũ B est c, & omne B est A, & aliquod A est B, incipiens ergo à minore propositione, inquit.

Nullum c est B. Aliquod B A.

Nam fit primæ figuræ quartus modus qui cõcludit de parte conclusionem, sic ergo idem non adhuc demonstrauit cum possit esse vtilis, quare in prima figura duæ propõnes reciprocantur, minor, & maior sunt itaq; duo modi qui possunt fieri vtiles i hac descriptione & formula, alter dictus est, alter est qui constat ex maiore de parte affirmatiua, & minore negatiua de vniuersa re. Si.n. similiter reciprocantur, maior de minore concluditur & in secunda figura similiter cum ex maiore de vniuersa re, vel de parte affirmatiua & minore negatiua de vniuersa re, & in tertia figura similiter duæ coniugationes sunt quarum altera est ex duabus de vniuersa re, & minore negatiua, altera ex illa de pte, & de vniuersa re, quarũ maior est de pte affirmatiua, & minor neg. de vniuersa re. Oẽs igit cõiugationes duobus terminis reciprocãtes declarãt minorẽ nõ dici de maiore, verum Arist. exemplum primæ solum posuit.

Compertum est, si incertum accepero pro affirmatiua de parte propõne fore ratiocinationem in omnibus figuris.

Merito, nam æque valet illi de parte affirmatiuæ, quare inutiles erũt, quæ ex altera indefinita erunt si collocati fuerit termini vt diximus. Qđ si inquit incertũ acceperò pro illa de parte, ne quoque coniugationes reciprocatione concludent conclusionem negatiuam indefinitã. Sed dubitationi hic locus est, cũ idefinitæ ꝑpõnes ęque valent, vt illę de pte & affirmatiuæ, & neg. vt illæ neg. & fiunt vtiles coniugationes quæ habent alteram propõnem negatiuam de parte vt modus quartus primæ fig. & sextus tertiæ cur dicendo si incertum pro illa de parte affirmatiua sumatur, solũ dicit de hac & non de negatiua? Rñdeo per affirmatiuã etiam negatiuam intelligere, aut quia prima fig. nusquam complectitur propõnem neg. vnde neq; in cæteris figuris cõiugationes quæ habuerint illã de parte negatiuã reciprocatione possunt oñdi, sed deductione ad id qđ fieri nequit.

Perspicuum quoq; est oẽs rõcinationes imperfectas esse, sed primæ perficiũtur figura. vel.n. demõstratione, vel deductione ad id quod fieri nõ põt probatur. vtroq; modo fit prima figura, oẽs qui reciprocatione, perficiuntur ad primam fig. reduci queunt, & qui deductione ad id quod fieri nequit probantur ita sanè probantur si demõstretur oppositũ datũ aduersario falsum esse, tum fit ratiocinatio per primam fig. velut exemplum subiici potest de postrema figura, si omne c est A, & B, quia aliquod a est A. vel.n. nullum B A, & omne c B, nullum c A sed oẽ erat, itidem de aliis dicendum est.

Vult laudare primam figuram, quia reliquæ pficiũtur ab ea. Nam modi secundæ figurę perficiuntur maiore reciprocata affirmatiua faciẽte primam figurã, & modi secundæ conficiuntur maiore reciprocata affirmatiua. Cæterum exempla affert tertiæ figuræ quibus probet ratiocinationem perfici per primam figuram.

Præterea reducere oẽs rõcinationes possumus ad primos modos primæ figuræ qui concludũt propõnẽ de vniuersa re.

Supra oñdit ratiocinationes primæ figuræ esse cæteris perfectiores, nũc aũt ostandit duos primos, quos cęteris eiusdem figuræ meliores ostẽdit, quod ad demonstrationem concludunt vt dixi vtiles sunt, his vtitur q demõstrat, sed eo magis q est affirmatiuus, & raro negatiuus, quia construit sæpe demõstratur, & raro destruit.

Illi secundæ figuræ planè per illos perficiuntur, verũ nõ æque oẽs, sed alij de vniuersa re reciprocata priuante, vterque autem qui cõcludit cõclusionem de parte deductione ad id quod fieri nequit ad primam reducitur figuram.

Vterque modus secundæ figuræ concludens conclusionem de vniuersa re reciprocata negatiua propositione

tione reducitur ad ſecundum modum primæ figuræ. Hoc dicebamus modo.

Nullum N M.
Omne X M.

Si vero nullum N M, & nullum M N, vnde reducitur ad ſecundum modum primæ figuræ.

Nullum M N.
Omne X N.
Nullum X N.

Itidem ſecundus modus reducitur ad ſedcundum primæ figuræ duabus reciprocationibus, illi qui concludunt propoſitionem de vniuerſa re per reciprocationem, qui concludunt illam de parte per deductionem ad id quod fieri nequit. Reducebantur & ij ad primam figuram ſi accipiantur ea quæ repugnant. Nam neque illa de vniuerſa re reciprocatur, quia fecerit inutilem coniugationem ſi cum illa de parte reciprocaretur, neque omnino illa de parte reciprocatur, ſed ij reducuntur deductione ad id quod fieri nequit ad illos primos duos primæ figuræ. ſi enim.

Omne N M. Et non omne X M. Non omne X N.

Quod ſi concluſio falſa eſt, itaque repugnans hæc erit vera omne X N. Si ergo omne M N, & ponebatur omne X M, itaque omne X N. Nam fit primus modus primæ figuræ, ſed ponebatur non omne X N, itaque idẽ X erit N & non erit, quod eſt abſurdum. Quartus modus ſecundæ figuræ hoc modo reducebator ad primã figuram. Tertius autem reciprocatione, & deductione ad id quod fieri nequit ad primam redigitur figuram, ſed non ad eos qui concludunt illam de vniuerſa re propoſitionem, ſed ad eos qui concludunt de parte, ſed deductione ad id quod fieri nequit etiam is reducitur ad ſecundum modum primæ figuræ.

Nullum N M. Aliquod X M. Non omne X N.

Sin autem, erit omne X N, & nullum N M, & omne X N, itáq; nullum X N, ſed ponebatur aliquod, ꝙ eſt abſurdum. iterum factus eſt ſecundus modus primæ fig.

Qui autem ſunt in prima concludentes propoſitiones de parte ſeipſis perficiuntur, ſed per ſecundam figuram deductione ad id quod non poteſt fieri poſſunt oſtendi, velut omne B A, & aliquod C B, aliquod C A. ſi enim nullum C eſt A, & omne B, nullum C B erit, quod quidem ſcimus per ſecundam figuram, item de priuante erit demonſtratio. Nam ſi nullum B eſt A, & aliquod C eſt B, aliquod C non erit A. Si enim omne & nullum B, nullum C B erit. hac erat media figura. quare cum in hac figura omnes ratiocinationes reducuntur ad ratiocinationes concludentes concluſiones de vniuerſa re in prima figura, & qui concludunt de parte in prima, ad eos de media, clarum erit omnes reduci ad duos primos modos primæ figuræ.

Probauit ſupra modos ſecundæ figuræ reduci ad illos primæ figuræ qui concludunt vniuerſaliter nunc vult oſtendere modos, primæ figuræ concludentes de parte concluſiones reduci etiam ad illos ſuos primos, ſed non ſuapte natura, ſed deductione ad id quod fieri non poteſt, ſi prius reducantur ad illos ſecundæ figuræ qui concludunt de vniuerſa re, quos reducit poſtea ad primos primæ figuræ. non ſunt tamen imperfecti quia tales ſeipſis deductione ad id quod non poteſt fieri reducuntur ad primam figuram, ſed ij ſeipſis concludũt directe. prior itaque modus ex affirmatiua maiore de vniuerſa re & minore de parte affirmatiua concludit directe affirmatiuam de parte.

Omne B A. Aliquod C B. Aliquod C A.

Reducitur deductione ad abſurdum hoc modo ſi falſum eſt, aliquod C eſt A, verum erit, nullum C eſt A, ſed omne B eſt A, itaque fit ſecundæ figuræ primus modus, quare & nullũ C eſt B, ſed ponebatur aliquod qđ fieri non poteſt, quare deductione ad id quod fieri non poteſt, probatur per ſecundam figuram & ſecunda reducitur ad primos duos modos primæ figuræ, itaque qui concludunt concluſiones de parte reducuntur per ſecundam figuram ad illos modos itidem & alter primæ figuræ concludens ſe parte reducitur ad primos modos primæ figuræ. ſi enim.

Nullum B A. Aliquod C B. Non omne C A.

Si concluſio falſa, vera erit repugnans omne C A, & nullum B A, & omne C A, iterum facta eſt ſecunda figu. nullum A, itaq; B, ſed ponebatur aliquod. item hic modus poteſt deductione ad id quod fieri non poteſt, probari ſi reducatur ad ſecundam figuram, & per hanc ad primæ figuræ modos illos qui concluſionem de vniuerſa re concludunt, hoc itaque modo duo modi primæ figuræ qui concluſionem de parte concludunt ad duos primos reducuntur.

Ratiocinationes tertiæ figuræ ſi termini fuerint de vniuerſa re illico perficientur per ratiocinationes illas quæ ſunt in prima figura.

Cum declaraſſet ambas figuras redigi ad duos primos modos primæ figuræ reliquum ratiocinationes tertię nititur ad eoſdem reducere, inquit ratiocinationes ex terminis de vniuerſa re ſtatim reuocantur. Verum non dixit propterea hoc {illico} quia hi perfecti ſint, vt illi, ſed quia deductione ad id quod fieri non poteſt & non per aliam figurã, velut illi duo primę fig. qui ad primos modos duos reducebantur ad primam figuram rediguntur, ſed ſine alio medio ad eam reuocantur. Nam quia alter cõcluſionem affirmatiuam de parte, alter negatiuam de parte concludit, perſpicuum eſt, vt quoties oppoſita cõcluſionibus accipientur, equidẽ affirmatiuę de parte negatiua de vniuerſa re opponitur, & negatiuæ de parte, affirmatiua de vniuerſa re, & ſi duo termini inuenientur de vniuerſa re ſequetur concluſio in ambobus. in primo ſi fuerit de vniuerſa re negatiua, in ſecundo ſi fuerit de vniuerſa re affirmatiua, & hoc modo reducuntur ad illos duos modos primæ figuræ, quare illico & ſine medio hi modi reducuntur ad primos primæ figuræ.

Cum vero de parte ſumpti fuerint, per ratiocinationes de parte in prima figura perficiuntur, qui cum reducti ſint ad illos duos primos, itaq; ij tertiæ figuræ de parte reducentur ad eoſdẽ, palã eſt itaq;, vt oẽs reuocentur & reducantur ad primas duas ratiocinationes concludentes de vniuerſa re.


Inquit ratiocinationes de vniuerſa re in tertia figura per ſe reducũtur deductione ad id quod fieri nequit ad primam figuram. Qui autem concludunt de parte non hoc modo, ſed quia eorum reciprocatio & deductio ad id quod non poteſt fieri faciunt, vt perficiantur per eos qui concludunt concluſionem de parte in prima figura, qui cum reducantur ad primos modos duos primæ figuræ per ſecundam, perſpicuum eſt, ꝙ illi tertię figuræ reducuntur ad primos eoſdem primę figuræ per illos qui concludunt de parte propoſitionem in prima fig. & per illos ſcdæ figurę. Exẽplũ ſubiiciatur, & ſit rõcinatio ex duabus de parte affirmatiuis.

Omne B eſt A.
Aliquod B eſt C.
Aliquod C eſt A.

Si enim aliquod B est C, & aliquod C est B, & omne B est A, & aliquod C B, patet factum fuisse ratiocinationem in prima figura, quæ concludit propositionem de parte affirmatiuam, & reduci ad modum dictum primæ figuræ. Item potest per deductionem ad id quod fieri non potest. Si enim falsum est aliquod C est A, verum erit nullum C est A, sed aliquod B est C, iterum factus est modus primæ figuræ qui concludit de parte propositionem. Et cum ij per secundam figuram reducerentur ad duos primos figuræ, primæ itaque & illi tertiæ figuræ ad eosdem redigentur.

Quō itaq; se habeant rōcinationes, quæ concludunt affirmatiuam, vel negatiuam conclusionem cum per se in suā figura, tum ī diuersis figuris īter se cōparatę à nobis dictū est.


Cum tres sint modi, alter, necessarij, alter enunciantis simpliciter, alter contingentis, formare ratiocinationes docuit, quæ constarent ex propositionibus enunciantibus aliquid dē aliquo simpliciter, post hac ad eas aggredietur, quæ coagmentantur ex propositionibus de modo necessario. Refert à se disputatum fuisse hactenus de quaque figura separatim quomodo se habeat, velut, quomodo ratiocinationes primæ figurę non per reciprocationem probantur, & quas quæque concludat conclusiones, & quomodo illæ secūdæ figuræ, & reciprocatione, & deductione ad id quod fieri nequit perficiuntur, atque qūo illæ tertię præter reciprocationem & deductionē ad id quod nequit fieri expōne probantur vel alia via etiam si habet. Item inquit, dictū esse qūo in diuersis figuris inter se comparatæ sese habeant, i. quæ sint illis communia vel non sint dixit.



IOANNIS GRAMMATICI
DE PRIORI RESOLVTIONE:

Lucillo Philalthæo Interprete.

Caput primum. De ratiocinationibus ex duabus propositionibus necessariis.



VONTAM *vero diuersum est inesse & ex necessitate inesse & contingere inesse. multa.n. insunt quidem, non ex necessitate tamen, alia vero neque insunt omnino, contingunt autē inesse, planum quòd & syllogismus vniuscuiusque horum diuersus erit, & non similiter se habentibus terminis, sed hic quidem ex necessariis ille vero ex inexistentibus, ille autem ex contingentibus.*



VM expleuerit sermonem de tribus figuris, quæ constabant propositionibus de inesse, descendit ad propositiones de necessario & merito ipsis fm ordinis locum assignat. Nāque ea quæ sunt partim eodem modo se habēt, & semper omnibus insunt, & partim insunt quidem non ex necessitate, sed possunt quum insunt etiam non inesse, & partim quædam nec insunt, nec ex necessitate insunt, tamen possunt inesse & non inesse, quorum primum est illud de necessario, & illud de inesse, & de contingenti, sed ob id fecit sermonem, primo de propositionibus de inesse tanquam simpliciorem. Nam ipsi quod est aduenient quædam, ceu semper & omne facit necessarium, & medium sermonem ordinat de necessariis coniugationibus tanquam habentibus medium ordinem inter eas, quæ simpliciter insunt, & eas, quæ contingenter insunt. Nam & hæ sunt de inesse, sed semper & necessario, aliæ vero de contingenti non insunt, sed possunt inesse & non inesse, ob id igitur secundo loco facit sermonem de necessariis coniugationibus. Quod si propositiones aliæ sunt de inesse, aliæ vero de necessario, & aliæ de contingenti, patet quod cū sint diuersę propositiones, diuersa quoque erit conclusio. Nam ex propositionibus de inesse, fit conclusio de inesse. Similiter quoque ex necessariis necessaria, & ex contingentibus contingens.

In necessariis itaque ferme consimiliter se habet & in his quæ insunt. eodem enim modo positis in eo quod est inesse, & in eo quod est ex necessitate inesse, erit & nō erit syllogismus, præterquam quod different in eo, quòd adiacet terminis ex necessitate inesse vel non inesse, nanque & priuatiuum similiter conuertitur, & quod est in toto esse & quod de omni consimiliter assignabimus.

Vt se habent propositiones de inesse, inquit, ita se habent etiam de necessario. Nam etiam ipsę sunt assyllogisticæ, & syllogisticę in vnaquaque figura, & easdē inter se demonstrationes habent, distant autem duntaxat, quia istæ sunt cum modo, illæ vero sine modo. Adiecit autem ferme propter quartum modum syllogisticum secundæ figuræ. Nam in his est differentia necessariorum ad illos de inesse, vt deinceps nobis ostendet. Nam priuatiuū similiter conuertitur, immo non solum priuatiuum, sed etiam affirmatiuum. Sed cur huius mentionem non fecit? Dicimus igitur ꝙ affirmatiuum in omnibus modis similiter conuertitur, quo fit vt mirum nō sit, si etiam in his conuertatur, sed priuatiuum non sic in contingenti, vt etiam ipse inquit, ideo de hac sola conuersione mentionē fecit tanquā cōpetēte duobus solis modis, & aliam tanq̄ oībus cōem omisit.

In aliis igitur eodem pacto monstrabitur per cōuersionē, quod cōclusio est necessaria, quēadmodū ī eo quod est inesse.

Nam similiter vel directe ostendentur, vel per conuersionem necessarij modi & ipsi de inesse.

In media vero figura, qn̄ sit hoc quidē vniuersaliter affirmatiuū, hoc aūt priuatiuū in parte, atq; iterū in tertia, qn̄ sit hoc quidē vniuersaliter prędicatiuum, illud vero priuatiuū in parte, nō similiter erit & demōstratio, cæterū necesse est, cui vtrunque non inest, de hoc facere syllogismum, erit enim necessarium & in his, si autem de exposito necessario est, & de illo quodā, nanque quod est expositum illud aliquid est, fit autem vterque syllogismorum in propria figura.

Inquit, aliis sic se habētib⁹ prorsus, s. necessario & de inesse, solus quartus in scd̄a figura, & quintus in tertia differunt in his, quæ sunt de inesse, & de necessario. Nā illi, qui sunt de inesse per cōuersionē quidem non ostēdebātur, sed p deductionem ad impōle: sed in his de necessario non pōt fieri dem̄ratio eorum per impossibile, ceu in quarto mō secundæ figuræ sermo iā declarauit. Nam esto, A omni B, ex necessitate, & G ex necessitate non oī: dico, ꝙ B ex necessitate non oī inerit. Hoc est quod quidem dicebā, non pōt deductione ad absurdū demōstrari dicēdo si falsum est illud ex necessitate non oī inesse, verum erit hoc ꝙ G, oī B inest, at qui etiam A

omni

omni a ex neceſsitate inerat, deinde qualis ſequatur cõcluſio ignoramus. Nam ſit coniugatio in prima figura ex maiore vñi affirmatiua neceſſaria, & minore vñi affirmatiua contingenti, quæ qualem concluſionem concludat nondum ſcimus pħm docuiſſe ante mixtionem contingentis ad neceſſarium, quare pulchre dicebatur non poſſe oſtendi quartum ſylſm ſecundæ figu. deductione ad impoſsibile. Eadem quoque accidunt quinto modo tertiæ fig. oſtenditur, igitur per oſtenſionem expoſitoriam. Et talis eſt oſtẽſio expoſitoria hic. Equidem in quarto in ſecunda figura ſi oī a ex neceſsitate & c alicui non inerit, ex neceſsitate ſumẽda eſt pars ipſius c cui a, non inſit, ceu d & ſic ordinandum eſt. Si a nulli d, nulli quoque a d, ſed a omni a, igitur a nulli a, igitur & a nulli d, ſed d eſt c pars, igitur a alicui c non inerit, ſed in ſecunda fig. ſi a alicui c non inerit, & a omni c. igiẗ a alicui a non inerit. Addaẗ igitur pars ipſius c, cui a non inerit ceu d & erit ſic, ſi a nulli d, & a omni d, ſiquidem & c, omni cuius eſt pars d. conuertetur autem a, & erit d alicui a. Si ergo a nulli d, & d alicui a, & a alicui a non inerit. Vnde merito ſylñ de neceſſario eodem mõ ſe habent cum illis de ineſſe & eodem mõ oſtenduntur, quia conuerſiones propoſitionum de neceſſario ſiſr ſe habere cum illis de ineſſe dicebantur, ſit autem vterq; ſylſs in propria figura, vterq; (dicit) duorum ſylſorum dictorum oſtenditur per propriam figu. concludendo propriam concluſionẽ, ſed quartus ſylſs ſcdæ figuræ per ſcd̃m ſyllogiſmum eiuſdem ſecundæ figu. ſic. Nam ſi a omni a ineſt, & c non omni, & ſupponebatur pars ipſius c, cui non ineſt a, igitur a omni a ineſt, & nulli d, quod quidem eſt ſecundus modus ſecũdæ figu. ex maiore vñi affirmatiua & minore vñi negatiua, igitur a nulli a & d inerit, ꝙ eſt pars ipſius c, ipſum igitur a, non omni c inerit. Similiter quoque quintus modus tertię figu. per ſcd̃m modum eiuſdem tertię fig. oſtenditur ſic. Nam ſi a ex neceſsitate non oī c & a ex neceſsitate omni, dico quod a ipſi a, ex neceſsitate non omni ineſt. Nam cum a ex neceſsitate nõ omni c, ſumatur pars aliqua ipſius c, cui ex neceſsitate non ineſt a ceu a, igitur a nulli a ex neceſsitate ineſt, & cum a ex neceſsitate omni c ineſt, & vna pars ipſius c eſt a, igitur a, omni a ineſt. Si ergo a nulli a & a, omni ex neceſsitate ineſt, patet quod factus eſt rurſus ſecundus modus tertiæ figuræ, quare oſtenſio expoſitoria in ambobus ſyllogiſmis propriam rurſus effecit figuram.

Sed annotatu dignũ in his omnibus quomodo poſt demonſtrationem trium figurarum, deinceps vſus eſt elementis tutius & ſecurius veluti prius ſecundum ordinem figurarum & terminorum, & his elementis vtens.

MIXTIO NECESSARII & de ineſſe, in prima figura.


SEd contingit aliquando & altera propoſitione neceſſaria exiſtente, neceſſarium fieri ſyllogiſmum, prӕterquã quòd non vtralibet, ſed quæ ad maius extremum. vt ſi aliquid quidem ſumptum eſt, ineſſe ipſi a, ex neceſsitate, aut non ineſſe: a vero ipſi c ineſſe ſolum. ſic enim ſumptis propoſitionibus ex neceſsitate, a inerit ipſi c, aut non inerit. Quoniam enim a ipſi ex neceſsitate ineſt, aut non ineſt a: ipſum vero c aliquid eſt eorum, quæ ſunt a: manifeſtum, quod & c ipſi ex neceſsitate erit horum alterum.

Cum tradiderit propoſitiones de ineſſe & de neceſſario, hic vult miſcere illas, & vult in eaſdem ſemper cõcluſionem ſequi maiorem propoſitionem, ceu ſi maior eſt neceſſaria & minor de ineſſe ſit cõcluſio neceſſaria, ſi vero econtra maior de ineſſe & minor neceſſaria, concluſio de ineſſe erit. Tradit autem primo vt cõſueuit coniugationes ex propoſitionibus ambabus vniuerſalibus. Equidem perſpicuum eſt ꝙ exiſtẽtibus propoſitionibus vniuerſalibus octo fiunt coniugationes, quatuor quidem ſyllogiſticæ. Nam ſi duabus vniuerſalibus exiſtentibus de ipſo ineſſe, quatuor fiebant coniugationes, ſimiliter etiam totidem exiſtentibus neceſſariis, vnde conſtat ꝙ ſi hæc miſceantur, octo fient. Nam ſi maior fuerit neceſſaria & minor de ineſſe, quatuor fiunt coniugationes ſm̃ qualitatem variatæ. Vel enim ambæ ſunt negatiuę, vel ambæ affirmatiuæ, vel altera affirmatiua, & altera negatiua. Et hoc dupliciter. Similiter etiam ſi conuerſæ fuerint, ſ. maior de ineſſe, & minor neceſſaria, rurſus fiunt aliæ quatuor coniugationes ſm̃ qualitatem variatæ, omnes igitur ſunt octo: prius igitur exponit neceſſarias ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis, minore exiſtente de ineſſe. Et pħs (vt diximus) vult ſemper concluſionem ſequi maiorem ꝑpoſitionem, ideo & hic hoc modo ſe habentibus propoſitionibus neceſſaria concluſio ſequitur, vt inquit. Verum alij vt Theophraſtus, Eudemus, Plato negãt ſic ſe habere vt Ariſt. inquit, neque concedunt concluſionem prorſus ſequi maiorem, ſed ſemper fieri de ineſſe, Dignum igitur eſt prius exponere Ariſtotelicam demõſtrationem, & quot hi qui Philoſopho aſſenſi ſunt adiecerunt ad oſtẽſionem eiuſdem. Deinde exponere quę opinioni contrariæ nonnulli fauentes aſſerunt, & ita ꝗ ſufficiunt verbis diſcutere. Ariſtotelis igitur oſtẽſio ſic procedit a, inquit ex neceſsitate omni a inſit: & a omni c inſit, dico (inquit) ꝙ a ex neceſsitate omni c inerit. Nam cum a ex neceſsitate omni a, igitur omnibus partibus eiuſdem inerit, ſed vna partium ipſius a eſt c, igitur a ex neceſsitate oī c inerit, quod quidẽ oportebat oñdere. Sic igitur Ariſt oſtẽdit. Alij vero aſſentiẽtes ipſi & ſuffragantes huic opinioni addũt & alias duas demonſtrationes, vnam quidem per impoſsibile, & ſic dicimus inquiunt, quod ita ſe habentibus propoſitionibus ex neceſsitate a omni c ineſt. Nã ſi hoc falſum erit verum oppoſitum, quod eſt a, contingit non omni c ineſſe, vt rurſus opponamus modum modo, quantitatem quantitati, & qualitatem qualitati. Cum igitur a contingit non omni c ineſſe, & ſupponebatur a omni c ineſſe, igitur a contingit non omni a ineſſe, & ſuppoſitum fuerat ex neceſsitate omni, idem igitur contingit non omni & ex neceſsitate omni, ꝙ ſane fieri nequit.


Sciendum autem eſt quod etiam Ariſt. & omnes alij confitentur ex maiore contingenti exiſtente particulari negatiua: & minore vñi affirmatiua de ineſſe concludi concluſionem particularem negatiuam cõtingentẽ. Item addunt aliam demr̃ationem talem. Si ex duabus (inquiũt) ꝑpõnibus de ineſſe fiebat cõcluſio de ineſſe, patet ꝙ neceſſaria exiſtente altera non amplius eadem concluſio debuit concludi, ſed neceſſaria. Hæc dicunt qui Ariſtotelicæ opinioni ſuffragantur & conſentiunt.

At alij inſtant cõtra dicta eius. Et primo inſtant cõtra Ariſt. oſtenſionem ſic ex ſignificatione neceſſarij & de ineſſe. Inquiunt neceſſarium eſt ꝙ omni & ſemper ineſt & illud quod ineſt eſt illud quod eſt in re, ſed põt abeſſe ab ipſa, ſi ergo a c, non neceſſario ineſt, igitur poteſt ſeparari ab eo, ſi ergo ſeparatur ab ipſo a c, ergo nõ ex neceſsitate inerit a ipſi c. Nam ſi ſepararetur mediũ ab extremo, nõ habebit extremum quo cõiũgatur ex-

tremo, quare inerit C A, & non necessario. Etenim male supponebatur, inquiunt, quod si A, ex necessitate omni B inest, & pars B est C, igitur A ex necessitate omni C inerit. Nam necessarium proprie inest omnibus partibus eius ex necessitate, & non aliquando existentibus eius partibus, & aliquando non, & B omni C inerat, non ex necessitate, quare potest etiam non inesse. Nam hæc est natura ipsius inesse, vt quod inest, quum inest possit etiam non esse. sic ergo potest C non esse pars ipsius B.



Nam, si ostensum est perspicuum est, quod ex necessitate omni C inerit. Nam quod hoc ita se habeat perspicuum est ex appositione terminorum. Sint itaque termini motus, progressio, hō. Nam motus ex necessitate inest omni progressioni, & progressio omni homini de inesse, concluditur motus de inesse omni homini inesse.




Item virtus, prudentia, homo, & vniuersaliter oportet accipere, vr̃ius aliquid & particularius, & aliquod horum quod de inesse participet. Et vniuersalius ponere maiorem terminum, & participans minorem. Item contra ostensionem ad impossibile sic instāt, quia hoc mō non solum ostendemus necessariam affirmatiuam conclusionem, sed etiam vniuersalem affirmatiuam de inesse, & adhuc vniuersale affirmatiuum de contingenti. Dico enim, inquit Theophra. quod concluditur conclusio, A omni C inesse. Nam si hoc falsum, verum erit, A non omni C inesse. Cum igitur A, non omni C inest, & supponebatur B ipsi C, omni inesse. igitur A, nō B inerit, nam fit tertia figura ex duabus propositionibus de inesse, & erat ex necessitate omni, igitur A ipsi B, ex necessitate omni inest, & non oī quod fieri nequit, sed oportet inquiunt & vr̃e contingens posse concludi, nam dico quod hoc modo se habentibus propōnibus concluditur A omni C contingere, nam si hoc falsum, erit verum necesse non omni. Cum igitur A, necesse est non oī C inesse, & B omni C inerat, igitur A ipsi B, vel ex necessitate non omni, vel inest non omni. Verum num id ita se habeat, adhuc dubitationem habet. Erat autem & ex necessitate omni B A idem, igitur eidem omni & non omni, ex necessitate inerit, vel non necesse omni, quod fieri neqnit, quare inquiunt deductio ab impossibili, nihil minus ostendet vniuersalem affirmatiuam necessariam concludi conclusionem quam contingētem vr̃em affirmatiuam, vel de inesse vniuersalem affirma. Hoc igitur modo illi ostensionem ad absurdum esse falsam ostendunt, quia eadem ostensione in absurdum in propositionibus ipsis plures conclusiones concludi possunt. Sed inquisitione dignum est vnde plures conclusiones cōcluderentur eadem ostensione ad absurdum? Dicimus igitur quod vnaquęq; conclusio vniuersalis affirmatiua acciperetur, deinde contraria ex suppositione particularis negatiuæ, & merito eadem quantitate sumpta in conclusionibus & suppositionibus idem absurdum sequutum est, nam soli hi modi mutari sunt manente eadem quantitate, ideo & in omnibus idem fit, & concluditur absurdum. Sed ad tertiā ostensionem quæ est in superficie, est propria obiectio. Si enim quia ex duabus propositionibus de inesse per eas concludebatur conclusio de inesse, quia altera fit necessaria, ob id debuit conclusio fieri necessaria. Dicimus cum illis quod eo quod ex duabus necessariis necessaria fiebat conclusio, oportet vt si altera fuerit de inesse & conclusionem fieri de inesse. Porro quod etiā erat verisimilius, vel mixtam oportebat ipsam fieri. Et hoc videndum est quomodo fieri potest, vt ex propositione de inesse & necessaria fiat aliquod mixtum, quare ridiculum tale erit, sed aliter oportebat idem dici, & in quibus propositionibus maior est de inesse, & minor necessaria. nam oportebat etiam in his conclusionem esse necessariam per eandem causam, nunc aūt de inesse fit. igitur talis ratio est stolida. Item quo pacto secundum quantitatem & qualitatem conclusio semper sequebatur deteriorem propositionem, patet quod etiam in his modis similiter deteriorem cōclusio sequi debet, quare si propositio de inesse est deterior ipsa necessaria, patet quod conclusio fit de inesse, vbique igitur idem nobis demonstratum sit. At forte nullum auxilium rationi Arist. defendendæ afferri intelligiq; esse potest, immo dicimus quod potest defendi, nam ipse inquit quod necessarium dupliciter dicitur in libro de Interpretatione, alterum proprie, alterū vero ex suppositione. Et necessarium ex suppositione dupliciter nā alterum dicitur necessarium dum fuerit subiectum, & alterum dum fuerit prædicatum, ceu propriæ dicitur necessarium moueri solem. Et necessarium quando est subiectum ex suppositione, vt Socratem esse animal, nam dum Soc. est, necesse est ipsum esse animal, quod etiam magis proprie necessario approximatur. Tertiū vero necessarium est ceu dicimus necesse est sedentem sedere. nam dum est prædicatum, dico, s. sedere necessario inest sedenti secundum necessarium ex suppositione. Dicimus ergo quod maior propositio accepta est f̄m ipsum necessarium proprie, & cōclusio f̄m necessarium ex suppōne, quod est dum prædicatum est, nam quousq; A inerit C, ex necessitate eidem inerit. Et Alex. Philosophi interpres in quodam vno libro vult præceptorem suum Sosigenem fuisse eiusdem opinionis, s. quod Arist. hic cōcludat necessarium ex suppositione. nam inquit, quod hoc velit patet ex his quibus aliqñ cōclusio de inesse concluditur maiore existente de inesse, & altera necessaria, exponit terminos Plus, aliqñ vero necessarium concluditur maiore necessaria existente, & minore de inesse. Vnde cum noluit suppeditare nobis terminos concludentes necessarium proprie, constat (inquit) quod ipse accepit necessarium ex suppōne.

Si autē A B, quidē non est necessariū, B C vero necessariū, non erit cōclusio necessaria. nā, si est, cōtingit A, eorum, quæ sunt B alicui inesse ex necessitate, & per primā, & per tertiā figurā, sed hoc falsum. Cōtingit. n. B tale esse, cui nulli accidit inesse A. Præterea & ex terminis palam, quod non est cōclusio necessaria, vt si A esset motus, B aūt aīal, ī quo aūt C homo,

homo, homo nanque animal ex necessitate est, verum mouetur animal non ex necessitate, neque homo.

Cum assignarit coniugationem & mixtionem ex maiore necessaria, nunc tradit eam quæ opposito modo se habet, scilicet eam mixtionem quæ habet ad minorem necessarium & ad maiorem ipsum de inesse. Et inquit, non necessariam sed de inesse eam conclusionem, nam iam dictum est, quod Aristote. hic vult conclusionem sequi maiorem ostendit autem hoc dupliciter, & deductione ad iposibile & ostensione per terminos. Etenim vsus methodi est non vt eas eismet adaptemus, sed rebus, ideo apponentes assyllogisticos terminos sufficiebat his ad probationem, quod ipsi nequeant congruere rebus, ostendit igitur hoc p primã figuram, & per tertiam supponendo concludi conclusionem necessariam, & eadem ostensione ostendendo falsum sequi, & sic ipsam confutat. Nam constat vt ea suppositio ex qua falsum sequitur, ꝙ erit falsa. Nam nullam veram suppositionem falsum sequitur, ostendit igitur falsum sequi, & per primam & secundam figurã, & per primam sic, si A omni B solum inest, & B alicui C, ex necessitate. Ego dico (inquit) ꝙ A oĩ C, de Iesse inest. At si quid diceret ex necessitate, concedatur hoc & si nullum falsum sequetur. Esto vera conclusio, quod si inuenerimus aliquod falsum sequi patet quod erit suppositio falsa, quæ dicit necessarium concludi, quare solum de inesse concluditur. Cum igitur A omni C, ex necessitate supposuimus, erat quoq; B omni C ex necessitate. igitur C alicui B, ex necessitate inerit. Nam conuertif, si ergo A oĩ C, ex necessitate inest, & C alicui B ex necessitate inest, ergo A alicui B, ex necessitate ierit. Nã fit tertius modus primę fig. sed hoc falsum est. Nã supponebaf solũ A oĩ B inesse, & oẽ qđ inest, cõtingit nulli inesse, & alicui ex necessitate inesse, ceu verũ est dicere oĩ corpori moueri inesse, sed hoc põt etiã alicui necessario inesse, ceu corpori cœlesti. Rursus dicim' oĩ naui inesse ipsum moueri, vel homini sedere, siue moueantur, siue sedeant, sed & nulli cõtingit inesse. Si ergo talis est natura ipsius essendi, si ergo poneretur ex necessitate A, inesse alicui B, non poterit idem eidem nulli contingere inesse. Hæc nanque erat natura ipsius de inesse proprie, igitur falsum ex necessitate A, alicui B inesse, sed falsum sequutum est propter suppositionem dicentem à principio concludi necessariam conclusionem, igitur de inesse cõcludetur. Et considera qũo non, inquit, impossibile est A alicui B, ex necessitate inesse, sed falsum. Nã neq; si aliquod falsum, hoc illico est impře, sed si aliquid est impoře, hoc statim est etiam falsum, vt etiam in superioribus diximus. Neq;.n. præposuit ostendere hoc deductione ad impoře, quo circa oppositum non supponebatur oĩ inesse, sed solum ostendere falsum dicens, quod necessaria concluditur conclusio. Nam neque impoře est in aliquo idem eidem, & de inesse oĩ inesse, & ex necessitate aliquo inesse. Nam vt dicebam tale est cõius inesse, vt per terminos demonstrauimus, igitur falsum est illud ex necessitate alicui inesse, & omni simplř, i. ſm vře significatum de ipso inesse, quod quidem põt, & alicui ex necessitate inesse, & nulli contingere inesse. Sic igitur ostenditur per primam figuram, & per tertiam sic. Nam si A ex necessitate oĩ C, vt aliquis putaret, inerat autem etiam B, ex necessitate ipsi omni, igitur A alicui B, ex necessitate inerit Nam fit primus modus tertiæ figuræ duabus existentibus necessariis concludens conclusionem particularem affirmatiuam necessariam, & supponebatur omni B A inesse, igitur falsum est A, alicui B, ex necessitate inesse. Nam contingit & in ipso de inesse id quod sumptum est, velut omni & nulli eidem Iesse, igitur falsum est illud alicui ex necessitate, sed falsum sequutum est, quia supponebamus, omni C A, inesse ex necessitate. Sic igitur Arist. Item ex terminis manifestum est, quod nõ erit conclusio necessaria, ceu si esset A motus, & B animal in quo C homo. Nam motus omni animali inest de modo de inesse, & aĩal omni homini necessario, conclusio concluditur non necessaria, sed de inesse. Motus enim oi homini inest non necessario, sed de inesse.



Sed scire opus est in his terminis quod nõ idem intellexit possibile fieri de quo dixit necessariam conclusionem conclusam esse ex maiore necessaria. Nam vt hic accipiendo motum maiorem terminum demonstrauit conclusionem non necessariam, sic etiam ibi si sumpta fuerit eadem minor non erit necessaria conclusio, ceu A animal, & B hõ, & C motus, igitur si aĩal hoĩ ex necessitate inest, & homo mouetur de inesse, & aĩal necessario mouetur, sed hoc est falsum, est igitur totum inuolucrum minus recte perspectum, & constat ad qđ respiciens deduceretur. Nam si acceperimus vt in prædicatione C sub B, inuenitur vt species ipsorũ, hoc etiam in omnibus suspicatus est, sed non est. Nam neque hic sub homine qui est species motus ponif. At ordine terminorum motus est sumptus sub ipso, sed velut subiectum. Vel igitur contempsit, vel necessarium ex suppositione accepit, vt diximus iam.

Consimiliter autem & si priuatiuum esset A B, eadem enim demonstratio.

Diximus octo hic factis vniuersalibus cõiugationibus & quatuor syllogisticis, quatuorq; syllogisticis, & duas syllogisticas ex ambabus affirmatiuis tradi, nunc vero negatiuas tradi, & inquit eandem demonstrationem etiam in his esse. Esto igitur maior necessaria, si ergo A nulli B, ex necessitate inest, & B ex necessitate omni C inest, igitur pars ipsius B quæ est C, sed A separata est ab omnibus partibus ipsius B ex necessitate cum sit pars eius B, hoc igitur modo secundum Arist. ostenditur. Eadem rursus mouet Theophrastus contra hæc, vt supra. Nam vterque terminorum esset necessarius cũ fuerit alter de inesse, conclusio erit de inesse. Et in coniugatione habente necessarium ad minorem ipse Arist. etiam siř fatetur, sed in habente maiorem necessariam liquet, quia etiam ostenditur priuatiua per terminos. Ostenditur autem per cõiores dicendo sic, quia A nulli B ex necessitate, & B omni C inesse, perspicuum est. Nam si A nulli B, A patet quod neq; C. Nam C sub ipso B ponitur, sed nõ amplius ex necessitate, nulli C A quémadmodum B, quia ipsius B C supponitur esse pars de inesse, & non necessario. Quo igitur ad terminos nequaquam necessarium concluditur. Nam si acceperimus spẽs inuicem cõtradiuisas ceu nigrũ, & album, horum alterum faciemus maiorem terminum, & alterum me-

dium, & deinde acceperimus tertium quod vtrisq; diuisim potest inesse & non inesse, & hoc faciemus minorem terminum, ceu equum, constat quod altera contradiuisarum specierum ex necessitate negabitur ab altera, ceu album negabitur de nigro, & cum medium affirmetur de vltimo inexistenter, non ex necessitate primum de vltimo negabitur, sed de inesse, quia si de inesse, de ipso medium prædicaretur, constat quod est potest nō inesse eidem, sed medio non existente de inesse ex necessitate contradiuisa inerit, si autem potest inesse & non inesse, patet quod quoties negaretur, non ex necessitate negabitur. Nam si album nulli nigro ex necessitate, & nigrum omni equo de inesse. Nam si nigrum omni de inesse, potest etiam non inesse, non existente autem album omnino inerit, vel aliquid intermedium. Nam prorsus oportet participare altero contrarium, vel aliquo intermedio, si autem potest omni equo inesse ipsum album, patet quod quando nigrum inest, album de inesse & non necessario negabitur. Sed notandum est ipsum non accepisse minorem terminum cui alterum aliquod contrariorum ex necessitate inest, ceu coruo nigrum cum non amplius seruabimus minorem de inesse.

In syllogismis vero qui sunt in parte, si vniuersale est necessarium & conclusio erit necessaria, si autem quod secundum partem, non necessaria, neque priuatiua, neq; prædicatiua, existente vniuersali propositione.

Cum assignasset quatuor syllogisticas propositiones ex duabus vſlibus de assyllogisticis nihil inquit. Nā per eadem ostenduntur, per quæ etiam sunt ostensæ assyllogisticæ de inesse. proficiscitur igitur ad coniugationes quæ fiunt ex vſi, & altera particulari, & inquit, quod eo modo quo se habuerit maior propositio etiam se habebit cōclusio. Nam diximus quod in prima figura vult maiorem sequi cōclusionē in vna necessaria, & altera de īesse, sed in qua altera est vſis & altera pticularis, prorsus maior est vſis in prima figura, siquidem debet syllogistica esse coniugatio. propter hoc inquit, qd vniuersalem propositionem conclusio sequitur. Nam idem est dictu rursus conclusionem sequi maiorem.

Sit autem primum vniuersale necessarium, & A omni B insit ex necessitate, B vero alicui C solum insit, necesse vtique A alicui C inesse ex necessitate, nam C sub B est, B vero omni A, inerat ex necessitate.

Primam rursus ponit habentem vſe necessarium in propōne maiori, sed in minore particulare de inesse & ambas affirmatiuas atque eadem, atque ostensione rursus ostendit necessarium conclusum. Nam si A inquit omni B, ex necessitate inest, & A alicui C, de inesse competit. concluditur quod A alicui C, ex necessitate inest. Nam si A omni A ex necessitate, & C est aliqua pars ipsius A, igitur alicui C inerit ex necessitate cum sit pars ipsius A. Dicimus autem ad hoc rursus eadem, quę etiā in his coniugationibus ex duabus affirmatiuis, quod de inesse sub C, est aliquod C, & ob id potest nō esse sub eodem, sed A ipsi B inerat ex necessitate, i. semper eiusdē partibus existentibus, quare non ex necessitate, sed de inesse alicui B inerit. Sint autem termini, scientia, grammatices, homo. Nam scientia omni grammaticæ ex necessitate inest, sed grammatices de inesse alicui homini inest, concluditur scientia alicui homini inesse de modo de inesse.

Consimiliter autem & si priuatiuus esset syllogismus, eadem enim erit demonstratio.

Rursus inquit, si priuatiuū necessarium poneretur vſe, similiter conclusio necessaria concludetur. Nam si A nulli B ex necessitate, & B alicui C de inesse & A alicui C ex necessitate non inerit, quia si A nulli B ex necessitate, & C est aliquid ipsius B, & A igitur alicui C non inerit ex necessitate. Eadem rursus dicentur etiam ad hoc, quod ipsum inesse & non necessarium cōcluditur, quę quidem dicta etiam sunt in coniugatione ex duabus vniuersalibus maiore negatiua. Termini autem de inesse concluduntur, vigilia, somnians, homo. Vigilatio nulli somnianti ex necessitate, somnians alicui homini de inesse, & simpliciter oportet accipere contradiuisa, & alterum ponere maiorem terminum aliud medium, & aliud minorem cui maior insit non ex necessitate.

Si vero quod est in parte necessarium sit, non erit conclusio necessaria, nullum enim impossibile concidit, quemadmodum neque in vniuersalibus syllogismis. Consimiliter autem & in priuatiuis. Termini, motus, animal, album.

Exponens duas propōnes habentes maiorē, i. vſem necessariam & ostendens necessariam conclusionem sequi illam, nunc reliquas duas ponit, i. eas quæ habent minorem particularem necessariam, & inquit, quod quemadmodum in vſibus syllogismis qui habent minorem necessariam non concludunt necessariam conclusionem sed de inesse, sic etiam in particularibus coniugationibus conclusio est de inesse, constat autem qđ hoc concluditur ex his quibus nullum impoſe accidit ipsi conclusioni, sed neq; hic, neq; ī vſibus propōnibus, sed necessarium sequebatur. Nam si A omni B inest, & B alicui C ex necessitate inest, & A alicui C inerit, & causam apponendo, inquit. Non enim impossibile accidit, quemadmodum neq; in syllogismis vſibus. Nam quoties in illis accepit minorem ex necessitate, & supposuimus conclusionem aliquam de inesse cōcludi nihil falsi sequebatur, sed si supposuerimus conclusionem necessariam concludi, aliquod falsum sequebatur, vt illis docuimus. Vt igitur in illis supposito necessario aliqđ falsum concludebatur, & supposito de inesse non amplius, sic inquit, & in particularibus syllogismis si supposuerimus sequi conclusionem necessariam falsum sequitur, sed si de inesse, minime. Similiter autem & si priuatiuus fuerit vniuersalis, sed necessaria est minor, concluditur conclusio Et hoc rursus in terminis ostendit motus, animal, album, motus omni animali de inesse competit, & animal alicui albo ex necessitate cygno, concluditur motus inesse, cygno de inesse, non tamen necessario. Similiter etiam in priuatiuo syllogismo, motus nulli albo cui album inest, album alicui animali ex necessitate, concluditur motus non omni animali ex necessitate, motus nulli animali de inesse, animal alicui albo ex necessitate, motus alicui albo non inest.

MIXTIO NECESSARIAE & de inesse in secunda figura.

SEd in secunda figura si priuatiua propositio est necessaria, & conclusio erit necessaria, si vero prædicatiua non necessaria.

Cum expleuisset sermonem de prima figura hic cō siderat quomodo se habent mixtiones in secunda figura, quæ sunt ex ipso de inesse, & necessario, & cum propōnes fuerint dissimiles figura, in secunda figura vult Arist. cōclonem sequi, ppōnem negatiuā, & si fuerit de necessario negatiua, erit conclusio necessaria, & si de inesse,

inesse,conclusio quoque erit de inesse, quoniam igitur syll'i in secunda figura perficiuntur deductione ad absurdum in prima figura,& aliq̃ oportet omnino in prima figura maiorem negatiuam esse, & ostensum est, quod q̃uo se habuerit maior propõ in prima figura,ita necesse se habere etiam conclusionem,nã reducta sc̃dã figura ad primam prorsus negatiua maior inuenitur.

Sit enim primum priuatiua necessaria,& A nulli contingat B, ipsi vero C solum insit, quoniam itaque conuertitur priuatiuum,& B A nulli contingit, A vero omni inest C, quare nulli C contingit B,nanque C sub A est.

Primam mixtionem exponit, quæ constat ex maiore necessaria negatiua, & minore vñ affirmatiua de inesse,concluditur(inquit)conclusio necessaria non conuersa negatiua. fit secundus modus primæ figuræ,nam si A ex necessitate nulli B, & C omni inest, dico inquit, quod etiam B, ex necessitate nulli C inerit, nam cum A nulli B ex necessitate inest. & B nulli A ex necessitate inerit, sed A omni C inest. fit igitur prima figura. igitur B nulli C ex necessitate , sed omni C inest , fit igitur prima figura.igitur B nulli C ex necessitate. Sic igitur phs probat, quod vero non concludatur necessarium patet ex subiectis terminis, virtus nulli malitiæ inest ex necessitate,inest autem homini cuicunque de inesse,concluditur etiam nulli homini inesse malitiam ex necessitate. Inest autem homini de inesse concluditur etiam malitiam nulli homini competere de modo de inesse, quãdoquidem non ex necessitate.Rursus sanitas,morbus,homo.Nam sanitas nulli morbo inest ex necessitate,& tm̃ de inesse competit homini cuicunque,concluditur etiam morbus de inesse nulli homini competere.Nam si sanitas nulli morbo ex necessitate inest, & morbus nulli sanitati ex necessitate ĩerit,& sanitas cuicunque homini de inesse competit, & morbus nulli homini ex necessitate,igit. Et vlter propositionibus abũdare poterimus accipientes species diuisas contra se se inuicem , & alteram facientes maiorem terminum, & deinde sumere possumus , alterum aliquid ponentes ipsum minorem terminum qui possit participare vtroque diuisim non ex necessitate.

Consimiliter autem,& si ad C ponatur priuatiuum.si.n. A nulli C contingit,& C nulli A contingit, A vero omni inest B, quare nulli B contingit C , fit enim prima rursus.igitur neque B ipsi C,conuertitur enim similiter. Si autem prædicatiua propositio necessaria,non erit conclusio necessaria,insit enim A omni B,ex necessitate, C vero nulli insit solum. Conuerso itaque priuatiuo prima efficitur figura, monstratum est autem in prima quod non necessaria existente priuatiua,quæ ad maius,neque conclusio est necessaria,quare neque in his erit ex necessitate.

Tradit coniugationem ex maiore vniuersali affirmatiua de inesse,& minore vñi negatiua necessaria,& ostẽdit eandem concludere necessarium per cõuersionem minoris propositionis,i.negatiuæ.Nam si A omni B,de inesse competit,& C nulli ex necessitate, & C igitur nulli A ex necessitate, & C nulli A ex necessitate , & A omni B de inesse. igitur C nulli B ex necessitate , sed hoc non erat propositum ostendere, sed B nulli C ex necessitate, cum igitur vñs negatiua conuertatur de necessario in seipsam,sic nulli B ex necessitate , etiam B nulli C ex necessitate inerit . Demonstrabimus etiam hanc eisdem rationibus concludere non necessarium , sed de inesse per terminos,per quos etiam ostendimus priorem coniugationem,nisi quia id quod accepimus ibi minorem terminum hic facimus maiorem , ceu sanitas omni homini de inesse, sed nulli morbo ex necessitate,concluditur ergo quod etiam homo nulli morbo de inesse competit conuersa similiter minore propositione & conclusione. Nam si morbus nulli homini de inesse, & homo nulli morbo de inesse competit . Si autem prædicatiue prima est necessaria,non erit conclusio necessaria,diximus iam causam cur in hac figura conclusio sequatur priuatiuam.cum exposuerit igitur duas propositiones quæ habent necessarium ad priuatiuam, nunc igitur econuerso ponit eas quæ habent necessarium ad prædicatiuã,& ad negatiuam ipsum de inesse.Item ponit in his eam quæ habet necessarium vle affirmatiuũ ad maiorem,& ad minorem,iungit ipsum de inesse vle negatiuum & alteram omittit , quæ habet ad maiorem negatiuum de inesse,& ad minorem affirmatiuum necessarium. Nam eadẽ ostensio seruit ambabus nisi quia alia eget duabus conuersionibus,quàm apponit, & alia eget vna quàm pretermisit,concludunt igitur vlem negatiuam de inesse conclusionem. Nam si A omni B ex necessitate,& nulli C de inesse,& B nulli C,de inesse competet. Nam si A nulli C de inesse, & C nulli A,de inesse competit quia conuertitur, sed A omni B ex necessitate,igitur C nulli B de inesse. Nam facta est prima figura ex maiore negatiua de inesse, sed ostensum est etiam in prima figura,quod qualis fuerit maior terminus talis concluditur conclusio , igitur conuersa priuatina & B nulli C de inesse competet, quod erat propositum ostendere.

Præterea si conclusio est necessaria contingit C alicui A, non inesse ex necessitate,si enim A nulli C inest ex necessitate,& C nulli B inerit ex necessitate , ipsum vero B alicui A, necesse est inesse,siquidem & A omni B,ex necessitate & inerat , quare & C necesse est alicui A non inesse, verum nihil vetat A, tale acceptũ fuisse,cui oĩ C ipsum contingit inesse.

Cum ostenderit propositam coniugationem, concludere de inesse & non necessariam conclusionẽ per conuersionem, nunc idipsum quoque ostendit deductione ad impossibile. Nam si supposuerimus(inquit) necessariam concludi conclusionem , aliquod absurdum sequetur ex hac suppositione,sed absurdum quod sequitur talem suppositionem est falsum , igitur falsum est supponere conclusionem necessariam. Nam si quis diceret concludi B,nulli C ex necessitate profecto conuertetur,& C nulli B ex necessitate inerit , rursus qm̃ A omni B ex necessitate ĩerat , & B alicui A ex necessitate, & B alicui ex necessitate,& ex duabus necessariis fit cõclusio necessaria, & C igitur ex necessitate alicui A non inerit,sed quia suppositum fuerat, A nulli de inesse, & C igitur nulli A de inesse, sed ostensum est tale esse de inesse quod cum insit alicui etiam eidem omni & nulli inesse possit , igitur potest omni A inesse, concluditur autem nunc ex suppositione,& alicui ex necessitate nõ inesse,idem igitur eidem omni inest,& alicui non est ex necessitate,quod absurdum est.patet igitur quod absurdum sequutum est ex suppositione , si ex necessitate nulli C ipsum B.veritas igitur erit quod nullum insit de inesse,quod oportebat ostendere.

Præterea & terminos exponentem mõstrare licet:quod conclusio non est simpliciter necessaria. sed his existentibus necessariis, vt si A animal B homo, C vero album:& propositiones similiter sint accepta . contingit enim animal nulli albo inesse,& homo vtique nulli inerit albo , verum non ex necessitate,contingit enim hominem fieri album, non tamen

quousque

quousque animal nulli insit albo, quare his quidem existentibus necessaria erit cōclusio, simpliciter autem nō necessaria.

Inquit, non solum rationibus vlibus propositionum persuadebimus, sed etiam ostensione per exempla, ꝙ conclusio de inesse concluditur, & non propria necessaria, sed sic concluditur, forsitan ex suppositione, nam hoc sibi vult non simpliciter, sed his existentibus necessariis. Ponit igitur terminos, animal, homo, album, animal omni homini ex necessitate, animal autem nulli albo de inesse concluditur conuersa negatiua & conclusione, quod homo nulli albo de inesse competit, nō enim est ex necessitate, nullum album esse hominem, sed si forsitan ex suppositione, quousque suppositum fuerit animal nulli albo inesse. Sed apertior ostēsio erit si motum progressionem & hoiem acceperimus, vel simpliciter aliquid vlius & particularius, & aliquid alterum, cui insunt hæc non ex necessitate, nam motus omni progressioni ex necessitate, & nulli homini de inesse, concluditur progressio nulli homini de inesse, quare his existentibus necessariis erit conclusio necessaria. sed simpliciter non necessaria quousque, inquit, altera propositionum necessaria re vera erit, & altera ex suppositione, conclusio erit necessaria ex suppositione, & non simpliciter necessaria, idest proprie. patet igitur ꝙ in quibus volebat concludi necessarium, ex suppositione necessarium & non proprie dixit.

Consimiliter se habebit & in syllogismis in parte, quum enim priuatiua propositio, & vniuersaliter sit & necessaria, & conclusio erit necessaria, quum vera prædicatiua vniuersaliter sit & necessaria, priuatiua autem secundum partem: non erit conclusio necessaria.

Idest existēte negatiua vniuersali, siue maior, siue minor fuerit sequetur vl'r conclusio talis, sed si fuerit particularis negatiua non amplius. Fiunt autem coniugationes quatuor, altera ex vna particulari, & altera vniuersali. Nam maiore existente vli negatiua necessaria, & minor erit affirmatiua particularis de inesse, altera ex maiore negatiua de inesse, & minor erit necessaria affirmatiua, rursus maiore existente vniuersali necessaria affirmatiua, minor erit particularis negatiua de inesse, si autem maior de inesse erit necessarium.

Sit primum priuatiua & vniuersaliter & necessaria, & A nulli B contingat inesse, alicui vero C insit. Quoniam itaque conuertitur priuatiuum & B nulli posset contingere inesse, A vero alicui C inest, quare ex necessitate B alicui C nō inerit.

Primam mixtionem ex maiore vli negatiua necessaria, & minore particulari affirmatiua de inesse inquit, quod concludit conclusionem particularem negatiuā necessariam. Nam si A inquit nulli B ex necessitate, & alicui C de inesse, dico (inquit) ꝙ A alicui C ex necessitate non inerit. Nam si A ex necessitate nulli B, & B nulli A ex necessitate inerit: sed A alicui C inest, igitur B alicui C ex necessitate non inerit. nam hoc ostensum est in prima figura. Verum hi termini congruent adaptarique possunt etiam hic ad ostēdendā conclusionē de inesse, qđ quidē etiam in prima figura in hoc modo facimus.

Rursus sit prædicatiua vniuersaliter & necessaria, & ponatur ad A prædicatiuum, si itaque A omni B ex necessitate inest, C vero alicui non inest, quòd itaque non inerit B alicui C manifestum, sed non ex necessitate: iidē nanque termini erūt ad demonstrationem, qui & in vniuersalibus syllogismis.

Secundam mixtionem ponit ex maiore vniuersali affirmatiua necessaria, & minore particulari negatiua de inesse, & inquit ipsam concludere conclusionem de inesse, ostenditur autem hæc coniugatio per ipsos terminos per quos etiam ostendit illam ex maiore vniuersali affirmatiua necessaria, & minore de inesse particulari negatiua. Nam motus omni progressioni ex necessitate inest, & homini non omni de inesse concluditur, quod progressio alicui homini non inest solum. nam eædem congruent & adaptari possunt demonstrationes, & hic, quæ etiam in vniuersalibus acceptæ fuerūt.

Sed neque si priuatiuum necessarium acceptum sit in parte, erit conclusio necessaria, per eosdem nanque terminos, demonstratio, vno solo transumpto.

Tertiam deinceps posuit mixtionem, quæ ordinat vl'e affirmatiuum ad maiorem de inesse, & ad minorem particulare negatiuum necessarium. Et eosdem terminos, inquit his etiam congruere adaptandosq́; esse præter hoc, quia transmutatur ordo. Nam minorem oportet facere maiorem & maiorem terminū medium sic, progressio omni homini de inesse, sed motui non omni ex necessitate concluditur homo non omni motui de inesse, & non opponitur illud alicui ex necessitate non inesse, itaque non aliquando in eisdem terminis. Nam semper conclusum est de inesse, quia etiam illud, vel ex necessitate inest, vel non, & hoc simpliciter dr̄, vel inesse, vel non inesse, neque hæc ostensa est per conuersionem, quia nulla conuertitur ad seipsam. Verum reliquam coniugationem prætermisit quæ est ex maiore vniuersali negatiua de inesse, & minore particulari affirmatiua necessaria, perindeac compertum fiat ꝙ particularis negatiua de inesse concludatur conclusio per conuersionem.

MIXTIO NECESSARIAE & de inesse in tertia figura.

Sed in tertia figura, quum termini sint vniuersaliter ad & mediū ambæ propositiones prædicatiuę, si vterlibet necessarius existat, & conclusio erit necessaria, si autem hoc prædicatiuum, illud vero priuatiuum sit, quum priuatiuum sit necessarium & conclusio erit necessaria, quando autem prædicatiuum, non erit necessaria.

Cum expleuisset sermonem de secunda figura, hinc orditur dicere de tertia, & tradit coniugationes ex ambabus vniuersalibus propositionibus, & inquit. quod in affirmatiuis coniugationibus ex ambabus propositionibus eiusmodi qualis erit propositio habens necessarium, siue minor siue maior fuerit, prorsus sequetur conclusio hanc. Et vniuersaliter dictum est, qđ in coniugationibus ex ambabus affirmatiuis propositionibus omnino necessaria est conclusio. Et in quibus altera est affirmatiua, & altera negatiua, conclusio sequetur negatiuam prorsus, & merito. Nam rursus conuersa negatiua primam figuram faciente maior inuenietur negatiua, sed in prima figura semper conclusio sequebatur maiorem.

Sint enim primum ambæ prædicatiuæ propositiones & A & B omni C insint, necessarium vero sit A C, quoniam igitur B omni C, & C alicui B inerit, eo quòd vniuersale secundum partem conuertitur, quare si omni C inest A ex necessitate, & C alicui B, necessarium est A alicui B inesse, nam B sub C est. Fit igitur rursus prima figura.

Primam mixtionem tradit ex duabus vl'ibus affirmatiuis maiore existente necessaria, & inquit, hanc concludere conclusionem particularem necessariam, & constat quia in omni modo tertiæ figuræ concluduntur conclusiones

conclusiones particulares. Nam si C inquit, omni C ex necessitate, & B eidem omni inest conuersa minore fit prima fig. Nam C alicui B, si ergo A omni C ex necessitate, & C alicui B inest, igitur A alicui B ex necessitate inest, q̄ est pars ipsius C. Nam hoc ostensum est in prima figura. Iidem termini possunt adaptari ad ostendendam ipsam de inesse, qui ēt sumpti fuerūt in prima figu.

Consimiliter monstrabitur, & si B C est necessarium, conuertitur enim C cum aliquo A, quare si omni C B ex necessitate inest, & A alicui B inerit ex necessitate.

Alteram ponit ex duabus affirmatiuis quę habet in minori necessarium, & inquit ipsam etiam concludere necessarium. Ostendit aūt hoc per duas conuersiones, s. maioris ꝓpōnis & conclusionis. Nam inest B omni C ex necessitate, sed A omni de inesse, igitur A alicui B de inesse. Si ergo B omni C ex necessitate, & C alicui A solum inest patet, q̄ concluditur B alicui A ex necessitate. Nā hoc ostensum est in prima figura. sed quęrebamus nos si A alicui B, & hoc demonstratum est per conuersionem conclusionis. Nam si B alicui A ex necessitate, & A alicui B ex necessitate. Sed scitu dignum est cur Phs cum possit minorem ꝓpōnem conuertere & facere conclusionem de inesse, quo pacto vna esset tm̄ conuersione opus, conuertit maiores, & eget duabus conuersionibus, vt faciat conclusionem necessariam? Nā quod potuit conuertere minorem ꝓpōnem & facere conclusionem de inesse perspicuum est. Nam si B oī C ex necessitate, & C alicui B ex necessitate, quare si A omni C inest, & C alicui B inest ex necessitate, concluditur A alicui B inesse, vt ostensum est superioribus. Quid igitur dicimus? quod & si potuit hoc facere tñ semper sequitur conclusio. Nam ambabus existentibus vniuersalibus affirmatiuis & vtrique extremo iunctum fuerit necessarium, potuit necessarium cōcludi, sed ipsum de inesse non semper, quare dicendum est semper inesse.

Rursum sit A C priuatiuum, B C vero affirmatiuum: priuatiuum autem necessarium. Quoniam igitur conuertitur C, cum aliquo B, A vero nulli C ex necessitate neque B alicui inerit A ex necessitate, nam B sub C est, si vero prædicatiuū necessarium non erit conclusio necessaria, sit enim B C prædicatiuum & non necessarium A, C vero priuatiuum & non necessarium. quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit & C alicui B ex necessitate, quare si A nulli C, C vero alicui B, A alicui B non inerit, sed non ex necessitate, monstratum est enim in prima figura, quòd priuatiua propositione non necessaria existente, neq; conclusio erit necessaria. Amplius per terminos planum fieri posset. Si.n. A bonum, B aīal, C vero equus, contingit igitur bonum nulli equo inesse, aīal autem necesse omni inesse, sed non necesse, aīal quippiā non esse bonum, siquidem cōtingit oē bonum esse. Sin aūt non hoc possibile, sed vigilare, aut dormire terminum ponendū, omne nāq; aīal borum est susceptiuum. Si igitur termini vniuersaliter ad medium sunt, dictū est qn̄ erit cōclusio necessaria.

Diximus in coniugationibus ex vna negatiua & altera affirmatiua, si negatiua fuerit vl̄is eandem semper sequi conclusionem in oībus figuris, in prima, quia negatiua prorsus erit maior, & vt se habuit maior ita etiā se habebat conclusio, sed in reliquis duabus, quia conuersio reduxit ad primā figuram eas, & maiorem negatiuam omnino faciebat. Primum igitur exponit coniugationem habētem maiorem negatiuam necessariā, & minorem vl̄em affirmatiuam de inesse. Cum igitur A nulli C ex necessitate, & C alicui B inest, fit prima figura, & concluditur A alicui B ex necessitate non inesse. Nam pars ipsius C est aliquid B, cui A nulli inest ex necessitate. Iidem termini accipi possunt, quia concludūt inesse & non necessariū, qui etiam in prima fig. à nobis accepti sunt. (Si autem prædicatiuum necessarium nō erit conclusio necessaria.) Ex maiore vniuersali negatiua de inesse, & minore vniuersali affirmatiua necessaria concluditur conclusio de inesse. Nam si B omni C ex necessitate, & C alicui B ex necessitate, si ergo A nulli C & C alicui B ex necessitate, igitur A alicui B non inest. Nā ostensum est in prima. Adhuc etiam per terminos erit valde manifestum. Nam sit A bonū & B aīal, & C equus, bonum quidem nulli equo de inesse, & aīal omni equo ex necessitate, concluditur bonum alicui animali non inesse solum, nam potest & oē aīal bonum esse, patet in quam quod est bonum naturale. Sed si quis (inqnit) instet non concedendo maiorem propōnem (Nam aliquod aīal ex necessitate esse non bonum patet, ceu animalia venenosa) Sumendum igitur est loco boni vigilare, vel dormire. Nam vigilatio nulli equo inest de inesse, & animali omni, concluditur vigilatio alicui animali non inesse solum, quare patet q̄ de inesse & non necessarium concluditur.

Si vero hic quidem vniuersaliter, ille aūt in parte vtrisq; prædicatiuis existētibus, si vniuersale sit necessariū & cōclusio erit necessaria. Demōstratio vero eadē, quæ & prius, conuertitur.n. & prædicatiuum in parte. Si itaque necesse est B oī C, A vero sub C inesse, necesse est B alicui A inesse, sed si B alicui A, & A alicui a esse necessarium, conuertitur enim.

In habentibus alteram, propōnem vniuersalem, & alteram particularem existentibus ambabus propositionibus affirmatiuis conclusio sequitur vniuersalem. Nam particularis conuersæ reductione ad primā figuram fit maior vniuersalis, & ibi conclusio sequebatur maiorem, pulchre igitur dictum est in his conclusionē sequi vniuersalē. Ponit autem in his primā habentē maiorem particularem affirmatiuam de inesse, & minorem vniuersalē affirmatiuā necessariā, & sic concludit̄ ꝑ conuersionē maioris & conclusionis necessaria conclusio. Sit A inqnit alicui C ĩexiſtē̄s, & B oī ex necessitate concludit, igitur A alicui B ex necessitate aliquo mō. Nā si A alicui ipsius C & C, alicui A inest, igitur si B omni C ex necessitate, & C alicui eorum quæ sunt A inest, concludit̄ B alicui A ex necessitate, conuertas ergo cōclusionē habebis propositum. Nam si B alicui A ex necessitate & A alicui B ex necessitate ierit, quod oportebat ostēdere.

Similiter & si A C necessarium sit vniuersaliter existens, nam B sub C est.

Cum posuerit priorem habere in minori vl̄em affirmatiuam necessariam & in maiore particularem affirmatinam de inesse, nunc econtra ponit, & rursus necessarium inquit concludi conclusionem. Nam si A oī C ex necessitate & B inest solum alicui C, & C alicui B inest, igitur si A omni C ex necessitate, & C alicui B inest, igitur A alicui B ex necessitate inest. Nā ostensum est iā prius.


Si vero quod in parte necessarium est, non erit conclusio necessaria, sit enim B C in parte & necessarium, A vero omni C insit non tamen ex necessitate, conuerso igitur B C prima efficitur figura, & vniuersalis quidem propositio non necessaria, quę autem in parte necessaria. sed quum ita se habeant propositiones, non erat conclusio necessaria, quare neque in his. Amplius & ex tern inis manifestum, sit.n. A vigilatio B bipes, in quo autem C animal B. igitur alicui C necesse est inesse. A vero ipsi C contingit, & A ipsi B non necessariū, non enim necesse bipes aliquod non dormire aut vigilare.

Cum

Cum posuerit priorẽ in ipsum vřem necessario, siue maior fuerit vřis, siue minor & ostenderit necessarium esse id quod cõcluditur, nunc econtra facit. Nam supponit alias duas propositiones ex duabus rursus affirmationibus, altera vři de inesse, & altera particulari necessaria. Et inquit rursus cõclusionem sequi vřem, siue maior, siue minor fuerit. Item rursus ostendit eam quæ habet de inesse ad maiorem propter vnam minorem conuersionem hoc modo. Si B alicui C ex necessitate, & C alicui B ex necessitate. Si ergo supponitur A omni C inesse, & C per cõuersionem ex necessitate alicui B, & A igitur alicui B inerit solum. Nam hoc ostensum est in prima figura. Itẽ ostendit per terminos idem. Nam accipit maiorem terminum vigilantẽ, & medium animal, & minorẽ bipedem. Nam vigilatio omni animali competit de inesse, & bipes alicui ex necessitate, concluditur etiam vigilatio alicui bipedi de inesse.

Consimiliter & per eosdem terminos monstrabitur, & si A C sit in parte & necessarium.

Hæc ostenditur, dico scilicet ea quæ habet maiorẽ particularem necessariam & per duas conuersiones, vt iam diximus, scilicet maioris & conclusionis. Nam si A alicui C ex necessitate, & C alicui A ex necessitate, si ergo supponitur B omni C inesse, & C per conuersionem, alicui A ex necessitate inest, certe concluditur B alicui A inesse solum. Nam hoc ostensum est etiam per eosdem terminos duntaxat ordine ipsorum variato. Nam quem terminum ibi accipiebamus minorem, hic maiorem facimus, ceu bipes. Nam bipes alicui animali ex necessitate, & vigilatio omni de inesse concluditur, etiam per dictas duas conuersiones bipes alicui vigilationi de inesse competit.



Si vero hic quidem prædicatiuus, ille autem priuatiuus terminorum quando vniuersale priuatiuum sit & necessarium, & conclusio erit necessaria si enim A C nulli contingit, B vero alicui C inest, alicui B, necesse non inesse.

Maiore existente vniuersali negatiua necessaria, & minore particulari affirmatiua de inesse, concluditur particularis negatiua conclusio necessaria, nam si B alicui C inest & C alicui B inest. Cum igitur A nulli C ex necessitate, & C alicui B inest, concluditur A non omni B ex necessitate. Nam ostensum est hoc in prima figura. Vnde eosdem hic etiam sumemus terminos ad demonstrandum necessarium conclusum, quos sane in prima etiam figura complexi sumus. Et vigilatio, somnium, homo. nam vigilatio nulli somnianti ex necessitate, Somnians alicui homini de inesse, concluditur vigilatio non omni homini ex necessitate.

Quando autem affirmatiuum necessarium positum fit vniuersaliter existens, aut in parte, aut priuatiuum secundum partem, non erit conclusio necessaria.

Cum quatuor sactę sint syllogisticę coniugationes, (altera existente propositionum negatiua, & altera affirmatiua, atque vři & particulari, nam maiore existente vniuersali & negatiua, ac minore particulari affirmatiua, fiunt duæ coniugationes, vna quidem ex maiore necessaria, & ex minore de inesse. Secunda ex maiore de inesse, & minori necessaria, rursus maiore particulari existente negatiua, & minore vři affirmatiua fiũt aliæ duæ, vel maiore rursus existente necessaria, & minori de inesse, vel econtra maiori inesse, & minore necessaria. Aliæ vero quatuor fiunt habentes maiorem affirmatiuam, vel particularem, vel vřem, quæ asyllogisticæ sunt.) His igitur quatuor syllogisticis existentibus vnam tradẽs ex maiore vniuersali negatiua necessaria, & minore particulari affirmatiua de inesse, & ostendẽs hanc necessariã concludere conclusionem per conuersionem minoris propositionis, nunc reliquas tres per eosdem tradit, & ostendit ipsas cõcludere conclusionem de inesse. nam quia dicit, quando autem affirmatiuũ necessarium positum fuerit vře, vel in parte) duas significat coniugationes, aliam ex maiore particulari negatiua de inesse, & altera minore vniuersali affirmatiua necessaria, aliã quoq; ex maiore vři negatiua de inesse, & minore particulari affirmatiua necessaria. Sed quia dicit vel priuatiuum subintellecto, s. particulari, necessario significat reliquam coniugationem ex maiori particulari negatiua necessaria minore vři affirmatiua de inesse. Has igitur tres de inesse significat.

Sed alia quidem eadem, quæ & in prioribus dicemus.

Inquit alia per q̃ ostendẽdo demõstramus alias etiã coniugationes dico, s. per conuersionem. Verum scire oportet q non inquit de tribus his, nam neq; tres per conuersiones ostendũtur. sed de vna sola habente maiorẽ vniuersalem negatiuam de inesse, & minorem particularem affirmatiuam necessariam. Nam hęc, particulari affirmatiua conuersa minore & necessaria, s. reducitur in quartum modum primæ figuræ. Sit enim A nulli C de inesse, & B alicui C ex necessitate, concluditur quod A non omni B de inesse. Nam cum conuertatur particulari affirmatiuum necessarium, erit ex necessitate C alicui B, quia igitur A nulli C de inesse, & C alicui B ex necessitate, igitur A non omni B inest. Nam fit quartus modus primæ figuræ. Sic igitur ipsa per conuersionem ostenditur, seu aliæ duæ non possunt per conuersionem ostendi, quia minor est in vtrisque affirmatiuis nam si ipsam conuerterẽ ad particularẽ conuertiẽ, & asyllogisticam demonstrabit coniugationem, sed neque maior põt conuerti cum sit particularis negatiua.

Termini vero quando sit vniuersale prædicatiuum necessarium, vigilatio, animal, homo, medium homo.

Alia ex minore vniuersali affirmatiua necessaria, & maiore particulari negatiua de inesse per terminos persuadetur & ostenditur. Vigilatio nisi omni homini insit, animal omni homini insit ex necessitate, concluditur vigilatio non omni animali de inesse.

Quando autem in parte prædicatiuum sit necessarium, vigilatio, animal, album, necesse nanque est animal alicui albo inesse, vigilatio aũt contingat nulli, & non necesse alicui aĩali, non inesse vigilationem, sed quando priuatiuum in parte existens, necessarium sit, bipes, motum, animal, medium animal.

Hi sunt

Hi sunt termini alterius coniugationis ex maiore vniuersali negatiua de inesse, & minore particulari affirmatiua necessaria. Hæc etiam ostensa est per conuersionem particularem negatiuam de inesse concludere conclusionem. Sed ostēditur etiam per terminos sic, vigilatio nulli albo de inesse, animal alicui albo de necessario, concluditur vigilatio non omni animali de inesse & non necessario. Quando autem priuatiuum in necessarium existens sit, bipes, motum, animal, medium animal. Per hæc quoque reliquam trium coniugationum concludentium de inesse tradit quæ est ex maiore particulari negatiua necessaria, & minore vniuersali affirmatiua de inesse. Demonstrat autem per terminorum appositionem conclusionem, bipes non omni animali ex necessitate, motum omni animali de inesse, concluditur etiam bipes non omni moto de inesse. Sed scire oportet quod quidam vetustiores libri habēt medium ipsum bipes. Sed dicunt hanc scripturam esse errorem quandoquidem non concludatur per hos terminos medio accepto bipede de inesse cōclusionem, sed necessariam vt ex prædictis patet, quod vero non bipes ponaē medium, sed animal patet ex his quibus mentionem fecit prius de bipede, & posterius de animali. Nam tertiæ figuræ mos habet ponere medium posterius, & nunc animal posterius posuit.

Planum itaque quòd inexistendi syllogismus non est nisi vtræque sint propositiones inexistentes sed necessarij est, & quum altera solum sit necessaria.

Videtur Arist. hanc conclusionem inducere de tribus figuris prædictis. Sed hoc existimandum non est, quippe Philosophus in absurda incideret dicendo, ꝙ planum est ex dictis quod si ambæ propositiones non fuerint de inesse, non concluditur conclusio de inesse. Nam demonstrauit in prima & secunda figura quod si maior sola de inesse fuerit vniuersalis negatiua conclusio concludetur de inesse, oportet igitur dicere, ꝙ hæc conclusio non est de tribus dictis figuris, sed solū de tertia. Sed videbitur hic sermo neque de tertia figura verus esse. Nam ostensum est in hac etiam, quod vna sola propositione existente de inesse, fit conclusio de inesse, dicendum est igitur quod hæc conclusio dicta est de tota tertia figura & quatuor coniugationibus ex ambabus vniuersalibus propositionibus. Nam in his demonstrauit ꝙ tres sunt ex his coniugationes necessariam concludentes conclusionem, quauis necessaria propositione sumpta, siue sit maior, siue minor. Vnde veluti nunc concludens quæ consequuntur ad ostensionem suam hæc inquit, quod non vt in his coniugationibus verum erat simpliciter dicere quod quauis propositione necessaria existente, prorsus necessaria concluditur conclusio. sic etiā in his quæ concluduntur de inesse verum est simpliciter dicere ꝙ de inesse omnino concluditur conclusio, sed ambabus inexistentibus de inesse, prorsus de inesse fit cōclusio, sed ex vna de inesse non omnino concluditur conclusio de inesse.

In vtrisque vero & quum prædicatiui & quum priuatiui syllogismi sint, necesse alteram propositionem consimilem esse conclusioni, dico autem similem si inexistens inexistentem. si necessaria, necessariam, quare & hoc manifestū, quòd non poterit conclusio aut necessaria, aut inexistēs esse, nisi accipiatur necessaria, aut inexistens propositio.

In vtrisque inquit dictis modis, scilicet de inesse & necessario affirmatiuis vel negatiuis existentibus conclusionibus, vel necessariis, vel de inesse, necesse est vt vna propositio sit similis conclusioni, & si cōclusio fuerit de inesse, necesse est vt vna propositio prorsus sit de inesse, si autem necessaria & vna propositio necessaria.

De necessario itaque quomodo sit, & quam habet ad existens differentiam, dictum est quasi sufficienter.

Inquit, quod ex duabus necessariis conclusio fit necessaria, &, quod si sola etiam fuerit maior necessaria, rursus fit conclusio necessaria, & quod similiter existētibus fiunt necessariæ complicationes syllogisticæ, & quod necessarium eo quod semper est, differt ab ipso de inesse.

Caput secundum. De mixtionibus de contingenti.

De contingenti vero post hæc dicamus quando, & quomodo, & per quæ erit syllogismus.

Cum disseruisset de mixtione propositionum de inesse & necessariis, quonam pacto hæ secundum se, & quomodo inuicem se habeant complicitæ, nunc deinceps de mixtione contingenti efficit sermonem, sed priusquam nobis afferat sermonem, de propositionibus contingentibus, tradit nonnullas contemplationes de ipso contingenti, & primo quid est vniuersaliter contingens, deinde tradit rationem de conuersionibus contingentis. Equidem dicebamus quod conuersionē alia est simplex, alia ex trāspositione, & alia contingēs. docet igitur nos hic de contingenti conuersione, quia etiam, vniuersaliter de contingenti sermo est, quales sunt propositiones quæ inuicem conuertuntur, & tertio in his tradit diuisionem contingentis quot modis dicitur, quod etiam fecit in libro de Interpretatione. post quod deinde docet quomodo se habent propositiones contingentis, & quæ aliquibus complicite faciunt aliquas syllogisticas coniugationes, deinde miscet eas cum ipso de inesse & necessario, & post hæc docet simplicem conuersionem de contingenti. Significat autem hoc & per quæ, vt etiam alias dictum est, syllogisticum fieri ad minimū ex duabus propositionibus, & propter illud (& quomodo) ordinem terminorum, quod oportet medium vel de alio prædicari & alteri subiici, vel ambobus subiici, vel de vtrisque prædicari. Et per illud, quando, indicauit quod quouis modo complicitæ propositiones efficiunt syllogismum.

Dico autem contingere & contingens, quod quum non sit necessariū, si ponatur inesse, nihil erit propter hoc īpossibile.

Definit per hoc contingens & inquit illud, non esse ex necessitate eius inexistentiā, quod si quis secundum suppositionem illud ꝙ nōdū exit ad actum velut existe poneret, nullum impossibile sequitur ex suppositione illius, ceu contingens est Socratem de nocte comedere, si supponamus ipsum de nocte comedere, nullum impossibile sequitur ex hac suppositione & si falsa. Dictum est igitur quod impossibile omnino est etiam falsum ceu hominem esse alatum, sed falsum non est omnino impossibile.

Nanque necessarium æquiuoce contingere dicimus.

Cum in lib. de Interpretatione ordinauerit contingens cum necessario, hic autem inquit, ꝙ contingens est quo nō existēte necessario &c. Propter hoc igitur inquit, necessarium æquiuoce esse dictum & de contingenti, & de proprio necessario, & in aliis modis.

Quod

Quod autem hoc est contingens, manifestum & ex negationibus & affirmationibus oppositis.

Traditum sermonem de contingenti vult persuadere, quod pulchre recteq; tradidit dicendo quo nõ existente necessario & quo posito inesse nullum impossibile accidit, facit enim fidem de hoc per opposita, hanc cõtingentis affirmationem ostendens negationẽ impossibilis sequi & illam necessarij. Similiter etiam negationem eas sequi quę sunt his oppositæ, vt deinceps ponuntur in descriptione.

Contingens affirmatum.

Cõtingit esse valet { Non impossibile esse / Non necessarium non inesse }

Nam nõ contingit inesse & impossibile inesse, & necesse non inesse, aut eadem sunt, aut consequentia seinuicem, quare & opposita his contingit inesse, & non impossibile inesse, & non necesse non inesse, aut eadem sunt, aut consequentia seinuicem.

Si ergo hoc contingit inesse sequitur illud non necesse nõ inesse, pulchre igitur dictum est, quo non existente necessario, & rursus si huic contingit inesse sequitur non impossibile inesse. pulchre igitur dictum est quo posito contingente, nullum impossibile sequitur. Nam quod contingit esse, hoc est ostensum non impossibile esse. Hæ autem propositiones vel eædẽ sunt vel mutuo se consequuntur. Eædem enim sunt significato, quippe quæ simul verificentur, & sese mutuo consequũtur cum prorsus non sint eædem, Nam differunt iuxta prolationem vocis.

De omni enim affirmatio aut negatio erit, igitur contingens non necessarium & non necessarium contingens.

Cum persuasisset ea, ac ostendisset quæ sunt de illatione propositionum expositarum vsus est simul dignitate contradictionis. Nam quia inquit pulchre diximus sequi vel æquiualere has inter se propositiones, patet ex quibus de omni re necesse est vel affirmationem vel negationem esse veram cum fuerint oppositę contradictoriæ. Nam hoc contingere inesse omnino necesse est vel necessariũ non inesse simul verificari, vel non necessarium non inesse, Si ergo inquit idem contingere inesse, & necessarium non inesse falsum est dicere, igitur verum erit oppositum illud, scilicet alteri alij inesse, dico, scilicet contingere, inesse non necesse non inesse. Similiter dicitur de impossibili. Nam si contingere inesse non potest simul verificari impossibile inesse, patet quod oppositum contradictoriæ simul verificabitur illud non impossibile inesse. Nam quod non contingit inesse, hoc est impossibile inesse. Si ergo contingenti necesse est necessarium vel non necessarium inesse, & non potest necessarium inesse. (Nam hoc modo idem erit contingens simul & necessarium,) igitur non necessarium inerit. Pulchre igitur dictum est quod contingens illud est quo non existente necessario. Et rursus si necesse est contingens vel impossibile esse vel non impossibile sed impossibile non est. Nã quo pacto fieri potest, vt simul sit contingens & impossibile? Pulchre igitur ac bene dictum est, quo posito inesse nullum impossibile accidit.

Accidit autem omnes quę secundũ contingens sunt propositiones conuerti inter se.

De conuersione contingentis hinc sermonem facit. Nam conuersio (vt dictum est) contingens est quæ eundem ordinem terminorum seruat, & solam qualitatem mutat. Inquit igitur quod propositiones conuertuntur contingentis inter se vniuersales quidem affirmatiuæ ad vniuersales negatiuas, & particulares affirmatiuæ ad particulares negatiuas, sed non amplius vniuersales cõuertuntur ad particulares, & hoc merito.

Contingens negatum.

Non contingit esse { Impossibile inesse. / Necessarium non inesse.

Nam si contingens est illud, quod potest eodem modo esse & non esse, patet quod de quibus est affirmationem asserere, & de eisdem est negationem dicere. Nam, si contingit omnem hominem moueri, contingit etiam nullum hominem moueri. Et si aliqua contingit non moueri, & aliqua contingit moueri, sed vniuersales minime sequi particulares possunt, cõstat itaq; quod opposito modo se habent secundum qualitatem. Nam neque si aliquem contingit non esse album, dici potest quod etiam contingit omnem esse album. Nam si aliquem contingit, non opus est vt omnes contingat esse ceu æthiopem. Verum quamuis vniuersales nequeant conuerti ad particulares, tamen particulares possunt ad vniuersales conuerti. Nam si contingit omnem hominem moueri, contingit aliquẽ non moueri, & hoc quia vniuersaliter accidit. Nam quia nullum contingit moueri, hæc autem conuertitur ad vniuersalem affirmatiuam, propter hoc etiam aliquem non moueri contingit. nam particulare sequitur vniuersale.

Dico autem non affirmatiuas cum negatiuis, sed quæcũque affirmatiuam habent figuram secundum oppositionem, vt contingere inesse cum eo quod est contingere non inesse, & omni contingere cum eo quod est nulli contingere, & non omni & alicui cum eo, quod est, alicui non.

Quoniam dixit omnes propositiones contingentis conuerti. Hic nota quod dicit negationes conuerti cum affirmationibus, non negatiuas secundum figuram dicens. ceu contingit omni, non contingit omni. Nam hæ inuicem pugnant, sed inquit quod habent figuram affirmatiuam & vim negationis, ceu contingit omni, huic contingit nulli, & hæc contingit alicui, huic contingit non omni, quæ (inquit) secundum oppositionem esse, & non esse ordinatæ sunt Nam contingit esse, ordinatur secundum esse, & contingit non esse secundum non esse. Verum primo ponit eas quæ sunt inter se indeterminatæ, deinde definitas secundum ipsum vse. Ponit quoque oppositam hanc omni, illam nulli, & non omni, quia vt species dicimus opponi. Equidem particulares ad vniuersales possunt conuerti, sed vses minime ad particulares, quocirca illud alicui opponitur solum non alicui.

Eodem autem modo & aliis. Quoniam enim contingens non est necessarium, non necessarium vero contingit non inesse, planum quòd si contingit A inesse B contingit & non inesse, & si omni contingit inesse, & omni contingit non inesse. Consimiliter autem & in affirmationibus in parte, nanque eadem demonstratio.

Cum dixeris propositiones contingentis conuerti inter se, scilicet illam omnis, cum illa nullus, & eam ali-

quis

quis cum illa non omnis, idipsum per hæc probat per naturam contingentis. nam si hoc est (inquit) contingens quod quibus inest, non ex necessitate inest, sed potest eisdem non inesse, merito diximus q de quibus dicimus affirmationem, de eisdem verum erit dicere etiam negationem. nam si contingenter omnes homines moventur, ipsi met etiam non mouebuntur contingenter. pulchre igitur iam dictum est propositiones có tingentis conuerti inter se.

Verum tales propositiones affirmatiuæ sunt & non priuatiuæ, contingit enim ad similitudinem ipsius esse ordinatur, quemadmodum dictum est prius.

Quod quidem superius dixit, quod conuertuntur inter se non negatiuæ cum affirmatiuis, sed quæ habẽt affirmatiuam figuram, hoc etiam nunc inquit. nam vt (inquit) in propositionibus ex tertio adiecto prædicato solum fiebant negatiuæ propositiones quando negatio construebatur ipsi est, ita inquit, & in his cũ modo duntaxat modo copulata negatione fit negatio, & aliter nullo modo. Si ergo in contingenti non esse, & cæteris eiusmodi manet modus integer sine negatione, patet quod affirmatiuæ sunt in hac figura, vt sæpe dictum est.

Determinatis vero his, rursum dicimus. quòd contingere secundum binos dicitur modos.

Cum dixerit quæ sit natura contingentis, & quod propositiones eiusdẽ conuertuntur, nunc inquit, quot modis dicitur, & in quibus proprie est contingens, dupliciter igitur, (inquit) dicitur, vel enim definitum est, vel indefinitum, & inquit definitum esse, ceu id quod plerunque fit circa quod natura, & ars versatur, dico, f. sæpius fieri quinque digitos quàm non fieri totidem, & medicum sanare quam secus. Indefinitum autem inquit quod æqualiter vel raro euenit. illud quidem æqualiter circa quod prælectio versatur, ceu ambulandum vel non ambulandum esse, & id genus. Vocauit autem ipsum indefinitum, quia possunt talia æqualiter esse, & non esse, sed illud raro videtur magis ad non esse quam ad esse tendere, quo igitur modo vocat ipsum indefinitum? Dicimus quia ipse dixit indefinitum secundum esse, quandoquidem eius inexistentia non sit definita ceu illius existentia quod plerunque est contingens. Et adiicit vniuscuiusque exemplum.

Vnum eo quod vt plurimum fit & deficit necessarium, vt canescere hominẽ vel augeri aut minui, aut penitus quod aptum natum est esse.

Deficit plerunque natura & ars, nam haud semper natura proprium scopum attingit, neque ars propriã materiam, sed etiam natura cum certet diuersa efficit. Et artifex cum à sua intentione aberrat. Quoniam igitur in his defectus fiunt, ob id ab ipsis necessarium auferetur, nam neq; prorsus in senectute canescit homo, neque medicus curat, neque prorsus aliquod naturalim dico, scilicet ea quæ versantur in generatione & corruptione, neq; quicquam artificialium habet necessariũ, sed velut plerunque.

Hoc enim non continuum quidem habet necessarium, propterea quod non semper est homo. atqui dum homo sit, aut ex necessitate aut vt plurimum est. Alium, ipsum infinitũ: quod & fit & non fit possibile.

Causam per hæc assignat cur contingens plerunq; non habet necessarium. Et inquit huius duas esse causas, vnam quidem ex subiecto, alteram vero ex prædicato, & hæc est ex subiecto, nam suapte natura homo habet vt in senectute canescat, sed accidit hoc plerunque non fieri, præsertim quum homo antequam veniat ad senectutẽ moriatur, vel rursus aptus est homo circa annum vigesimum emittere barbam, & accidit priusquam attingat annum vigesimum vt moriatur. Hæc itaq; est vna causa ex subiecto vt contingens deficiat, quod vt in pluribus est, altera est ex parte prędicati, sæpe homo peruenit ad senectutem, & canum non facit, vel ad annum peruenit vigesimum, & non germi nauit barbam, & quæcunque huiusmodi.

Vt ambulare animal, aut ambulãte terræmotum fieri aut omnino quod à fortuna fit: nihil enim magis sic aptum est natum, quam in contrarium.

Cum dixerit alium esse modum contingentis indefiniti, quia (vt diximus) vno nomine indefiniti vocat contingens, æqualiter, & raro, exempla vniuscuiusque apponit, & primo illius ęqualiter, ceu asal ambulare. Nã hoc æqualiter potest esse & non esse, & exemplum illius raro, ceu ambulante aliquo fieri terræmotum, nã hoc raro & in minus accidit, quod communi verbo indicãs subiunxit, vel prorsus à fortuna & in minus. Equidem à fortuna fiunt hæc, ceu accideret aliquid, quando aliquis ad aliquid sortiendum plerunque inueniret eum quem cupiebat, vel eum qui iniuria & hæreditatẽ substantiamq; abstulit philosophari, vel fodientem inuenire thesaurum, & id genus, cum inducit, certe non magis sic aptum est quam in contrariũ, hæc non refert ad minus, sed ad æqualiter cõtingẽs oportet intelligere

Conuertitur itaque & secundum oppositas propositiones vtrumque contingentium: non eodem modo: sed quod aptum natum est esse cum eo quod est, non ex necessitate inesse: sic enim contingit non canescere hominem: ipsum vero infinitum cum eo quod est, nihil magis sic, quam illo modo se habere aut habitum ire.

Et si secundum differẽtia significata dicatur esse cõtingens ceu contingens vt in pluribus, cõtingens ęqualiter, & illud in minus, tamen vnumquodque horum similiter habebit conuersiones. Differunt autem ab eo quod est aptum esse inquit, idest vt in pluribus per hoc quod illud magis indicat affirmationem quàm negationem, sed in ipso contingenti æqualiter non magis negatio quàm affirmatio habetur, sed contingens in minus habet magis vnum quam alterum, scilicet negationem magis quam affirmationem.

Verum scientia ac syllogismus demonstratiuus de ipsis quidem infinitis non est, eo quod inordinatum est medium: de apte vero natis est: & ferme rationes & cõsiderationes fiũt de sic contingentibus.

Cum definiuisset differentia significata contingẽtis, deinceps determinat de quo nunc sit sua consideratio, & inquit, quod est de contingenti plerunque. nam sciẽtiæ versantur circa eodem semper modo se habentia, quocirca etiam contingens velut in pluribus, tanquã magis affine necessario, sed propter indeterminationem alterius, circa idem non versatur scientia, & indefinitum propter inordinationem medij, nam medium est illud quod specificat figuras, quoniam igitur mediũ non magis in contingenti æqualiter primo subiicitur quam non subiicitur, & de extremo non magis prædicatur, quam non, & in ipso contingenti raro magis non subiicitur primo quam subiiciatur, & de minore magis non prædicatur quam prædicatur, & ob id indeterminatio ipsius inesse accidit, quia ponitur extra canones

nones scientiæ, nam vt dictum est his consideratio sciētiæ est quæ est de omnibus.

De illis autem accidit quidem fieri syllogismum, non tamen consueuerunt quæri.

Si etiā (inquit) potest de indefinito contingenti aliquando fieri syllogismum, attamen quia non est plurimum in vsu dimittatur de ipso sermo.

Hæc igitur magis determinabuntur in sequentibus. Sed nunc dicamus quando & quomodo & quis erit syllogismus ex contingentibus propositionibus.

Cum docuisset quæcunq; oportebat prius accipere de contingēti hinc proficiscitur ad doctrinā syllorum de contingenti. Et inquit contingens dici vel iam existens, quod etiam dicebamus ipsum inesse, vel quod nōdum inest, pōt tñ inesse. Cū igitur iā disseruimus de ipso inesse, oportet primum hic de contingenti differere, quod nondum est, sed potest inesse, deinde hoc miscere cum ipso de inesse & definire qui sunt syllogismi qui ex his fiunt. Nam oportet vt sæpe dictum est simplicia præcedere composita. Hæc igitur est sententia expositorum, sed videamus hęc etiā in aliis verbis, nam quædam habent obscuritatem.

Caput tertium. De syllogismis ex ambabus de contingenti in prima figura.

Sed, quoniam contingere hoc huic inesse bifariam erit accipere, aut enim cui inest hoc aut cui contingit ipsum inesse, d nanque contingere de quo B horum alterum significat, aut de quo dicitur B aut de quo contingit dici, A vero de quo B vel A contingit omni B nihil differt: manifestum igitur quòd bifariam dici posset A contingere omni A inesse

Vel cui contingit idem inesse, idest q nondum ad actum exiit potest tamen exire (nam illud eo quo B horum akerum significat, aut de quo dicitur B aut de quo cōtingit dici,) hoc per hoc vult dicere, quando (inquit) diximus quod A de omni B contingit, vel hoc dicimus quod quibuscunque iam inest B contingit C iam A inesse, vel quod quibuscunque B potest inesse numerus non inexistens, his etiam A potest inesse, ceu qnando dixerimus q contingit motum omni albo inesse, aut omni, qnod omnibus quibus iam album inest, vel quibus inerit nnnc non inexistens. Item illnd (A vero de quo B contingit, aut omni B A contingit, nihil differt) qnia dixi A de quo B & de qno dicitur B explicans, hoc inquit q nihil aliud significat illud de quo quam illud.

Primum igitur dicamus, si de quo C contingit ipse B & de quo B ipsi A, quis erit qualisue syllogismus, sic.n. & propositiones vtraque accipiuntur secundum contingere.

Hæc manifesta sunt ex dictis, nam in his aliud inquit quàm naturam hoc, quod oportet primum de coniugationibus ex contingentibus propositionibus differere & videre qualem conclusionem concludunt.

Quū vero de quo B inest A contingat, illa quidē inexistēs, illa autem contingens. Quare ab ijs, quæ consimilis sunt figuræ incipiendum, quemadmodum & in alijs.


Inquit si sic, quia A contingit inesse omnibus quibus inest B, mixtas propositiones facimus ex ljs de inesse & contingentibus. Oportet autem vt dictum est primo de simplicibus differere, vt ipse inquit, quæ sunt similes figura, idest quæ sunt ambæ contingentes.

Quando itaque A omni contingat B, & B omni C erit syllogismus perfectus, quòd A omni C contingit inesse. Hoc autē manifestum ex definitione, contingere nanque omni inesse sic dicebamus.

Incipit deinceps de ipsis syllogismis facere sermonē præsertim de his qui sunt In prima figura, & tradit coniugationes quæ sunt ex ambabus vniuersalibus. Cum rursus qnatuor fiant propositiones ex complicatione vniuersalis. Vel enim ambæ sunt affirmatiuæ, vel ambæ negatiuæ, vel alia affirmatiua, & alia negatiua, & hoc dupliciter. Nam duæ rursus sunt syllogisticæ, siue ex duabus affirmatiuis, siue ex maiore negatiua, reliquæ vero duæ asyllogisticæ, primum igitur tradit eam quę ex duabus affirmatiuis concludit conclusionem vniuersalem affirmatiuam. Nam si A omni B contingit inesse, igitur omnibus partibus ipsius contingit inesse, sed pars ipsius B est C. Nam supponitur omni C ipsum B cōtingere inesse, igitur A omni C contingit inesse. Nam hoc inquit manifestum est ex diffinitione ipsius contingentis de omni perspicuum qnod est de omni. Nam de omni erat, quando nihil erat subiecti, de quo prædicatum non diceretur, igitur si de omni B A contingit inesse, & pars ipsius B est ipsum C, igitur etiam de omni C contingit A inesse. Termini autem huius sunt motus, vigilatio, homo. Nam motus omni vigilanti contingit inesse, & vigilatio omni homini contingit inesse, igitur conclusio erit, motus omni homini contingit inesse.


Consimiliter & si A contingit nulli eorum quæ sunt B, B vero contingit omni C quod A contingit nulli C. de quo enim B contingit A, non contingere hoc erat nullum omittere contingentium quæ sub B.

Secundus modus ex maiore negatiua, & minori affirmatiua concludens conclusionem vniuersalem negatiuam contingentem, quem etiam ipse constare ait ex diffinitione ipsius de nullo. Nam hoc erat de nullo, quando nulla fuerit pars subiecti de qno prædicatum nō negetur. Hi autem sunt termini rursus, de hoc, mo-



tus enim contingit nulli vigilanti inesse. vigilans vero omni homini contingit inesse: concluditur motū nulli homini contingere inesse.

Quum vero A omni B contingat, B vero nulli contingat C per sumptas, igitur propositiones nullus fit syllogismus. Cōuersa autē B C secundum contingere idem erit qui prius: nam quoniam contingit B nulli C inesse, contingit & omni inesse. Hoc autem dictum est prius, quare quoniam B omni C, A vero omni B. Rursus idem efficietur syllogismus.




Consimiliter & si ad vtrasque propositiones negatio ponatur cum eo quod est cōtingere, dico autem veluti si A nulli contingit

contingit B & B nulli C. per sumptas enim propositiones nullus fit syllogismus, conuersis vero rursus idem erit qui prius. Planum itaque quòd negatione posita ad minus extremum, vel ad vtrasq; propositiones aut non fit syllogismus, aut fit quid em, sed non perfectus, ex conuersione nanque concluditur necessarium.


Reliquæ duæ coniugationes, alia quæ habet maiorem affirmatiuam, & alia quę habet minorem negatiuam, assyllogisticæ sunt quoad propositiones, dico, scilicet quia in ambabus est minor propositio negatiua. Sed quia inquit dicebamus propositiones contingentis inuicem conuerti, illam, scilicet {omnis} ad hanc {nullus} & hanc aliquis ad illam non omnis, si acceperimus conuerti negatiuam in affimatiuam, fient etiam ipsæ syllogisticæ. Nam conuersa minore propositione reducetur primus modus assyllogisticarum ad modum syllogisticarum, & secundus ad secũdum, sic autem maiorem etiã secundi conuerterimus, & ipse etiam reducetur ad primum. Sic igitur ostendit assyllogisticas posse fieri syllogisticas nõ per se ex principio acceptas, sed per conuersionem, vt etiam ostenderat in coniugationibus de inesse quod assyllogisticæ poterant fieri syllogisticæ conuersis propositionibus, quare per hoc neque perfectos hos inquit esse, siquidem indigent conuersione. Nisi sciendum sit, quod conuersio propositionum contingentis non iuxta idem significatum contingentis fit, sed patet quod contingens plerunque conuertitur raro & contra contingens raro ad contingens plerunque. Nam quod contingit nulli inesse raro, illud contingens ęqualiter habet in seipso ꝓpositiones affirmatiuas & negatiuas ex quo conuertens. Verum hic simpliciter respiciens ad latitudinem contingentis hæc dicit.

Si aũt hæc quidem propositionum vniuersaliter accepta sit, illa vero in parte, vniuersali posita ad maius extremum, syllogismus erit perfectus; si enim A omni contingit B. B autem alicui eorum quæ C contingit A alicui C, contingit, hoc autem manifestum ex definitione eius, quod est de omni cõtingere. Rursus si A contingit nulli B sed B alicui C contingit inesse. necesse A contingere alicui C non inesse, demonstratio autem eadem. Si vero propositio in parte priuatiua accepta fuerit, vniuersalis autem affirmatiua, positione vero consimiliter se habeant, puta A omni B contingit, sed B alicui C contingit non inesse. per assumptas quidem propositiones non fit manifestus syllogismus, verum si eam quæ in parte est, conuerterimus, & ponimus B alicui C contingere inesse, eadem erit conclusio, & quæ & prius, quemadmodum in ijs quæ a principio.

Vult in omnibus coniugationibus quæ sunt ex altera particulari, & altera vniuersali, & habent in maiori vniuersalem & in minori particularem, omnes tales esse syllogisticas, sed quales fuerint secundum qualitatem. Sunt autem omnes quatuor, vel ex ambabus affirmatiuis, vel ex ambabus negatiuis, & alia ex maiore negatiua, & minori affirmatiua, & alia ex maiore affirmatiua & minore negatiua, & quæ habent minorem affirmatiuam, perspicuum est quod ꝑ seipsas ostẽduntur esse syllogisticæ non egentes conuersione. Nã si omni A omni vel nulli B contingit inesse, & B contingit alicui C patet, quod etiam A alicui vel non omni C contingit inesse. Termini autem sunt motus, album, animal. Nam motus omni albo contingit inesse, album alicui animali contingit inesse, concluditur motum alicui animali contingit inesse.



Rursus motus contingit nulli albo inesse, & album alicui animali contingit inesse, concluditur motum contingere non omni animali inesse.



Sic quidem se habent coniugationes habentes minorem affirmatiuam quæ per seipsas & non per alias ostenduntur. Nam rursus conuersa in vtraque minore propositione & transmutata in particularem affirmatiuam & faciente duos dictos modos particulares, sic in his ijdem termini adaptari poterunt.

Quod si quæ ad maius extremum in parte sic accepta, quæ vero ad minus vniuersaliter, siue vtraque affirmatiuæ positæ fuerint, siue priuatiuæ, siue non consimilis figuræ, siue vtraque indefinitæ, vt secundum partem, nullo modo erit syllogismus, nil enim prohibet B transcendere A & non prædicari de æquis.

Quæ igitur habent ad maiorem propositionem vniuersale & ad minorem particulare, dictæ sunt quomodo sunt omnes syllogisticæ, & quonam pacto qualitatem habeant, sed illæ quæ habent econtra quantitatem dico, scilicet in maiori particulare, & in minori vniuersale omnes assyllogisticæ sunt quouis modo se habeant secundum qualitatem. Ostendet autem has esse assyllogisticas hũc in modum, quia B inquit in plus est quam A. ostenditur autem per hoc A ex necessitate omni inest B, & ex necessitate eadem nulli. Si autem hoc, conclusio concludetur de nullo. Nam si concluditur necesse oĩ tollet illud necesse nulli, & necesse est non oĩ, & contingit nulli, & contingit nõ omni. Rursus si concludit necesse nulli, tollet hoc necesse oĩ & alicui. Si ergo cuncta tollunt, visum erit concludi nulli, ex his terminis itaq; hæ cõiugationes assyllogisticæ videntur esse. Demonstrabitur etiam in terminis hoc modo se habentibus, termini igitur quos ipse accipit, non efficiunt nobis theorema manifestũ. Sint igitur termini de omni ex necessitate album peripateticum, & cygnus. Nam album alicui peripatetico contingit inesse, & peripateticum omni cygno, & album omni cygno ex ne-

cessitate inest. Termini quoque ipsius nulli, acceperimus pro cygno coruum, album alicui peripatetico cōtingit inesse, & peripateticum omni coruo, & album nulli coruo ex necessitate, si autem & illud est verum, ex necessitate omni & concluditur ex necessitate nulli, igitur oēs conclusiones demuntur, vt demonstrauimus, quod si cunctæ tolluntur, assyllogisticæ erunt coniugationes tales. Eadem quoque dicemus etiam in negatiuis & in his quæ sunt figura similes atque in his quę ex ambabus particularibus vel indeterminatis vel quouis alio modo. Dubitat autem in his interpres quidam cur Aristote. non sicut negatiuas transmutat in affirmatiuas & sic facit syllogismus coniugationes, sic etiā affirmatiuas in negatiuas, & ostendet assyllogisticas esse syllogisticas coniugationes. Nam si propositiones de contingenti ad seipsas æqualiter cōuertuntur, quæ maior assignatio est, vt negatiuæ mutentur in affirmatiuas & non econtra affirmatiuæ in negatiuas? Soluitur igitur tale quod poterat sic persuaderi, quia negationum aliæ modum auferunt, aliæ vero rem. Nam ea quæ dicit non necesse est ambulare, rem non sustulit, dico, scilicet, ambulare, sed modum abstulit, dico, scilicet illud necesse, & illa quæ dicit necesse est non ambulare, quæ figura est affirmatiua, sed in negatiua rem quidem sustulit, scilicet ambulare, & modum seruauit, dico, scilicet illud necesse, & in omnibus alijs similiter. Sed hic contingentis negationes assumptæ quidem sunt figura affirmationes, quæ neque rem neq; modum auferunt. Nam illa dicens contingit nullum hominem ambulare neque modum tollit. (Nam manet integer,) neque rem. Si ergo non tollunt modum nec rem, patet quod affirmationibus æquiualent, propter hoc igitur negatiuas in affirmatiuas transmutat, ceu ab occultioribus affirmationibus faciendo mutationē in apertiores. Sed forsitan aliquis etiam illud dubitaret, cur etiam particulares non mutat in vniuersales & facit assyllogisticas cōiugationes particularium syllogisticę siquidē omnino propositiones contingentis ad seipsas conuertuntur. Sed huius solutionē iam soluimus, dicentes quod possunt vniuersales mutari in particulares, quia vniuersale pars sequitur, ꝙ contingit omni contingit alicui, & quod nulli, hoc & nonomni, sed econtra non prorsus, quandoquidem quod alicui contingit, hoc non necesse sit omni contingere. Nam potest alicui contingere, sed minime omni, ceu alicui animali contingenter album inest, sed omni non amplius contingenter, nam cygno ex necessitate, propter hoc igitur non mutauit particulares in vniuersales. Sed videamus etiam quæ dicuntur in his verbis, inquit. Nihil enim prohibet a transcendere A, id est potest medium accipi de quo non omni primus terminus prædicatur, & nō adæquatur primus medio quamuis aliquando posset adæquari, ceu quando somniantem videre & dormire acceperimus, nam videre in somnium & alicui dormienti cōtingit inesse & oī, & econtra omni dormienti cōtingit in somnium videre, vel comedere, vel ambulare, & quæcunque talia, in quibus igitur inquit non æquatur primus terminus medio, sed transcendit, & medius excedit prædicationem primi, in his potest omni & nulli concludi, siue ambæ fuerint affirmatiuæ propositiones, siue ambæ negatiuæ, siue ambæ indefinitæ, siue particulares. Iidem termini possunt adaptari quos apposuimus in omnibus & qui sunt his persimiles.

Quo autem a transcendit A, accipiatur c. huic enim neq; omni, neque nulli, neq; alicui, neque non alicui cōtingit A inesse, siquidem conuertuntur propositiones, secundum contingere, & a pluribus contingit quam A inesse. Amplius & ex terminis planum, ita nanque se habentibus propositionibus, primum vltimo & nulli contingit & omni inesse necessarium, Termini vero communes omnium, quòd ex necessitate insit, animal, album, homo, quòd non contingat, animal, album, indumentum. Planum itaque quòd hoc se terminis habentibus modo, nullus fit syllogismus, aut enim inexistendi, aut ex necessitate, aut contingendi omnis est syllogismus, quòd quidem inexistendi ac necessarij non sit, planum, affirmatiuus enim priuatiuo tollitur: priuatiuus autem affirmatiuo, superest igitur vt contingendi sit: hoc autem fieri nequit, monstratum. n. est, quòd ita terminis se habentibus, & omni postremo necesse est primum, & nulli contingit inesse: quare esse non posset contingendi syllogismus: necessarium nanque non erit contingens.

Inquit, si pars illa medij termini, id est B quatenus excedit prædicationem ipsius A. dico inquam primi termini & acceperimus nos partem illam, in hoc inquit, inueniemus conclusionem nullam, neq; vniuersalem, neque particularem, neque affirmatiuam, neque negatiuam. Deinde probans hoc inquit siquidem conuertuntur propositiones secundum contingere, & a pluribus contingit quam A inesse. Planum est igitur quod cū hoc modo se habuerint termini nullus fit syllogismus eo mō. s. dicto proxime, si maior perticularis fuerit, nam si necesse est (inquit) omnem syllogismum, vel necessarium, vel de inesse, vel contingentem esse, & ostenditur neuter horū concludens esse per ꝓpositiones. Videntur itaq; omnino esse assyllogistici, nam eo ꝙ concludunt affirmatiuum necessarium, tunc tollitur ipsum de inesse, contingens & necessarium negatiuū, & eo quod concluditur necessarium negatiuum, tunc tollitur affirmatiuum necessarium, de inesse, & contingens, quemadmodum demonstrauimus.

Manifestum itaque & quòd si vniuersaliter termini exstiterint in contingentibus propositionibus, semper fit syllogismus in prima figura, & si prædicatiui fuerint, præterquam quòd si prædicatiui quidē sint, perfectus, si vero priuatiui, imperfectus.

Nam in alijs modis non oēs ex ambabus propōnibus vlibus cōiugationes fuerunt syllogisticæ sed de cōtingenti in prima figura, oēs (inquit) demonstrauimus syllogisticas quouis modo se haberent secundum qualitatē, sed quasdam pfectas per seipsas ostensas, & quasdam impfectas et operē conuersionis indigentes, dico, scilicet transmutatione negatiuarum in affirmatiuas.

Accipere autem opus est, Contingere, non quod in necessarijs: sed secundum dictam determinationem. plerunque autem latet, quod tale est.

Sæpe inquit nos latet ipsos dicētes hoc contingere huic, an cōtingenter illud insit, an necessario, quod quidem & ipse falsus est, cen qñ diximus contingere omni homini album inesse. Nā ex necessitate alicui inest, ceu Scithæ, & alicui ex necessitate nō inest, ceu æthiopi. Propter hoc inquit, quod oportet ipsum contingere non cum necessario accipere, sed cum proprie contingenti ſm eam diffinitionem & determinationem ꝗ de eodem diximus.

Caput

Caput quartum. Mistio contingentis & inexistentis in prima figura.

SIn autem propositionum hac inesse, illa accipiatur contingere: quum quæ ad maius est extremum contingere significet & perfecti omnes erunt syllogismi & contingentis secundum determinatam determinationem.

Cum disseruisset de natura contingentis & determinasset quid esset contingens atque de cõuersione eiusdem dixisset, dixit de syllogismis. cum dixerit de contingentibus ex ambabus ꝓpõnibus, nunc consequẽter de mixtione ipsius dixerit. Miscet itaq; ipsum cum ipso de inesse. In his igitur qñ altera fuerit contingens maior, & minor de inesse, tunc erunt syllogisticæ cõiugationes, sed quando maior propositio propriam quantitatem seruans dico, scilicet vniuersale, & minor qualitatem dico. s. affirmationẽ & omnes tales syllogismi perfecti sunt. Nam neque egent conuersione neque deductione ad impossibile, sed quando maior fuerit de inesse, & minor contingens, tunc erunt syllogisticæ cõiugationes, & quando sola maior vl̃is fuerit, vel non amplius minoris propositio, qualitas determinata esse debet. Nam etiam fieret syllogistica coniugatio, si rursus mutata propositione minori negatiua contingenti in affirmationem. Hæ igitur sunt coniugationes syllogisticæ in hac figura, concludunt autem cõclusionem contingentem habentes maiorem contingentem, & habentes maiorem de inesse nõ concludũt, inquit, ſm determinationem & definitionẽ contingentis, sed concludũt vel ipsum non oĩ, vel ipsum nulli ex necessitate inesse, q̃ sunt negatiuæ non rem tollunt, sed modum necessarium tm̃. Et sublato necessario modo cõclusiones contingentes ex necessitate erunt, sed non inquit contingentis ſm determinationem, sed cõtingentis ad dimidium. quid autem hoc sit sciemus qñ disputabimus de ipsis ꝓpositionibus, nunc autem duntaxat exponit eas coniugationes quæ habent maiorem cõtingentem, & ostendit contingentes conclusiones concludi. Sed videamus quæ deinceps sequuntur.

Quum vero quæ ad minus & imperfecti oẽs, & priuatiui syllogismi contingentis non secũdum determinationem, sed eius quod est nulli aut non omni ex necessitate. Si.n. non omni aut nulli ex necessitate contingere dicimus, & nulli & non omni inesse contingat.

Merito omnes syllogismi qui habent minorẽ contingentem sunt imperfecti. Nam perficiuntur vel per conuersionem vel per ostensionem ad impoſſe, sed priuatiuas ex necessitate inquit concludere nulli, vel non omni quod etiã contingens est, non tñ illud quod determinauit. Quod vero contingens est per ea quæ sequuntur deinceps concludit. Nam si nulli vel non oĩ ex necessitate contingere dicimus & nulli & non omni inesse merito, nam si nulli homini ex necessitate inest ambulare, contingenter prorsus alicui inest.

Contingat nanque A omni B. B vero omni C ponatur inesse: quoniam igitur C est sub B. omni autem B contingit A, planum quòd & C omni contingit: fit itaque perfectus syllogismus. consimiliter & si A B propositio extiterit priuatiua B. C vero affirmatiua, & A C quidem contingere B. C autem inesse accipiatur, perfectus erit syllogismus quòd A contingit nulli C inesse.

Exponit coniugationes ex maiore contingenti, & inquit eas concludere conclusionem contingentem. Nam si A omni B contingit inesse, igitur omnibus partibus ipsius contingentis inest. Sed pars ipsius B est C. Equidem supponitur omni C ipsum B inesse, igitur A cõtingenter inest C quod est pars ipsius B, sed termini hi sunt, disputare, ambulare, homo. Nam disputare omni ambulanti contingenter inest, sed ambulans omni homini inest. Nam supponantur oẽs hoĩes ambulantes esse, concluditur conclusio disputare oĩ homini contingit inesse, Hæc aũt dicimus maiore priuatiua accepta & minore affirmatiua. Nam si A contingit nulli B, igitur omnibus partibus ipsius contingentis inest, sed pars ipsius B est ipsum C. Nam supponitur omni C ipsum B inesse, igitur nulli C contingit A inesse, vnde quoq; termini hic possunt adaptari.

Quod igitur si inexistens ad minorem ponatur extremitatem, perfecti fiant syllogismi, manifestum: sed quòd dum econtrario se habeat, erunt syllogismi, per impossibile monstrandum: simul autẽ clarum erit & quòd imperfecti: monstratio nanque non est ex acceptis propositionibus.

Inquit quod oẽs propositiones quæ habent maiorem contingentem, & minorem de inesse, cum sint syllogisticæ, perfectæ sunt. Nam nec egent ostensione per conuersionem nec per ductionem ad impossibile, sed quæ his opposito modo se habent, dico, scilicet quæ habent maiorem de inesse, & minorem contingentem ostensæ ostensione indirecta, scilicet vel per cõuersionem, vel per deductionem ad impossibile, imperfectæ sunt. Nam omnes, quæ non ostenduntur ostensione directa imperfectæ sunt.

Cæterum primo dicendum est, quoniam si dum A fuerit, necesse est B esse, & dum possibile A extiterit, possibile erit, & B ex necessitate. Sit.n. ita se habentibus in quo quidem A possibile, in quo autem B impossibile, si igitur possibile vtiq; fieret, quando possibile esse fieret, impossibile vero quando impossibile fieri nequeat: simul autem si A possibile & B impossibile, contingeret vtique A fieri posse sine B. si vero fieri & esse factum nanque quando factum fuit est.

Assignaturus coniugationes ex maiore de inesse & minore cõtingenti, prius accipit aliquo theorema sibi conferens ad ostensionem horum. Nam quia omnes ostẽduntur per impoſſe, & transmutatione ꝓpõnũ inter se. s. contingentis in eam de inesse, & ecõtra ipsius de inesse cõtingentẽ. Sed hoc q̃uis falsum sit, nõ tñ est ipoſſe, sed poſſe. Nã cõtingens potest exire & fieri de inesse & de inesse interruptum est, quoniam talem etiã naturam habet vt rursus fieri queat contingens. Qm̃ igiẽ mutans propõnes deductione ad impoſſe ostendit has coniugationes, ne quis dicat qđ ob mutationem ꝓpõnum secutum est impoſſe, ob id prius ꝓposuit ostendere, qđ nunquam põt accidere vt aliqđ impoſſe sequatur aliq̃ suppositionẽ, sed prorsus ex poſſe sequeẽ possibile, siquidem igiẽ mutatio propõnum fieri põt & nõ impoſſe est, atq; ex possibili nõ sequetur impoſſe. igiẽ ex nulla mutatione ipsarũ sequetur impoſſe. Ostendit aũt hoc sic. Sic inquit A existẽre, necessario sequi ex ipso ipsum B, qa igitur A est antecedens, & B sequẽs, necesse est (inquit) si A poſſe erit, vt etiã B poſſe sit. Nam si hoc falsum est, & accidit A possibile existente B esse impoſſe supponatur sic, quia igiẽ A possibile est, & possibile fieri potest, A exeat igiẽ ad actum, sed postq̃ exijt profecto est, si ergo A est, & B supponiẽ quod ipsum A ex necessitate sequaẽ, igiẽ B erit, sed quia cõtradicentes aiunt B sequi ipsum A & est impoſſe esse, & quod est impoſſe esse nõ est, igitur B non ast atqui supponebaẽ etiã esse. Nã ex necessitate sequebaẽ ipsum A, igitur idem est, & non est, quod est impossibile, igiẽ ostensum est per hæc quod omnino necesse

est, vt id quod sequitur poſe sit posſibile. Sic ergo Arist. ostendit tale. Stoici vero cum nequeant huic demonstrationi contradicere, per quædam exempla nituntur refutare rõnem Philosophi. Nam posſibile quod sequitur posſibile est impoſe esse. Nam dico quod si mortuus est Dion, sequitur hoc quòd is est mortuus, igitur Dionem mortuum esse poſe est, sed hunc mortuũ esse est impoſe, sequitur aũt prorsus hoc, Dionem mortuũ esse, ex hoc, hunc mortuum esse. Si ergo moritur Dion oĩno & is demonstratus profecto mortuus est, sed hũc mori impoſe est. Nã illud {hunc} demonstratiuum est & aliquam rem significat, sed mori vel mortuum esse, non est ens, & ens impoſe est non esse, igitur hunc mortuum esse est ĩpoſe, & ex hoc sequitur Dionẽ mortuũ, videlicet, poſe, igit̃ impoſe sequitur aliquod poſe. Rursus si erit nox, ipsa dies non est, sed hoc .s. diem non esse est impoſe, igitur ex ipso esse noctem quod est poſe, illud sequetur non esse hanc diem ꝙ est impoſe. Hæc igitur Stoici dicunt. Nos aũt ad hæc respõdemus ꝙ oportet proprie consequens in plus esse quam antecedens, quod si fuerit in minus nõ sane sequetur antecedens, ceu sequitur hoĩem esse ex necesſitate animal, esse igit̃ proprie cõsequens est aĩal quod etiam in plus se habet. Nam prorsus sequitur hoĩem esse, similiter etiam equũ vel canem esse, tñ non amplius si acceperimus antecedens aĩal & consequens hoĩem vel equum, vel canem. Equidem non recte amplius sequetur, neque proprie erit consequens. Nam minime aĩal sequitur, homo, vel equus, vel aliquid tale, quia particularius est & in minus antecedens, si ergo hoc ita se habet, & oportet oĩno consequens in plus esse q̃ antecedens, nõ igitur pulchre recteq; accipitis Stoici, antecedens Dionem mortuum, & hoc consequens hunc mortuum. Nam in plus est Dion mortuus est q̃ hoc hic mortuus est, nã Dion mortuus est de ampliori tpe accipitur, & de illo quo viuit, & de illo quo mortuus est. Sed illud {hic} de solo tpe vitę accipitur, igitur in plus est Dion q̃ illud hic, ob id igitur posſibile aliquid videbatur sequi, eo quod acceptum erat non proprie consequens, ceu si dixerimus de homine, si animal est hic etiam equus est, quemadmodum igitur si Dione existente æquiuoco dicebamus simpliciter sic si Dion mortuus est, & hic forte mortuus est, verbi gratia est Thessalia, & deinde sic ĩferamus, Dion mortuus est qui ex Athenis, demonstrauimus aliquod impoſe sequi antecedẽs, .s. non mortuum Dionem mori, qui quidem paralogismus ob nil aliud fit q̃ quia acceptum est æquiuocum antecedens, & ob id in plus, sed consequens particulare, ceu de Atheniense. Sic etiã hic dicimus quod nulla alia de cã factus est paralogismus, q̃ eo quod cõsequens accipiebatur particularius, præsertim cum nunq̃ antecedente sublato tollitur consequens, imo contrarium cõsequens tollit antecedens, ceu præcedit homo sequitur aĩal sublato hoĩe non sit̃ tollit̃ aĩal, sed sublato animali tollitur etiã homo simul. Si ergo hæc est natura cõsequẽtis, vt sublato antecedẽte simul non tollatur, male igitur acceperunt terminum sequentem qui tollitur sub añte. Nam qñ dicimus ꝙ Dion mortuus est, tollimus hoc vt de ipso dici posſit {hic} siquidem {hic} est demonstratiuus de rebus subsistentibus, sed quod est mortuum non subsistit. igitur male accepimus consequens quod tollitur sub antecedente, non aptum natum tolli simul cum añte, imo contrarium antecedens seipso simul tollens, hoc autẽ accidit rursus, per eãdem autem potest etiam æqualiter esse, quando etiam æqualiter causam, quia vult consequens esse in plus quam antecedens. Sic se habent termini ĩter se ęqualiter, ceu de hoĩe, & risibile nihil nobis hoc ad propositum, nisi quia imposſibile est antecedens in plus esse quam consequens. Præterea illud etiã dicimus, quod secundum ipsos Stoicos nomina significant proprie quale & proprie qualitate accidentia imprimunt vnamquamque substantiam, igitur imposſibile est Dionem dicere de mortuo cum non sit proprie, sed vel corruptum est vel in corruptionem tendit. Cum ergo hoc imposſibile sit, dico .s. dicere de mortuo quòd Dion est vbi aliquod imposſibile sequitur, non est mirum. Si autem dicunt quod secundum relationem dicimus Dionem ceu quando Dion est. Respondebimus quod nos etiam illud (hic) secundum relationem accipiemus qñ hic erit, & hic nõ erit impoſe, sed posſibile. Etenim plura dicimus sm̃ relationem de præterito tẽpore & futuro, ceu quando diceremus quod sepulchrũ hoc est Achillis, sæpe neq; quibusuis reliquiis ossibusq; Achillis existentibus in ipso sepulchro, sed profecto illius qui quondam fuit Achilles. Rursus de domo habitanda dicimus, quod hæc domus est Platonis domus, sed constat quod futura est domus. Quod quidem igitur non accidat posſibile existente antecedente consequens imposſibile, patet, sed econtra quum accidit cõsequens est posſibile, põt esse antecedens imposſibile, ceu si quis dicat seipsum esse asinum, & ĩferat statim se esse animal. Nam in his consequens est posſibile, sed añs imposſibile. Nam imposſibile est hoĩem esse asinũ, sequebatur tñ asinum esse animal esse, & posſibile est hoĩem animal esse, quare ipsum imposſibile sequitur posſibile. Sic etiam Aristo. in secundo lib. ostendit falsas propositiones sequi conclusionem verã, ceu si quis dicat, ꝙ hõ est canis, & canis est aĩal, igitur homo aĩal, in his aũt medius terminus non habet principatum & dominium conclusionis concludendæ ceu oportet syllogisticas coniugationes habere, sed per naturã extremorum conclusio concluditur. Cum igitur octo sint coniugationes ex posſibili & imposſibili, sit cõseqnẽs & antecedens necesse est vt cum sit antecedens poſe, consequens sequatur vel posſibile vel impoſe. Rursus posſibile consequente antecedens erit, vel posſibile, vel ĩposſibile, & hi quatuor sunt posſibilis vel consequẽtis vel antecedentis coniugationes. Quod si rursus acceperimus imposſibile antecedens, necesse est consequens vel esse etiam ipsum imposſibile, vel posſibile. Rursus si acceperimus consequens imposſibile esse, antecedens vel erit ĩpoſe vel posſibile. Cũ igitur octo sint coniugationes, quod antecedente posſibile prorsus consequẽs posſibile erit & nõ ĩposſibile, patet ex his quibus Arist. demonstrauit. Etiam in eisdem constat ꝙ posſibile cõsequenti accidit posſibile esse antecedens, ꝙ imposſibile consequente non accidit posſibile esse antecedens, quare habemus quatuor coniugationes ostẽsas. Quod vero antecedente imposſibile accidat sequi posſibile nos ostendimus. Et ex hoc patet quia posſibile consequente accidit imposſibile esse antecedens, quare habemus sex coniugationes. Rursus imposſibile antecedente, non est mirum imposſibile sequi & pręcedere cõsequens, quare habemus octo coniugationes.

Verum oportet accipere posſibile atque imposſibile nõ solum in generatione, sed & in eo quod est verificari & inesse, & quotcunq; modis aliter dicitur posſibile, in omnibus enim consimiliter se habebit.

Cum

Cum õstenderit quod antecedente possibile existẽte, necesse est etiam sequi couseques possibile per hæc, inquit ꝙ illatio hæc non solum de proprie possibili est, quod inquit esse in generatione.i.ꝙ nondum est, sed potest inesse, quandoquidem in idem veniat possibile natura cum ipso contingenti, sed impossibile est in gñatione ceu in profundo videri testam impossibile est, sed boc impossibile nou natura sed generatione. igitur nou solum inquit in hoc seruatur hęc illatio, sed etiã in ipso possibili secundum ꝙ verificatur.i.secundum necessarium. Nam sæpe diximus quod possibile & cõtingens dicuntur de necessario & de ipso inesse, ceu dicimus possibile esse Solem ĩ Ariete, quãuis sit necessarium, atq; Scytham possibile esse vt albus sit quãuis sit. Vel enim prorsus possibile est, vel non possibile sed non possibile est falsum, igi ur possibile, equidem impossibile dum verificatur est impossibile proprie, & in ipso inesse. Similiter inquit illatio possibilis erit cum ipso secundum necessarium, & secundum ipsum inesse, sed quia necessarium semper eodem modo se habet, & qui de ipso aliquid dicit oĩno verum dicit, ob id volens secundum ipsum necessarium significare possibile, inquit ipsum esse dum verificatur. Et quot alijs modis dicitur possibile adiecit, vt significaret contingens vt in pluribus æqualiter & raro. Verum Diodorus alia quædam significata ipsius possibilis esse inquit, nam possibile esse ait vel id quod iam exijt ad actum quod diximus nos de inesse, vel id quod potest exire, & nõdum exit. Et Philo. inquit possibile esse vel quod exijt ad esse, vel quod potest exire, sed nunquam exiuit, ceu dicimus sensibilem esse testam iu profundo. Sed Aristo. inter hos medius ab his alienus proprie significatum possibilis nobis tradidit quod inquit, esse illud ꝙ nondum exijt, sed potest exire.

Amplius existente A B *esse, non oportet existimare tanquam si unum esset* A B *fore, nihil nanque est ex necessitate vno quopiam existente, sed duobus minimis.*

Quia non exercuit sermonem in pluribus propõnibus sed velut in duobus terminis conuertentibus inuicem, ob id hæc subiunxit, dicendo, quod non velut de vna propositione accepimus hãc demõstrationem, sed velut de syllogismo. Nam accipimus A proportionale ipsis ꝓpositionibus & B loco conclusionis. Inquit igitur necesse est cum fuerint propositiones possibiles, vt etiam cõclusio sit possibilis, & quod impossibilis nunquam sequatur ex propositionibus possibilibus. non.n. erit aliquid ex necessitate, vno quodam existente inquit, id est vno quodam pręcedente nulla conclusio sequetur. Cur igitur homine existente, necesse est animal esse? Sed non inquit de his illationibus & consequentibus, sed de syllogismis vt dicebam, qđ vna propositione existente non erit aliqua conclusio, sed oportet ad minimum duabus constare propositionibus, vt sæpe dictum est.

Sicuti quum propositiones ita se habeant veluti dictum est secundum syllogismum: nam si C *de* D, D *autem de* F *&* C *de* F *ex necessitate: & si vtrunque possibile & conclusio erit possibilis, ac si quispiam poneret* A *propositiones,* B *vero cõclusionem, euenire posset, non solum* A *necessario existente, simul &* B *esse necessarium, sed & possibili possibile.*

Accipit autem ꝓpõnes B D & D Z, conclusionem vero C Z. Quum igitur inquit sic cõplicatæ fuerint (vt diximus) secundum regulam & viam syllogisticam, necesse est vt etiam conclusio sequatur, sed sequitur vt se habuerint propositiones, nam cum fuerint possibiles, prorsus necesse vt sit possibilis etiam conclusio, quod si necessaria, præmissa quoq; conclusio necessaria erit.

Hoc autem monstrato, planum quod falso supposito & non impossibili, & conclusio propter hypothesim falsa erit & non impossibilis: veluti si A *falsum quidem est, non tamen impossibile, quum uero* A *sit* B *est: &* B *erit falsum quidem, non tamen impossibile, quoniam monstratum est quod* A *existente* B *est, & possibili existente* A *erit* B *possibile, suppositum autem est* A *possibile esse, &* B *erit possibile. si enim impossibile simul possibile erit & impossibile idem.*

Monstrato inquit quod prorsus existente antecedente possibile necesse est etiam prorsus esse etiã consequens possibile, si inquit velut in suppõne acceperimus aliquod antecedens quod sit falsum, per idipsum secundum suppositum acceptum & nondum in actum exierit, impossibile autem non est quia possibile exijt ad actum, propter quod etiam consequens ex hoc falsum erit, sed impossibile non erit, ceu si sedente Socrate dicamus ꝙ si ambulat Socrates necesse est eriam vt moueatur. Accipio antecedens ambulare Socratem quod falsum est, nam supponitur sedens, non tamen impossibile, igitur & consequens hoc.s.ipsum moueri: falsum igitur est, sed non impossibile. Rursus dicere nõ existente die, si dies est, sol super terram, similiter etiam consequens & antecedens falsum est, sed non impossibile, nam si oĩno sequitur (inquit) B ipsum A est possibile, prorsus necesse est etiam B esse possibile, nam si impossibile erit B & sequetur ipsum C, itaque possibile & impossibile erit, nam si sequitur ipsum A ex necessitate possibile erit, est etiam impoſe vt suppositio erat sic volentium, idem igitur possibile & impossibile erit, atque ens & non ens, quod est absurdum, igitur falsum est supponere vt ex possibile sequatur impoſe. igitur verum est possibile sequi quod oportebat ostendere.

Determinatis vero his insit A *omni* B, B *autem omni* C *cõtingat: necesse itaq;* A *omni* C *cõtingere inesse, nõ.n. cõtingat.* B *vero omni* C *ponatur tanquã inexistens, hoc falsum quidẽ, non tñ impossibile: si itaq;* A *non cõtingit omni* C, B *vero omni inest* C A, *non omni* B *contingit, fit.n. syllogismus per tertiam figuram, verum suppositum fuerat omni contingere inesse: necesse igitur* A *omni* C *contingere: falso.n. supposito & non impossibili, quod accidit est impossibile.*

Hic deinceps nobis tradit coniugationes ex maiore de inesse, & minore cótingente, & inquit cõtingentem cóncludit conclusionẽ. Sed primo tradit coniugationem ex duabus vl̃ibus affirmatiuis, & ipsam ostendit sic A inquit, insit omni B, & B cõtingat omni C, dico (inquit) quod cócludit̃ A omni C cõtigere inesse. Nã si qs diceret hãc esse falsam cõclusionẽ, patet qđ oppositũ cõtradictorie verũ esse dabit.s. non cõtingit omni. Supponatur igit̃ A non omni C cõtingere, quibigitur nõ contingit oĩ, æquiualet huic necesse non oĩ. nam quod non contingit oĩ, hoc necesse est non oĩ, nã si non contingit omni aĩali bipedem esse, necesse est non esse aĩal bipedem esse, si ergo æquiualet, supponat̃ A & C ex necessitate non oi inesse, rursus quia B supponitur oĩ C contingere inesse. Supponat̃ contingens exijsse & factum esse in actu, nã si hoc falsum, tñ nõ impoſe, si ergo A necesse est non oi C inesse & B oĩ C inesse, fit tertia figura ex necessarijs & ꝓpõnibus de inesse. Equidem ostensum est in tertia figura quãdo maior fuerit necessaria particularis negatiua, & minor vl̃is de inesse affirmatiua, qđ concluditur conclusio particularis de inesse negatiua,

igitur A oi B inest, supponebatur etiam oi inesse, igitur idem eidem oi & non oi inerit, quod est impoſe. Vnde ergo sequutum est impoſe? Dico quod eo quod supponebatur A non oi C inesse contingere, sed ergo ex hac suppositione aliquod impoſe secutum est, igitur falsum est dicere quod concluditur non contingit oi. Si autẽ hoc falsum oppositum erit verum, s. contingere oi qđ oportebat oñdere. Sed quidam dubitant contra hanc oñsionem Arist. quorum dubitationem dignum est cõsiderare cum non sit inepta, nã inquiunt ꝙ nullum impoſe accidit si supponamus concludi A non oi B cõtingere, nam cur non concludebatur ꝙ A non oi B inest, sed inerat etiam oi. & hoc falsum est idem oi & non oi inesse, non tñ impoſe, nam si de inesse est tale, vt etiam aliqñ possit non inesse, igitur poſe est & illud oi inesse, aliqñ non oi inesse. Vt igitur dicunt cur non transmutatis contingentem in necessariam, quod quidem falsum est, verumtñ non est impoſe. Quid ergo absurdi erit, si ex ꝓpõne falsa & non imposſi concluderetur cõclusio falsa & non imposſis? Quid ergo ad hæc nos dicimus? sic inquam quod transmutatio cõtingentis in illam de inesse non eodem tpe neque manente contingenter ipsa contingens fit de inesse, nam hoc non solum est falsum, sed etiam impoſe, vt eadem propõ sit simul contingẽs & de inesse, sed trãsmutata est ꝓpõ à tpe futuro in præsentem, siquidem contingens indicet futurum & ꝓpõ de inesse præsentem, igitur mutare contingentem in necessariã, & si falsum sit quod pro futuro tpe accipimus præsens, non tñ hoc est impoſe, vt aliqñ contingens fiat de inesse, sed cum eadem propõ manserit vñs affirmatiua de inesse, & non transmutata in alteram, concluderetur ex suppõne non contingere oi C ipsum A inesse, quia A nõ oi B inest, & impoſe est ẽm idem tẽpus idem eidem oi, & non oi inesse, quare non solum falsum est tale, sed ẽt impoſe. Videamus igitur vnde impoſe secutũ est duabus suppõnibus positis, vna quidẽ dictæ A, non oi C conting., & altera mutante minorem propõnem contingentem in illam de inesse, necesse est oino per alteram harũ sequi absurdum. Quod igitur per mutationem contingentis in illam de inesse non secutũ est impoſe, patet. Nam si poſe est mutare contingentem in illam de inesse & non est impoſe, & ostensum est paulo prius quod nunquam supposito poſi aliquod impoſe sequit. Nã ob id prius acceptũ est theorema de hoc, igiẽ patet quod non propter hanc suppositionem impoſe secutum est, igitur relinquitur per alteram, s. A ipsi C, nõ contingere oi dicentem inesse. Si ergo falsa est probata hæc suppõ esse, patet quod oppositum huic concluditur, contingit omni quod oportebat oñdere. Videamus quoque Arist. demõrationis illationem. Nam habet aliquid occultius exponens propõnes, & dicens ꝙ contingere oi cõcluditur, probat hoc deductione ad ipoſe suppones oppositum contradictorie non cõtingit oi. Sed B ipsi C ponatur inesse. Supponens oppositum conclusioni transmutat etiam minorem propõnem B C in illam de inesse, vt iam diximus. Nam hoc & si falsum est, non tñ impoſe. Diximus aũt quod etiam non contingit oi C ipsum A, quod ex suppõne accepit quod cõclusum transmutat in necessariam æquiualẽtem alicui, & hoc quidem per se non vr̃ Arist. transmutare, licet ex conclusione videatur hoc velle. Nam inquit concludendo ipsum A non omni B contingit, pro hoc non oi inest, nam contingens pro ipso inesse dixit, & quod hoc est concludens absurdum inquit. Sed suppositum fuerat oi contingere inesse. At qui non supponebatur A omni B contingere, sed contingere pro inesse inquit, quod igitur dicebam, patet, ꝙ mutauit hanc non contingit omni in hanc necesse alicui, quia si non mutauit, patet ꝙ in tertia figura ex maiore contingenti particulari, & minori de inesse affirmatiua aliquid debuit cõcludi, nam nil dixit de ipsis, sed de mixtione necessarij & de inesse dictũ est, quo circa consugit ad concessum, igitur necesse est A omni C contingere. Nam si ex suppõne dicente non contingit oi concludi sequitur aliqđ impoſe erit A B oi & nõ oi inesse, sed erat suppõ vt ipoſe sequeretur, itaque falsa est, patet ergo quod oppositum erit verum contingere oi qđ quidẽ oportebat oñdere. Non. n. inquit certe per mutationem contingentis in illam de inesse impoſe conclusum est, nam falsa existente suppõne & non imposſibili, nunquam impoſe secutum est, vt oñsum est, nõ igitur ob id acciderer ipoſe.

Verum & per primam figuram licet facere imposſibile ponentes B inesse ipsi C. Si enim B omni C inest, A vero omni B contingit, & C omni contingeret vtique A, sed fuerat suppositum non omni contingere.

Alio modo ostendit impoſe sequi suppõnem dicentem non contingere omni concludere præpositam cõiugationem. Ostendit autem hoc accipiendo vtranque ꝓpõnem in alteram, dico aũt maiorem de inesse in cõtingente mutatam & minorem contingentem mutatã in illã de inesse. Nã si A oi B cõtingit inesse, & B oi C inest, concluditur conclu qđ A oi C contingit inesse. Nã paulo ante hoc ostensum est, atqui suppositũ erat A, non contingere oi C de inesse, vt suppõ, igitur idem eidem contingit oi & non oi, quod est impoſe, cum igiẽ sequatur impoſe, non permutationem alterius propositionum. Nam ipsæ falsæ fuerunt, non tñ impoſes, &. nullum impoſe sequitur est posſibili, vt ostensum est, sed patet quia supponebatur A inesse non contingeret omni C. Et potuit Phs transmutare primas propõnes, per se contingere omni concludentes. Nam hoc concludebãt & non egebãt deductione ad impoſe, tñ ex abundantia licentiaq; aliquorum supponebatur oppositum, & oñdit hoc impoſe. Sciendum aũt est ꝙ nõ est hęc proprie deductio ad impoſe. Nam deductio ad impoſe supponens oppositum illi ex principio, & hoc propositionem faciendo & addens ipsi aliquam propositionem positam ex principio, sic ostẽdit imposſibile ꝙ põt esse vt sæpe per ea quæ prius accepimus demonstrauimus, sed illam hic non contingit oi non efficit partem syllĩ, sed positas ꝓpões conuertentes & mutantes illa vicissim & ostendentes conclõnem esse contingere oi C A inesse, in contradictionem incidemus quod est impoſe inquit. Sciendũ aũt quod etiam si vnã solam propõnem conuerterimus ad alteram similiter sufficeret idem ostendere impoſe factum esse, nã siue maiorem contingentem fecerimus, fit syllogismus ex ambabus contingentibus affirmatiuis concludens conclusionem contingentem vr̃em, & rursus contradictio sequitur siue minorẽ illam de inesse mutauerimus fit syllogismus ex duabus de inesse concludens conclusionem affirmatiuam, & similiter rursus absurdum sequitur. Nam idem eidem vel inest, vel cõtingit inesse, vel contingit omni quod est imposſibile.

Sumere vero oportet omni inesse non secundum tempus determinantes, puta nunc, aut in hoc tempore sed simpliciter (namque per has propositiones & syllogismos facimus) Quod si propositio secundum nunc accipiatur, non erit syllogismus,

gismus, nihil enim fortasse prohibet aliquando omni moto hominem inesse, veluti si nil aliud moueretur, motum vero contingeret omni equo, sed hominem nulli equo inesse contingit.

Quod vult dicere tale est, quum accepimus (inquit) vniuersalem affirmatiuam de iesse propositionem, ceu nunc accepimus A de omni B, prædicatum non oportet de omni tempore verum, sed semper quia asyllogistica erit coniugatio, nam concludent ex necessitate ipsum nulli, ceu si dixero hominem, motum, & equum, nam his vsus est terminis, & dico sic homo omni moto inest, nam supponantur sola mota esse homines, motum omni equo contingit inesse, concludetur homo ex necessitate nulli equo inesse, ex propositionibus de inesse & contingenti conclusionem necessariam negatiuam concludens. Sed hoc inquit, accidit quia accipiebatur maior propositio in tempore verificata quando homines solum mouebantur, quare inquit obseruandũ est tale, vt propositiones sumantur, non secundum tempus veræ, sed simpliciter idest vniuersaliter.

Præterea sit primum animal, medium motum, vltimum vero homo, propositiones itaque consimiliter se habebunt, conclusio vero necessaria, non cõtingens, ex necessitate enim homo est animal. Manifestum itaque quòd vniuersale accipere oportet simpliciter, & non tempore determinantes.

Per hæc mutat minorem terminum, & seruans propositiones vt a principio secundum qualitatem, & modos, ostendit conclusionem, & illud omni ex necessitate. Nam si animal omni moto inest, si rursus mota animalia erunt solum, motum omni homini contingit inesse, concluditur perspicuo quod animal omni homini ex necessitate inest, & illud contradictorie oppositum contingere omni est, huic ex necessitate nulli, quod quidem demonstrauit in terminis ante hũc. Sed quoniam prorsus abundantia terminorum, concludentium etiã illud ex necessitate omni, huius gratia hoc subiũxit. Sed vnde vniuersaliter illud nobis suppeditauit, scilicet concludere ex necessitate omni, quia accepit minorem terminum qui sit species maioris. quare neque oportet maiorem terminum, accipere tempore definitum, neque minorem cum sit species prioris, alioquin non concludemus, contingens.

Rursus sit priuatiua vniuersaliter propositio A B, & sumptum sit A, inesse nulli B, B vero omni contingat C inesse, his itaque positis necesse est A contingere nulli C inesse.

Cum dixerit coniugationes ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis, nunc ponit eam ex minore vniuersali negatiua de inesse, & minore vniuersali affirmatiua contingente, & concludit contingere nulli C A. Ostendit etiam hanc eadem demõstratione. Dico autem mutatione, & deductione ad impossibile. Si A inquit nulli B inest, & B oĩ C contingit inesse, dico inquit, quod etiã A nulli C contingit inesse. Nam si hoc falsum, verũ erit contradictorie oppositum non contingit nulli inesse A ipsi C. Hoc autem rursus idem est cũ hoc alicui necesse est. Nam quod non cõtingit nulli inesse, hoc necesse est alicui inesse. Si etiam non mutatur, hoc rursus ipse per propositiones perspicuo concludit, & quod ipse vult hoc est. Si ergo A, necesse est alicui eorũ quæ sunt C inesse, & B inest omni C (Nam rursus mutetur contingẽs in illam de inesse ob claritatem & præstantiam eius,). igitur A alicui B inerit. Sed suppositum erat nulli, igitur idem nulli & alicui ꝙ est impossibile, & impossibile rursus secutum est non per transmutationem contingentis in illam de inesse. Si.n. falsa erat, sed non impossibilis, itaq; patet quia supponebamus illud necesse alicui C inesse A vel non contingit nulli, nam idem est, igitur hoc est falsum, & verum erit oppositum contradictorie cõtingit nulli, quod quidem oportebat ostendere per impossibile ꝙ contingit nulli concludit, inducit etiã p hæc & inquit quod hæc conclusio non est ipsius contingentis s̃m determinationem, i. non est hoc cõtingens q̃d definiuimus à principio, quod dicebamus etiã cõuerti s̃m affirmatiuas & negatiuas, sed non est conclusio ipsius nulli ex necessitate, quod dimidiũ cõtingentis esse ĩquit. Sed quonã pacto hoc se habeat, ostẽdemus exponentes omnes propositiones in quadam descriptione.

	per seipsam pugnat.	
Non necesse omni		Necesse omni
Non necesse alicui		Necesse alicui
Non necesse non omni		Necesse non omni
Contingit nulli		Non contingit nulli
Contingit omni	per contingere oĩ pugnat.	Non contingit omni
		Continet duas

Hanc, contingit nulli, volens oñdere concl̃onem accepit contradictorie oppositã huic non contingit nulli, vt ostendens aliquod impoſſe sequi ex hac, cõcludat oppositam contradictorie ipse, cõtingit nulli. Sed quia vt dictum est, ostenditur per tertiã fig. deductio ad ĩpoſſe accipientibus nobis velut vnam propõnem syllogismi conclusionẽ acceptã ex suppõne, & transmutantibus minorem ꝓpõnem in illa de inesse. Equidem incertum est in tertia fig. ex mixtione ipsius inesse, & contingentis qualis fiat cõclusio, nam nondum aliquid dictũ est de ipsis, propterea transmutat hanc propositionem non contingit nulli in æquiualẽtem ipsi quę est necesse alicui, nam quod non contingit nulli, hoc necesse est alicui, transmutans igitur, hanc non contingit nulli in hanc necesse alicui, & ostendens ex hac suppositione aliquod impoſſe sequi, vt demonstrauimus illud A alicui B & nulli inesse, & ob id confutans suppositionem, tanquam falsum dicentẽ, necesse alicui C A inesse, ostẽdit merito veram esse proxime oppositam eidem quæ est non necesse alicui, & propter hoc etiam hanc contingit nulli ꝙ à principio propositum erat ostendere. Sed hoc inquit, contingit nulli non est contingens secundum determinationem sed dimidium huius quod est illud ex necessitate nulli. Sed quomodo & quo-

nammodo? quia contingit nulli opponitur per ipsam necesse est alicui, & per hanc contingit omni æquinalentem eidem quæ est necesse non omni, quare duæ particulares necessarij propositiones pugnant huic cótingit nulli, si quidē affirmatiua necessaria alicui velut opposita eidem iuxta oïa secundum quantitatem, qualitatem, & modum. Et necesse non omni, opponit huic contingit omni, sed quia æquiualet hæc contingit nulli, huic contingit omni, ob id necesse non omni pugnabit huic cōtingit nulli, ceu etiā in secunda descriptione secundoque interuallo præpositum est. Si ergo huic contingit nulli, tanquam affirmationi negatio repugnat hæc non contingit nulli, & pugnant inuicem secūdum quantitatem, qualitatem, & modum vtræque particulares necessarij propositiones dicto modo, patet igitur ꝙ nō contingit nulli continet duas particulares necessarij propositioner. Si ergo ita se habet, & inuenimus, & hoc necesse est alicui suppositа aliquod impossibile, sequi, & huic necesse non omni non est impossibile, igitur patet quod contradictoriæ oppositum huic necesse alicui solum concluditur quod est non necesse alicui. Si ergo duæ quidem particulares necessarij propositiones quemadmodum diximus continentur sub hac non contingit nulli, & oppositum alteri solum concluditur, patet ergo quod dimidium oppositi huic non contingit nulli, est conclusum ꝙ est non necesse alicui, nam hoc erat contradictoriæ oppositum necesse alicui, quod quidem soli supponenti accidit impossibile, nam quod supponenti non necesse omni non accidat impossibile, ex his propositionibus liquet, nam si A necesse non omni C inesse, & B omni C inest, igitur A non omni B inest, sed etiam nulli, & nullum impossibile est, vt idem nulli & non omni contingat. Quæreret autem aliquis cur non solum hoc posito necesse alicui impossibile aliquod sequitur, sed etiam ex hoc necesse omni sequitur, nam si A necesse est omni C, & B inest omni C, igitur A omni B inest, sed erat etiam nulli, idem igitur omni & nulli quod est impossibile, quare non solum opposita contradictione concluduntur per hæc, sed etiam contraria, quare si ex suppositione qua supponitur omni necesse aliquid impossibile sequutum est, cur non dicimus oppositum contradictorie ipsi concludi, dico, scilicet non necesse omni. Dicimus igitur ad hoc, quod si contineretur necesse omni sub hac non contingit nulli, dicebamus etiam illud oppositum contradictorie huic necesse omni concludi, sed quia & oppositum huic, non contingit nulli esse, hoc est conclusum. Nunc autem non continetur sub ipsa, & causa per quàm non continetur hæc est. Nam si huic contingit nulli opponit hæc non contingit nulli, & æquiualet huic contingit omni, sed contingit omni, non opponitur huic necesse omni, igitur non continebit hæc non contingit nulli hanc necesse omni quæ se habet opposito modo huic contingit omni, quia æquiualet huic contingit nulli, sed sequutum est vniuersaliter ex hac necesse omni impossibile, quia vniuersali negatiuæ duæ repugnant affirmationes, vna vniuersalis, & altera particularis, quæ opponitur ei contradictorie, alia velut contraria. Per hæc igitur & ex hac posita, scilicet omni sequutum est impossibile non velut ex contradictoria, sed velut ex contraria, igitur duntaxat est conclusum oppositum huic necesse alicui, quod quidem est non necesse alicui, ꝙ idem est nulli ex necessitate. Verū non nulli, & ex necessitate differt ab hoc contingit nulli, ob id inquit ipse quod contingit nulli est conclusum in hoc syllogismo, & non est contingens secundum determinationem, sed necessarium nulli. Equidem in plus est illud nulli ex necessitate, quàm hoc, contingit nulli. Et quod hoc sit ostendemus idem & rationibus atque per exempla. Equidem magis per rationem sic per propositiones, huic contingit nulli opponitur hæc necesse alicui, & hæc necesse nō omni (vt dictum est sæpe,) Nā de quibus illa falsa est ipsæ veræ fiunt: & cōtra, sed huic non necesse alicui quod idem est nulli ex necessitate opponitur sola necesse alicui, quare etiam hic de quibus altera falsa est, altera vera fit, & ecōtra. Si ergo huic contingit nulli duæ repugnāt propōnes necessarij, illa, scilicet necesse alicui, & hæc non necesse oī, & huic nō necesse alicui quæ æquiualet huic nulli, ex necessitate altera harū solū quæ necesse alicui repugnat, in quibus igitur duæ propōnes, altera, I. necesse alicui, & alia non necesse omni verificantur, & in eisdem hæc contingit nulli falsificatur. Sed de quibus necesse est alicui verificatur, in his solum, non necesse alicui falsificatur, quæ æquiualet nulli ex necessitate, in paucioribus igitur falsificatur, hæc nō necesse alicui, quàm hęc cōtingit nulli, quod si in paucioribus falsificatur hæc non necesse alicui, in pluribus verificatur. Quod vero hęc sola necesse alicui repugnat huic nō necesse alicui, sed non amplius necesse non omni, patet ex quibus etiam simul verificantur in terminis quibusdam, ceu in ipso ambulare & animali. Etenim dicere ꝙ non necesse est alicui animali ipsum ambulare inesse, verum est. Nam nullum animal ex necessitate ambulat, & rursus dicere ꝙ necesse non omni animali ambulare inesse, est verum propter reptilia. Nam nullum reptile ambulat, sic igitur communi ratione ostensum sit ꝙ in plus se habet hæc propositio nulli ex necessitate ꝗ hæc contingit nulli. Sed ostendetur quoque exemplis, dico, scilicet per eosdem terminos, scilicet animal, & ambulare. Nam dicere nulli ex necessitate animali inest ambulare verificatur hæc propositio cum de animalibus ambulantibus, tum etiā de reptilibus. Nam minime necessarium est his ambulare, sed illa propositio contingit nulli animali ambulare non est vera de omnibus, sed de ambulantibus, & de reptilibus minime vera est, quocirca de quibus contingit nulli & de eisdem etiam cōtingit omni verificatur. Si ergo contingit omni de reptilibus est falsum, patet quod etiam contingit nulli, itaque de pluribus verificatur illud est necesse nulli, quàm hoc cōtingit nulli. Sed potest etiam ex duabus affirmatiuis coniugatio ostendi hoc modo quod non concludat contingens secundum determinationem, sed concludat contingentis dimidium, supponatur nobis primo hęc descriptio.

Non necesse non oī	per seip sam pugnat / per cōtingēté nulli pugnant.	Necesse nō omni
Non necesse alicui		Necesse alicui
Contingit omni		Nō cōtigit omni
Contingit nulli		Nō cōtingit nulli

Continens duas.

Si enim A omni B inest, & B omni C contingit inesse, igitur

igitur A omni C contingit iuesse, si autem hoc falsum, verum erit non contingit oi quod equiualet huic necesse non omni. Si ergo A C necesse non omni, & B omni C inest, mutata contingente, igitur A ipsi B inest non omni, sed etiam erat omni, igitur idem omni & non omni, quod est imposibile. igitur est falsum hoc non contingit omni, & verum contingit omni quod oportebat ostendere. Est igitur etiam hic similiter ostendendum, quod contingit omni non est contingentis secundum determinationem, sed dimidium contingentis. Nā si repugnat huic contingit omni velut affirmationi negatio hęc nō contingit omni, & repugnante idem etiam alię duę necessarij particulares ppōnes, aliæ necesse non oi p seipsam, vt illi de oi opposita, & eidē repugnat etiā hæc necesse alicui p hanc cōtingit nulli tanq̄ æquiualens ipsi, itaq; cōtinebit hæc nō cōtingit oi duas pticulares necessarij. Nam si duæ particulares necessarij repugnant huic contingit omni: & eidem repugnat etiam non cōtingit omni, itaque eadem continebit has duas. Rursus duabus his acceptis in syllogismo supposita hac necesse non omni, inuenimus aliquod imposibile sequi, quare oppositum eidem est conclusum, sed hac supposita necesse alicui nullum imposibile sequitur, quare non concluditur oppositum eidem. Nam si nullum imposibile ipsa supposita sequitur, patet. Nā si A necesse est ipsi C, & B omni C inest, igitur A alicui B iest, sed erat etiam omni, & nihil potest esse idem omni, & non omni. igitur duntaxat concluditur oppositū huius necesse non omni, sed necesse non omni dimidium erat huius non contingit, omni igitur oppositum dimidio huius non contingit, est conclusum, quare etiam in hac coniugatione dimidium contingentis concluditur. Quo igitur modo non hoc dixit Aristo. de hac coniugatione, sed de priuatiua sola. Quid igitur ad hoc nos dicimus? Dicimus inquam quod ea dixit quæ sibi sunt consentanea. Nam quia velut consequens contingentem negatiuam mutauerit in affirmatiuam & affirmatiuam non amplius in negatiuam ob id dixit de priuatiua, quia conclusio negatiua erit contingens secundum acceptas hic negationes, dico autem contingit nulli, & propter hoc inuenimus eidem repugnare duas necessarij propositiones particulares, aliam per seipsam, aliam vero per hanc contingit omni, quia accipimus æquiualentem hanc contingit nulli, huic contingit omni, quia igitur hic inuenimus duas necessarij particulares oppositas huic contingit nulli, & ob id contentas sub eadem negatiua hac non contingit nulli, & inuenimus solum oppositum alteri propositionum particularium conclusum, propter hoc dicebamus dimidium contingentis solum concludi, sed quia in prædicatiua coniugatione affirmatio contingens est conclusio, & non mutatur affirmatio in negationem, patet igitur quod vna sola necessarij particularis propositio opponitur conclusioni quæ est necesse non omni, quare hæc non cōtingit omni ipsam solam continet, & ipsa posita sequebatur aliquod imposibile, patet quod oppositum eidem erit verum, sed hæc non est dimidium contingentis, sed totum, & opposita: huic igitur non erit dimidium contingentis, merito igitur de affirmatiua coniugatione non dixit dimidium concludi contingentis, igitur Philosophi placitum vt erat per hæc significauit, sed videamus etiam quæ dicuntur in contextu.

Non enim contingat & B ponatur inesse C, quemadmodum prius, necesse itaque A alicui corū, quæ B inesse, fit enim syllogismus per tertiam figuram, hoc autem imposibile, quare contingeret vtiq; A nulli C inesse, falso .n. posito & nō imposibili imposibile est quod accidit.

Cum dixerit contingit nulli concludi, de hoc facit fidem deductione ad imposibile, & ponit oppositum contradictorię non contingere nulli, quia de omni re, vel affirmationem vel negationem esse veram necesse est. Mutat autem minorem propositionem in illam de inesse. Equidem necesse est A alicui B inesse, sed etiam supponebat nulli quod est absurdum, igitur falsa est suppositio non contingit nulli, igitur vera erit opposita contingit nulli quod oportebat ostendere.

Hic igitur syllogismus non est contingentis secundum determinationem.

Inquit conclusionem conclusam non esse huius cōtingentis quale nos à principio determinauimus: quod erat illud quod habebat conuertentem ipsam nulli cū illa omni, & hæc conclusio non est talis. Nam quod nequeat conuerti cum illa omni ostendimus iam, ponentes oppositum hoc contingit omni, dico, scilicet illud necesse omni, & necesse non omni, & nullum absurdū inuenitur sequi ex eo, vt igitur probemus oppositum, quare non potest concludi oppositum necesse non omni. Si autem non concluditur, igitur nō æquiualet hæc conclusio conclusa, dico, scilicet contingit nulli huic contingit omni, sed s̄m determinationem contingens habebat has propōnes æquiualentes, igitur hæc conclusio non est secundum determinationem contingentis

Sed eius. quod est nulli ex necessitate inesse, hæc enim est contradictio factæ suppositionis, suppositum enim est A alicui C, ex necessitate inesse, syllogismus vero ad ĩpossibile oppositæ est dictionis

Cum dixerit non esse conclusionem contingentis secundum determinationē per hæc addit cuius sit, quia nulli ex necessitate, sed quæ sit differentia huius ad hoc contingit nulli, diximus. Quod vero hoc sit cōclusum, inquit, manifestum est. Nam deductione ad imposibile volens probare illud contingit nulli, accipit etiam oppositum ipsi hic non contingit nulli, quod est idem cum hoc necesse alicui, in quod mutamus ob manifestationem. Supponentes igitur illud necesse alicui dicimus aliquod imposibile sequi, igitur prorsus necesse est, vt oppositum huic verum fit, scilicet non necesse alicui, quod quidem idem est cum hoc necesse est nulli. Nam inquit, necesse prorsus est quando syllogismum per imposibile demōstramus, oppositam dictionem, idest propositionem suppositioni, ex qua imposibile secutum est, esse veram.

Amplius & ex terminis manifestum, quòd non erit conclusio contingens, sit enim in quo A coruus, in quo B discurrens, in quo C homo, nulli itaque B A inest, nullum enim discurrens coruus, B vero omni contingit C, omni enim homini discurrere, sed A ex necessitate nulli C, non igitur conclusio contingens.

Terminos exponit, quibus ostendit tandem quod non concludetur contingit nulli & hi sunt, coruus, discurrens, homo. Maior est coruus, minor homo. Nam inquit, coruus nulli discurrenti inest, & discurrens contingit omni homini, concluditur coruus nulli homini ex necessitate, quare hactenus habemus per hæc quod non concluditur contingens, sed per terminos deinceps ostendit quod neq; necessaria est semp conclusio, nisi quia neq; hic pulchre accepit terminos. Nam necessariá accepit maiorē non de inesse proprie. Nā coruus nulli

nulli discurrenti non inest solum, sed etiam ex necessitate non inest.

Sed neque necessaria semper, si enim A motum, B scientia, in quo autem C homo, A igitur nulli inerit B, B vero omni C contingit, & non est conclusio necessaria, non enim necesse nullum moueri hominem, sed non necesse aliquem. Planum itaque quòd conclusio est eius quòd est nulli ex necessitate in esse, accipiendi vero melius sunt termini.

Cum ostenderit per assumptos prius terminos quod conclusio non est contingens, per hæc ostendit quod neque necessaria concluditur, sit enim motum quod nulli sciētiæ insit, & scientia contingit omni homini inesse, concluditur motum nulli homini ex necessitate inesse, patet autem quod hanc sciētiam pro sciente accipit, quia necessaria & non de inesse erit negatio, quare inquit. si neque semper est contingens conclusio, neque semper necessaria, merito dictū est quod est ipsius nulli ex necessitate, vt prius ostensum est. Vbi etiam ipse consentit quod nō pulcbre beneq; accepit terminos, cum dicat. Accipiendi vero melius sunt termini, vnde eos melius acciperemus sic ambulans, alteratum, animal. Dico igitur si ambulans nulli alterato insit, & alteratum contingit omni animali inesse, concluditur ambulans nulli animali ex necessitate inesse. Non enim verum est dicere nulli animali ambulans contingere, quia in quibus illud nulli verificatur, in his etiam omni contingit, sed non omne animal ambulat, quandoquidem reptilia nō ambulent, quare ob id non verificatur in his dicere nulli contingere, igitur duntaxat est verum illud nulli ex necessitate aīali ambulare inest. Nā verum etiā est in reptilibus dicere quod nulli ipsorum ex necessitate inest ambulare, quod iam & ante hoc diximus.

Sed si priuatiuum ad minorem ponatur extremitatem contingere significans, ex ipsis quidem acceptis propositionibus, nullus erit syllogismus. Conuersa autem secundum contingere propositione, erit quemadmodum in prioribus, insit enim A omni B, B vero contingat nulli C, sic igitur se habentibus terminis, nihil erit necessarium, si autem conuertatur B C, & accipiatur B omni C cōtingere, fit syllogismus quemadmodum prius, nam consimiliter termini positione se habebunt, sed eodem modo & quum priuatiua extiterint vtraque interualla, si A B quidem non insit, B vero contingere C nulli accidit, per ipsa quidem accepta non fit necessarium, sed propositione conuersa, quæ est secundum contingere erit syllogismus, accipiatur enim A quidem nulli eorum, quæ sunt B inesse, B vero contingat nulli C, per hæc igitur, nihil necessarium.

Cum exposuerit omnes coniugationes vniuersalium syllogismorum, quæ habent minorem propositionem affirmatiuam, & maiorem vel affirmatiuam, vel negatiuam, & in habentibus coniugationibus maiorem contingentem, & in his quæ habent sic minorem, nunc ponit eas quæ habēt minorem negatiuam. Si ergo inquit, minor fuerit contingens negatiua, fit quidem syllogismus licet imperfectus. Non enim per sumpta nobis à principio, dico, scilicet manente minori negatiua, sed ipsa transmutata in contingentem affirmatiuam. Si ergo maior affirmatiua est de inesse, patet quod conuersa minore fiet conclusio talis, ceu fiebat ex duabus affirmatiuis. Quod si maior fuerit etiam negatiua, rursus conuersa minore in affirmatiuam conclusionem se habebit hæc coniugatio, sicut illa ex maiore negatiua de inesse, & minore affirmatiua contingente, dico, scilicet huius nulli ex necessitate, & quæcunque simpliciter dicuntur ex illis, hæc etiam in his dicentur.

Quod si accipiatur B, contingere omni C quod est verū, A a autem propositio similiter se habeat, rursus idem erit syllogismus.

Quod quidem est verum, non hoc inquit, quod verum est negatiuam contingentem facere contingentē affirmatiuam. (Nā hoc falsum est) sed hoc inquit, quia verū est posse negatiuam in affirmatiuam trāsmutari.

Si vero non inesse ponatur B ipsi C, & non contingere nō inesse, non erit syllogismus nullo modo, neque quum priuatiua, neque quum affirmatiua fuerit A B propositio. Termini communes quòd ex necessitate insit, album, animal, nix, quòd non contingat, album, animal, pix.

Qæ posuit coniugationes habentes minorem negatiuam contingētem & maiorē de inesse, vel negatiuam vel affirmatiuam, nunc ponit habentes minorem negatiuā de inesse, & maiorem contingentem, vel affirmatiuam, vel negatiuam, & inquit, has esse asyllogisticas coniugationes. Nam etiam à principio diximus, quod in habentibus contingentem in maiore, oportet etiam quantitatem maioris seruare & qualitatem minoris, sed in habentibus maiorem de inesse, solum sufficit seruare quantitatem maioris, quia contingens negatiua transmutatur in affirmatiuam, & facit syllogisticam coniugationem, & illa de inesse non transmutatur in affirmatiuam. Ostendit autem has esse asyllogisticas eo quod concludunt omni & nulli. Nam hac ratione specificantur & designantur inutiles cōiugationes. Sed nos accipiemus terminos magis congruentes proposito. Nā (vt diximus) ipse aliqñ terminis vtitur securius. Sint igitur termini concludendi ipsum oī. albū, peripateticum, cygnus, album omni vel nulli peripatetico contingat, & peripateticum nulli cygno insit, concluditur album omni cygno ex necessitate. Item termini concludendi ipsum nulli, similiter ponantur & pro cygno sit coruus, album omni vel nulli peripatetico contingat, peripateticum nulli coruo insit, concluditur album nulli coruo ex necessitate.

Planum itaq; quòd si termini vniuersales extiterint, & hac inexistens, illa vero propositionum contingens accipiatur, quando propositio quæ ad minorem extremitatem contingere accipiatur, semper fit syllogismus.

Merito siue affirmatiua minor, & quouis modo se habebat maior, per se & per easdem propositiones fiebat syllogismus, siue negatiua rursus maiore indifferente secundum qualitatem, rursus transmutata minori fiebat syllogismus.

Præterquam quòd aliquando quidem ex ipsis, nonnunquam vero ex conuersa propositione.

Illud autem ex ipsis, non ob id inquit, quia ostēdet recta ostensione. Nam cunctæ indigent transmutatione contingentis in ipsum de inesse, & deductione ad impossibile, sed dicit, quia seruatur propria qualitas, ceu quatenus habent minorem affirmatiuam, sed aliæ non per seipsas indigent, sed mutatæ fuerant ex negatiua in affirmatiuam. Quid igitur, inquit? nonne etiam in illis omnibus transmutamus contingentem modum in illum de inesse, ceu etiam in his negatiuam in affirmatiuam, quare neque illæ per seipsas indiguerunt. Sed dicimus quod sicut syllogismi in secunda & tertia figura reducti ad primam figuram, non velut habentes in seipsas necessarium (Nam nihilominus & si non reducti fuissent in primam figuram, habuissent ex necessitate conclusionem sequentem, sed ob id solum reducebantur,

bantur, vt nobis euidentiorem ostensionem per notiora facerent, sic itaque assero & in transmutatione contingentis in ipsum de inesse, quod & si non mutarentur propositiones, nihilominus haberet conclusionem consequentem, sed quia hactenus nobis incerta est mixtio necessarij & contingentis, ob id notiorem efficiens doctrinã mutauit cõtingentẽ in illã de inesse. Verumtñ in habentibus minorem negatiuam non simpliciter ob manifestationem doctrinæ fit mutatio, sed quatenus seruata negatiua, & quatenus in ipsa assyllogistica est coniugatio, quia non est impossibile mutare ipsam in affirmatiuam, sed transmutata efficit coniugationem syllogisticam.

Quãdo aũt horum vterq; & ob quam causam diximus.

Quod per seipsas ostendãtur quando habuerint minorem affirmatiuam, siue de inesse, siue cõtingentem, & per conuersionem, quando minor est negatiua contingens, per quàm etiam causam, quod proprius character syllogisticarum coniugationum est in prima figura vt habeant minorem affirmatiuam, & quod negatiua contingens de contingenti, quo ad determinationem posit mutari in affirmatiuam.

Quod si hoc vniuersaliter, illud vero interuallorum accipiatur in parte, quando quod ad maius est extremum vniuersaliter ponatur & contingens seu negatiuum, siue affirmatiuum, quod vero in parte affirmatiuum & inexistens, erit syllogismus perfectus, quemadmodum & vniuersaliter terminis existentibus, demonstratio autẽ eadẽ, quæ & prius

Cum compleuerit omnes coniugationes ex ambabus vniuersalibus habentes maiorem contingentem & minorem de inesse, & econtra habentes & ostenderit quæ sint in his assyllogisticæ, & quæ syllogisticæ, nunc habentes alteram particularem exponit. Et primas rursus exponit habentes maiorem contingentem, & alteram de inesse, & dicit quod si minor affirmatiua fuerit & minor negatiua vel affirmatiua, syllogismus fit, qui quidem fiebat etiam in talibus propositionibus vniuersalibus, i. contingens erit conclusio. Ostenduntur etiam hi syllogismi eadem ostensione, per hoc, scilicet de omni, & nulli. Nam si A omni B inesse contingit, & B alicui C solum est, igitur A alicui C contingit inesse. Nam quia A contingit omni B, igitur omnibus partibus eiusdem contingenter inest, sed aliquid ipsorum C est, pars ipsius, igitur A alicui eorum quæ sunt C contingẽter inest. Similiter autem se habet etiam in negatiua. Termini autem, somnians, peripateticum, animal. Equidem somnians omni peripatetico contingit inesse, vel non inesse, & peripateticum alicui animali inest, concluditur somnians alicui animali contingit inesse.

Cæterum quando vniuersale quidem sit ad maius extremum sed inexistens non contingens, alterum vero in parte & contingens, seu negatiue, siue affirmatiue ponantur vtraque, siue hæc negatiua, illa affirmatiua, oĩno erit syllogismus imperfectus.

Coniugationes habentes modos alternatim per hęc exponit, dico, scilicet habentes maiorem de inesse, & minorem contingentem, & vt dixit in cõiugationibus vniuersaliter quæ sic se habent, quod omnes sunt syllogisticæ, quouis modo se habentes secundum qualitatem, sic etiam in his, inquit, & simpliciter dixit quales habebant conclusiones ipsæ vniuersales coniugationes, easdem habebunt etiam cum illis particulares habentes se fm. qualitatẽ similiter. Sed hæ oẽs coniugationes imperfectæ sunt, ceu etiam vniuersales quæ similiter se habent cum ipsis, quia non ostenduntur per ipsum oĩ & nulli, sed ostensione ad impoſe oẽs indigent.

Præterquàm quòd hi quidem per impossibile monstrabuntur, illi vero per conuersionem eius quod est contingere, quemadmodum in præcedentibus.

Oportet addi coniunctionem, &, sic dicere, illi vero & per conuersionem. Etenim qui per conuersionem ostenduntur, etiam indigent ostensione ad impossibile. Ostenduntur autem per impossibile solum hi qui habẽt minorem affirmatiuam, vt etiam in vniuersalibus. Nam si A omni vel nulli B inest, & B alicui C contingit, dico inquit, q̄ concluditur A alicui vel nõ omni C contingere inesse. Equidem in habẽte maiorem negatiuã est illud non omni, & in habente ipsam affirmatiuam illud alicui. Si autem hoc falsum est, erunt vera cõtradictorie opposita. & in affirmatiua illud ex necessitate nulli, & in negatiua omni, sed ex ambabus aliquod impossibile sequitur, & in affirmatiua. Nam si A ex necessitate nulli C secundum suppositionem, & B alicui C inest. Nam mutabimus rursus ob occultationem contingentem in illam de inesse, igitur A nõ omni B inest, sed erat etiam omni quod est ipossibile, & impossibile sequutum est, quia supponebatur A nulli C ex necessitate inesse, igitur hoc est falsum & verum erit oppositum secundum omnia tale, s. contingit alicui quod quidem oportebat ostendere. Similiter etiam se habet in negatiua. Nam dico quod concludit A C contingere nõ omni inesse. Nam si hoc falsum erit oppositum secundum omnia oppositum est, verũ illud, s. necesse omni, quia igitur A omni C necesse inest, & B alicui C inest, igitur A alicui C inest, sed erat etiam nulli quod impossibile est, igitur est falsum A omni C inest, & verum contingere non omni quod oportebat ostendere. Et hi syllogismi solum per impossibile sunt ostensi, sed qui habent minorem nagatiuam ostenduntur ostensione per impossibile & conuersione. Nam cõuersa minore sic fit ostensio per impossibile, quemadmodum diximus in præcedentibus. Sed notandum est rursus etiam in his quod interualla propositiones vocat, quia vt diximus, vult assimilare his quæ aguntur à geometris hæc quæ dicuntur de syllogismis. merito igitur vt propositiones habent similitudinem cum lineis vocatæ sunt interualla, ceu etiam lineæ, sic etiam syllogismi habentes similitudinem cum figuris. Quocirca vt illæ ex lineis, sic hi ex propositionibus componuntur, vocati sunt figuræ.

Erit autem syllogismus per conuersionẽ, & quando vniuersalis ad maius posita extremum significet inesse, aut non inesse, quæ vero in parte priuatiua existens, contingere accipiat, quemadmodum si A omni quidem inest B: aut nõ inest, B autem alicui C contingit non inesse, conuersa enim B C secundum contingere, fit syllogismus.

Illud hoc loco, autem, sumendum est pro, &. Nam hoc est conclusio dictorum. Nam cum dixerit q̄ minore existente contingente negatiua, fit etiam hic syllogismus, quod idipsum fieri posit per hęc ostendit, quia negatiua contingentis conuertitur ad affirmatiuas, igitur altera existente particulari negatiua in particularẽ affirmatiuam mutata merito fit syllogismus.

Sed quando quæ secundum partem ponitur, non inesse accipiat, non erit syllogismus. Termini quòd insit, album, animal, nix, quòd non insit, album, animal, pix, per infinitum namque sumenda est demonstratio.

Merito. Nã minime particularis de inesse negatiua transmutatur in affirmatiuam. Hanc autem ostendit, & inquit,

& inquit, quod erit syll. per indeterminationem, vt in simplicibus syllogismis dixit cõiugationem habentem minorem particularem negatiuam, quod ostenduntur tales esse asyllogisticæ, eo quod incerto habent particularem negatiuam veram. Nam quia verificatur, vel per seipsam, vel per vniuersalem negationem, sed quãdo per seipsam verificatur subijcit syllogisticam coniugationem eo quod potest mutari in affirmatiuam, quia qd non omni inest, alicui inest, ob id ergo abijcit ipsam velut incertam & indefinitam. Sed quando acceperimus ipsam per vniuersalem verificantem, tunc perspicuum est quod asyllogistica esse ostenditur. Nam concludit omni & nulli. Sed termini quos assumit non sunt valde manifesti & apti proposito, quandoquidem album quibusdam animalibus ex necessitate inest, vel non inest, & animal rursus niui, vel pici ex necessitate non inest. Sint igitur termini huius omni motum, album, ambulans, motum contingit omni albo inesse, album insit non omni ambulanti, concluditur motum omni ambulanti ex necessitate. Termini ipsius nulli, motum album, stans motum contingit omni albo, album, non omni stanti insit, concluditur motum nulli stanti ex necessitate.

Si autem vniuersale ad minus ponatur extremum, quod vero in parte ad maius, siue priuatiuum, seu affirmatiuum, vel contingens, aut inexistens, quomodocunque, nullo pacto erit syllogismus.

Relictæ fuerant coniugationes habentes maiorem particularem & minorem vlem quæ omnes sunt asyllogisticæ, quouis modo se habeant cum modo & qualitate. Similiter autem etiam particulares ambæ si acceptæ fuerint, & ambæ indefinitæ, aut altera particularis, & altera indefinita, & hæ rursus quouis modo se habeant secundum hos modos & qualitatem, omnes hæ sunt asyllogisticæ. Sed ostensio huius quod sint asyllogisticæ, hæc est quæ etiam dicta est in alijs asyllogisticis. Hæc autem est exemplaris ostensio, inueniuntur autem termini concludentes & omni & nulli, & quibus concludebatur ipsum omni & nulli, tales asyllogisticæ fuerunt coniugationes ob indefinitam. Sint igitur termini omnium communes, & ipsius omni, scia, motum, grammatica. Scia alicui moto contingat inesse vel non inesse, & motum omni vel nulli grammatico insit, cõcluditur scientia omni grammatico ex necessitate inesse. Termini nulli scientia, motum, equus, vel simpliciter irrationale animal. Scia contingat alicui moto vel non omni, & motum insit omni, vel nulli equo, concluditur scientia ex necessitate nulli equo & in alijs similiter.

Neque quando in parte aut indefinitæ ponantur propositiones seu contingere accipientes, siue inesse, aut vicissim, neq; sic erit syllogismus, demonstratio vero eadem, quæ & in prioribus. Termini communes, quòd insit ex necessitate, animal, album, homo, quòd non contingat, animal, album, indumentum.

Adduxit hæc vicissim, si quidem concludens oīa ad contingenti hæc dicat, dixit autem vicissim, quod alia est de inesse & alia contingens. Nam cum diceret siue contingere acceptæ siue inesse subiunxit vicissim, si autem proxime dicta concluderet, dico, scilicet mixtionem de ipso inesse & contingenti, sic intelligendum est illud {vicissim} vel in parte, siue indefinite, siue vicissim, per hoc alia particularis, & alia indefinita.

Planum itaq; quod si vniuersale ad maius ponatur extremũ semper fit syllogismus, si vero ad minus, nullius vtiquã.

Subintelligendũ est quod semper fit syllogismus. Atqui si maior fuerit vlis & minor nagatiua de inesse, non fit syllogismus vt ostensum est. Sed quærebatur à nobis nũquid ijdem termini accepti sunt ad ostendendum coniugationem habentem minorem particularem negatiuam de inesse maiore existente vli contingente affirmatiua vel negatiua. Si ergo accepti ijdem fuerint, & minor fuerit particularis affirmatiua de inesse, ostendent ipsam coniugationem esse asyllogisticam. Nam concludent omni, & nulli ex necessitate sic, motum insit omni albo, album alicui ambulãti insit, concluditur motum omni ambulanti ex necessitate inesse. Item concluditur etiam nulli sic, concluditur motum omni albo contingat, album alicui stanti, concluditur motum nulli stanti ex necessitate, sic etiam si fuerit contingens particularis, eadem rursus accidens incõuenientia, quare quo ad hos terminos, ostendent etiam ipsæ esse asyllogisticæ. Quid ergo dicimus? sic inquam quod ipse Philosophus dixit, quod oportet maiorem propõnem non definiri tempore sub minori, sed definitur tpe quoties medius terminus excedit maiorem, & hic excedit igitur medius terminus maiorem. Nam si album quod est medius terminus prædicatur de ambulante, & stante, & motum est maior terminus qui de solo ambulante prædicatur & non amplius de stante, patet quod in plus est medius terminus quàm ipse maior terminus. Si autem hoc admittitur maior sit particularis propõ, & particulari existente sit asyllogistica coniugatio, quare merito concludsit omni & nulli. Sic igitur affirmatiua exñte minore dicitur, si vero negatiua fuerit, non amplius definitur determinaturq; maior sub minore superexcedente medio maiorem. Nam si dicamus album nulli ambulanti inesse, neque stanti, quia negatur ab ipsis & non prædicatur, ob id non erit in plus quàm maior, patet igitur quod coniugatio habens minorem particularem negatiuam, & maiorem vlem, ob hoc quia habet minorem particularem negatiuam de inesse solum asyllogistica est, & nõ quia maior non determinatur tempore. Nã neque determinatur, vt diximus.

Caput quintum. Mixtio necessarij & contingentis in prima figura.

Quum vero hæc quidem propositionum ex necessitate inesse, aut non inesse, hæc autem contingere significet, syllogismus quidem erit, eodem modo se habentibus terminis, & perfectus, quando ad minorem extremitatem ponatur necessarium.

Cum disseruisset de mixtionibus contingentis, & ipsius inesse in prima figura, & ostenderit quæ sint ipsarum syllogisticæ, & quæ asyllogisticæ, nunc conuertitur ad mixtionem necessarij & cõtingentis, & inquit, in his etiam fieri syllogisticas coniugationes, sic se habente ordine terminorum, vt se habuit mixtione contingentis & ipsius de inesse, dico, scilicet maiore existente necessaria, & minore contingente, quouis modo se habuerint ambæ secundum qualitatem. Nam & minor negatiua si fuerit, nihilominus syllogistica erit cõiugatio mutata ipsa in affirmatiuam, quia contingens est. Quod si maior contingens fuerit, & minor necessaria, & in maiore similiter quale est indifferens, & in minore non amplius erit, sed solum oportet ipsam esse affirmatiuam, vt euadat syllogistica.

Conclusio vero si termini fuerint prædicatiui, erit eius quod est contingere & non eius quod est inesse, & vniuersaliter

liter & non vtr positis sed quum hoc quidem affirmatiuum sit, illud vero priuatiuũ, qñ affirmatiuum quidẽ necessarium sit eius quod est contingere & non eius quod est inesse, quum vero priuatiuum & eius quod est contingere non inesse, & non inesse, & vtibus & non vtibus terminis existentibus.

Vt in mixtione de ipso inesse & contingenti differẽtes conclusiones fiebant, & aliquando ſm determinationem contingentis & aliquando aliter, sic etiã in his, inquit, quod si fuerint ambæ affirmatiuę, vel maior negatiua contingens, quod cõclusio erit contingentis secundum determinationem, sed quando maior negatiua, non amplius est necesse, vt conclusio sit cõtingentis secundum determinationem, sed illius ꝙ concurrit cum ipso de inesse. Perfecti autem fiunt syllogismi in omni mixtione qui habent propositionem minorem necessariam affirmatiuam, & maiorem negatiuam vel affirmatiuam contingentem, similiter etiam particulares se habent, quo ad conclusiones & perfectionem, vt etiam se habent vniuersales coniugationes.


Contingere autem in conclusione eodem pacto accipiendum, quo & in prioribus.

Quia dixit quod quando priuatiua necessaria fuerit, erit etiam conclusio de ipso contingere non inesse, & nõ de ipso inesse, ob id subiunxit, quod oportet hic accipere contingens nõ secundum determinationem, sed quemadmodum etiam prius, cõcurrens cum quodam alio, id est cum ipso de inesse. Nam contingens simpliciter, prædicatur etiam de ipso inesse.

Eius vero, quod est ex necessitate non inesse, non erit syllogismus. Alterum cum est non necessitate inesse, & ex necessitate non inesse.

Cum dixerit ꝙ conclusiones deductæ, vel sunt de contingenti secundum determinationem, vel de contingenti concurrente cum ipso de inesse, in his subiungit ꝙ nullo modo fit syllogismus ipsius ex necessitate nõ inesse, igitur nullo pacto erit syllogismus de necessario. Deinde cum dixerit ꝙ ex necessitate nulli non fit syllogismus, quia superius dixit, quod illud non ex necessitate inesse idem est cum contingente, ob id in his infert quod alterum est ipsum ex necessitate inesse, & ipsum non ex necessitate inesse. Nam ex necessitate nõ inesse, nullo pacto nusquam significat ipsum inesse, quod etiam hic dicimus non concludi. At illud non ex necessitate inesse est quidem de inesse, & non necessario, sed contingenter negatum.

Quod itaque si termini affirmatiui extiterint, non fit conclusio necessaria, planum. insit nanque A omni B ex necessitate: B autem contingit omni C Erit vtique syllogismus imperfectus, quòd A contingit omni C inesse, quod autẽ imperfectus ex demonstratione manifestum, nam eodem monstrabitur pacto, quo & in prioribus.



Ostenditur per impossibile in tertia figura.

Hinc deinceps exponit coniugationes mixtionis ex necessario & cõtingenti, & ostendit ꝙ in nulla istarum necessaria concluditur conclusio, sed illa quam prius accipiendo dixit. Et prius exponit coniugationem ex duabus vniuersalibus affirmatiuã, cuius maior est necessaria, & minor contingens. & inquit, quod contingens vniuersalis affirmatiua concluditur conclusio. Sit enim inquit A omni B ex necessitate, & B omni C contingẽter, dico quod A omni C contingit. Si autem hoc falsum est, erit oppositum ↄdictoriæ verũ. s. non contingit omni, quod idem est cum hoc necesse nõ omni. Cum igitur A omni B ex necessitate insit & C non omni, fit secũda figura ex ambabus necessariis, & concludit B ipsi C ex necessitate non omni & suppositum fuerat etiã non oĩ contingere, qđ est impoſſe, & ipose sequutum est, quia supposuimus A ipsi C non contingere omni, igitur hoc est falsum, sed huic contradictorie oppositum est contingit omni, quod oportebat ostẽdere. Sed patet quod imperfectus est syllogismus iste, siquidem per impossibile ostensus sit, quia dimidium contingentis concludit, quandoquidem necesse nõ omni solo supposito impossibile sequebatur.

Rursus A contingat omni B inesse, B vero omni C insit necessitate erit vtique syllogismus quòd A omni contingit C inesse, sed non quòd inest, & perfectus, non autẽ imperfectus, statim nanque perficitur per propositiones, quæ à principio.

Hic assignat secundam coniugationem ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, & eam quæ habet minorem necessariam, & inquit, hanc etiam contingere omni concludere ostẽsione recta, iccirco etiam inquit esse syllogismum perfectum. Nam cum omni B contingat, igitur omnibus eiusdem contingenter inest, sed inter partes ipsius B est C, igitur A omni C contingenter inest, & in hac conclusione contingens secũdum determinationem concluditur.

Si autem non consimilis figuræ propõnes extiterint, sit primum priuatiua necessaria, & A nulli contingat eorum, quæ B ex necessitate, B vero omni C contingat, necesse est A nulli C inesse, ponatur enim inexistẽs, aut omni, aut alicui, B vero supponebatur nulli contingere, quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli contingit A, A vero omni C aut alicui ponitur inesse, quare nulli aut non omni C cõtingeret B inesse, supponebatur autem à principio omni contingere.

Cum disseruisset de affirmatiuis mixtionibus ex ambabus vniuersalibus, nunc de his quæ sunt dissimilis figuræ disputat, & vt in his quæ sunt propõnes similes figura põnebat illam ex maiori necessaria, sic etiam in his facit, & inquit, quod si maior fuerit necessaria negatiua vniuersalis & minor vniuersalis affirmatiua contingens conclusio sit vniuersalis negatiua de inesse. Nã sit A ex necessitate nulli B: & B omni C contingat, dico (inquit) ꝙ A nulli C inest. Nã si hoc falsum, si ergo oppositum contradictoriæ verum. hoc, scilicet inexistens alicui, vel illud contrariorum nulli, inest omni, cum igitur A ex necessitate nulli B nulli etiam B A ex necessitate inerit, sed A etiam omni vel alicui C inest solum cõcluditur B ipsi C, vel nulli vel non omni ex necessitate, sed suppositum fuerat etiam omni cõtingere, quod est impossibile. Sed sciendum est quod impossibile sequebatur hic, quia vult Arist. in mixtione necessarij & ipsius de inesse conclusionem sequi maiorem propositionem, sed si supposuerimus ipsam deteriorem propositionem sequi, vt ostensum est superius, non sequetur aliquod

aliquod impoſsibile. Nam erit B ipſi C vel nulli inexĩs, vel non omni, ſed ſuppoſitum fuerat etiam omni contingere & nullum eſt impoſſe. Nam etſi nulli eorum quę ſunt C ineſt ipſum B, poſſumus dicere ꝙ contingenter omnibus ineſt. Sic etiam ſi quibuſdam ineſt & quibuſdam non poteſt, contingenter omnibus ineſt. Sic igitur non ſequebatur impoſsibile. Verum Ariſtot. ſequendo proprias ſuppoſitiones dico.ſ. quia vult conclusionem ſequi maiorem propõnem merito concludit impoſsibile. Sciendum autem quod non ſolum ſi A ipſi C omni ineſſe ſuppoſuerimus, impoſsibile ſequit, ſed etiam ſi idem eidem ex neceſsitate omni vel alicui ſuppoſitum fuerit, nihil minus ſequetur impoſsibile. Nã ſi īn eiſdem terminis A ipſi C ex neceſsitate omnī vel alicui, ineſſe, quia igitur A ipſi B nulli neceſſe ſupponitur & B ipſi A nulli ex neceſsitate inerit, ſed A omni C ex neceſsitate, vel alicui ſuppoſitum fuit, ſit ergo prima figura, & cõcluditur B ipſi C neceſſe nulli vel nõ omni, ſed ſupponebatur etiam cõtingit omni ꝙ eſt impoſsibile. Item ſuppoſitum fuit contingit omnī C A ineſſe, & ſic impoſsibile ſequetur. Nam ſupponatur A omni C contingere. Cum igitur ſuppoſitum ſit etiam B oĩ C contingere, igitur A alicui C contingit ineſſe. Nam cõuertitur. Si ergo A omni C contingit, & C alicui B contingit, & A igitur alicui B contingit ineſſe. Nam fit prima fig. & ſuppoſitum fuit etiam ex neceſsitate nulli B A quod eſt impoſsibile. Si ergo his ſuppoſitis impoſsibile ſecutum eſt, erunt ipſis oppoſita vera, & accidet non ſolum ineſſe nulli concludi, ſed etiam hoc non neceſſe omni, vel non neceſſe alicui, & non contingit omni. Quid igitur ad hæc dicimus? illud inquam quod etiam ſuperioribus diximus, quod ex his omnibus impoſsibile ſequutum eſt, non propter modos, ſed propter qualitatem, qm̃ ſuppoſito nulli ineſſe oppoſitum eſt affirmatiuum, vel contradictorie particulare, vel cõtrariæ vl̃e. In his omnibus ſuppoſitionibus idem affirmatiuum ſumptum eſt, merito igitur idem concluſit impoſsibile.

Sed manifeſtum & quoniam eius quod eſt contingere non ineſſe, efficitur ſyllogiſmus, ſiquidem & eius, quod eſt non ineſſe.

Oſtendens in dicta cõiugatione Philoſophus quod concluſio concluditur ipſius nulli ineſſe, nũc notat qđ etſi ipſum ineſſe nulli concluditur, perſpicuum eſt, quod etiam contingere nulli concluditur, ſed contingens non ſecundum determinationem, ſed ſimpliciter contingens, ꝙ prædicatur etiam de ipſo ineſſe.

Rurſum ſit affirmatiua propoſitio neceſſaria, & A contingat nulli B ineſſe, B vero omni C inſit ex neceſsitate: ſyllogiſmus itaque erit perfectus, ſed non eius: quod eſt non ineſſe, ſed eius quod eſt contingere non ineſſe.

Supponens maiorem ꝓpõnem neceſſariam negatiuã, & oſtendens de ineſſe cõcluſam concluſionẽ negatiuam, conuertit nũc ordinem propõnum & ſupponit maiorem propoſitionem cõtigentem negatiuam & minorem neceſſariam affirmatiuam. Et inquit, contingentem negatiuam vniuerſalem concludi cõcluſionem contingentis ſecundum determinationem, & non contingentis prædicati de ipſo ineſſe. Et hoc oſtenditur deductione ad impoſſe. Verum oſtẽdet oſtẽſione directa per ſolum id de nullo, ideo etiam perfectus eſt ſylls. Nam quia A nulli eorum quæ ſunt B contingit, igitur ab omnibus partibus eius contingenter ſeparatum eſt, ſed vna partium ipſius B eſt ipſum C. Nam oĩ C ipſum B ex neceſsitate ineſt, igitur A nulli C contingit ineſſe.

Nanque propoſitio ſic accepta fuit quæ eſt A maiori extremo, & ad impoſsibile non eſt ducere, ſi enim ſupponatur A nulli C ineſſe, poſitum eſt autem A B nulli contingere ineſſe, nihil accidit propter hæc impoſsibile.

Cauſam inducit propter quam prædicta coniugatio concludit concluſionem contingentem, & non de ineſſe, & inquit quod primũ hoc paret ex ipſo de omni & nullo. Nam hæc eſt propoſitio ſic accepta à maiori extremitate. Secundum ꝙ non contingit nobis, vt in ea coniugatione quæ econtrario ſe habet, vti deductione ad impoſsibile ad oſtendendam concluſionem nulli ineſſe. Nam ſupponatur A nulli eorum quæ ſunt B contingenter, & B omni C ex neceſsitate, dico ꝙ non eſt poſsibile oſtendere deductione ad impoſsibile, A nulli C ineſſe. Nam ſupponatur oppoſitum contradictorie quod eſt ineſſe nulli, vt ſi hoc ſequatur impoſsibile, dicemus nulli ineſſe concluſum de ineſſe, quia igitur B omni C neceſſe eſt ineſſe, & C alicui B ex neceſsitate ineſt. Si ergo A nulli C ineſt vt ſuppoſitio & C alicui eorũ quæ ſunt B ex neceſsitate, fit etiã prima figura mixtionis de ipſo ineſſe & neceſſario, igitur A non omni B inerit, ſed ſupponebatur etiam nulli contingere, quod nõ eſt impoſsibile, nec igitur per impoſsibile oſtenditur ineſſe nulli concluſum.

Si vero ad minus extremum ponatur priuatiuum, quando contingere quidem ſignificet, ſyllogiſmus erit per conuerſionem, quemadmodum in prioribus.

Supponens maiorem negatiuam in præacceptis coniugationibus, & minorem affirmatiuam, nunc econtra ſupponit, & inquit, ꝙ ſi minor negatiua fuerit, quando contingens fuerit, maiore videlicet exiſtente neceſſaria & indifferente ſecundum qualitatem fit ſyllogiſmus mutata negatiua contingente in affirmatiuam, & concluſiones tales erunt, quales etiã prius fuerunt in ſimilibus coniugationibus, itaque minore exiſtente contingẽte negatiua & maiore neceſſaria, vel affirmatiua, vel negatiua mutata contingente negatiua in affirmatiuã, planũ eſt quod eædẽ rurſus fiunt coniugationes, quare etiam eædem concluſiones & iidem modi demonſtrationis cũ ſuperioribus, dico.ſ. cum his quæ habent maiorem neceſſariam affirmatiuam, vel negatiuam, & minorem contingentem negatiuam.

Sed quando non contingere, non erit.

Merito. Nam ſi neceſſaria negatiua fieret minor, ſoluitur proprium primæ figuræ cum nõ habent minorem affirmatiuam. Verum amplius non poteſt mutari negatiua neceſſaria in affirmatiuam.

Neque quando ambo ponantur priuatiua, non ſit autem contingens, quod ad minus termini vero ijdem eius, quod eſt ineſſe, album, animal, nix, nõ ineſſe in eſſendi, album, animal, pix.

Ambabus, inquit. propõnibus negatiuis acceptis, ſi minor non fuerit contingens per eadem rurſus cauſam ſyllogiſtica fit coniugatio. Nam rurſus mutatur negatiua in affirmatiuam, ſed ſi neceſſaria fuerit minor non amplius. Exponit terminos cõcludentes omni & nulli, quos quidem adiecit etiam in mixtione ipſius de ineſſe & contingentis. Nam album ex neceſsitate omni niui, & nulli pici. Aſſumemus autem rurſus terminos & in his meliores, quos quidem etiam in illis accepimus, exemplum de omni albũ cõtingit nulli equo, & equus nulli cygno ex neceſsitate, album ex neceſsitate omni

cygno

cygno. Exemplum nulli, si ꝓ cygno coruum acceperimus. Nam album cõtingit nulli equo, equus vero nulli coruo ex necessitate, & albũ ex necessitate nulli coruo.

Cæterum eodem pacto se habebit & in syllogismis in parte, nam quum priuatiuum sit necessarium & conclusio erit eius quod est non inesse, veluti si A nulli eorum, quæ sunt B contingit inesse, B autem alicui C contingit inesse, necesse est A alicui eorum quæ sunt C nõ inesse. si enim omni ĩest, nulli vero B contingit, & B nulli A contingit inesse. quare si A quidem omni C inest, quare si A omni C inest, B nulli eorum quę C contingit, verum suppositum fuerat alicui contingere.

Cum expleuerit sermonem de mixtionibus ex propositionibus vl'ibus vtrisq;, deinceps transit ad eas quæ habent alteram particularem, & breuiter dicit quõ se habebant vniuersales, eodem etiam modo se habẽt ipsæ particulares ſm ipsas conclusiones, & modos demõstrationum, & solo vniuersali & particulari discrepant. Exponit aũt coniugationes dissimiles figura primas in quibus differentia conclusionum fiebat, Nam aliæ contingentem conclusionem concluserunt, aliæ vero de inesse, vt ſm continuationem perficeret sermonem de his quæ sunt figura dissimiles. Primas autem exponit concludentes ipsum de inesse, & inquit, quod qñ alterum fuerit priuatiuum necessarium, i. quando maior necessaria fuerit negatiua vniuersalis. (Nam dissimilibus existentibus figura propõnibus in prima figura, necesse est vt maior propositio sit negatiua, rursus altera existente particulari, & altera vniuersali, necesse est maiorem esse vniuersalem,) quare hoc inquit, quia in his quæ sunt dissimiles figura coniugationes & habent alteram particularem, qñ maior fuerit necessaria, videlicet negatiua existens & vniuersalis, & minor contingens particularis affirmatiua conclusio de inesse erit, & non contingens ſm determinationem, vt ostensum est etiam in aliis vniuersalibus coniugationibus. Nam sit A ex necessitate nulli B inesse, & B alicui eorum quæ sunt C contingat inesse dico (inquit) ꝙ A alicui C non inest. Nam si hoc falsum, erit verum contradictorie oppositum, s. inesse omni, quia igitur A ipsi B ex necessitate nulli, & B ipsi A ex necessitate nulli. Nam conuertitur. Si ergo B ipsi A ex necessitate nulli, & A ipsi C inest omni, vt suppositio vult, fit igitur prima figura mixtionis ex ipso de inesse, & necessario. Verum in tali mixtione ſm Arist. conclusio sequebatur maiorem propositionem, igitur B nulli C ex necessitate inest, sed supponebatur & alicui contingere inesse, quod quidem est impossibile, sed impossibile sequebatur, quia supponebamus nos A ipsi C omni inesse, igitur falsum est hoc, igitur est verum contradictorie oppositum non omni inesse, quod oportebat ostẽdere. Similiter etiam si supposuerimus minorem contingentem particularem negatiuam, vt coniugatio fiat ex figura propositionibus vtrisque negatiuis, eadem rursus fit conclusio, quia eadem rursus coniugatio fit mutata negatiua particulari in particularem affirmatiuam.

Sed quum particulare affirmatiuum, quod est in syllogismo priuatiuo necessarium sit, vt B C aut vniuersale in prædicatiuo, vt A B non erit eius, quod est inesse syllogismus. Demonstratio vero eadem quæ & in prioribus.

Cum dixerit ex particularibus quasdam coniugationes concludere ipsum de inesse, nunc de ipsis concludentibus contingentem conclusionem differit. Quid igitur inquit? quod quoties in syllogismis contrariæ dictionis minor propositio affirmatiua existens necessaria fuerit, maiore videlicet contingente existente vl'i negatiua, non concluditur conclusio de inesse, sed necessaria. Ostendit aũt sicut etiam vniuersalis coniugatio, cum similiter habeat ostensionem directam, per solum ipsum de oĩ & ipsum de nullo. Nam quia A ipsi B contingit nulli, igitur ab omnibus partibus eiusdem contingenter separatum est, sed inter partes ipsius B est ipsum C, igitur A alicui eorũ quæ sunt C cõtingenter non inest. Similiter autem (inquit) etiam in syllogismo prædicatiuo, i. in eo qui fit ex ambabus affirmatiuis ꝓpõnibus, si vniuersalis propõ necessaria fuerit, i. maior non inexistens rursus, sed contingens est cõclusio, hoc aũt per impossibile oñditur, sicut etiã in vniuersali cõiugatione se habente similiter cum illa. Nam sit A omni B ex necessitate, & B alicui eorum quæ sunt C contingenter, concluditur inquit ꝙ A alicui eorum quæ sunt C contingenter inest. Nam si hoc falsum erit, verum cõtradictorie oppositum non contingit alicui quod idẽ est huic necesse nulli, quia igitur A ipsi C ex necessitate nulli, & ipsi B omni inest, fit secunda figura ex ambabus necessariis maiore negatiua, & concluditur B ex necessitate nulli eorum quæ sunt C sed erat etiam contingit alicui, quod est ĩpossibile, & ĩpossibile sequebatur, quia supponebatur ꝙ A alicui C non contingit, igitur falsum est hoc & verum contingit alicui quod oportebat ostendere, sed manifestum est etiam hic quod dici potest quod dimidium contingentis concluditur.

Si autem vniuersale ponatur ad minus extremum, aut affirmatiuum, aut priuatiuum contingens, quod autem in parte necessarium ad maius extremum, non erit syllogismus. Termini eius, quod est inesse ex necessitate, animal, album, homo, non inexistendi autem animal, album, indumentum.

Exponens coniugationes quæ sunt ex altera vniuersali, & altera particulari habentes maiorem vniuersalẽ, & ostendens quæ sint in his syllogisticæ, & quæ asyllogisticæ, nunc exponit habentes se contrario modo ſm quantitatem, dico, s. maiorem particularem, & minorẽ vniuersalem, & has omnes inquit esse asyllogisticas. Nam amisit maior propriũ primæ figuræ, dico, s. vniuersale. Et quum dicit, vel cõtingens ponitur pro hoc & contingens. Nam primas exponit asyllogisticas habentes minorem contingentem. Concludunt nanque ipsę ipsum omni & nulli. Nam animal omni homini ex necessitate & indumento nulli, rursus vero accipiantur melius longe termini animal alicui albo ex necessitate. album contingit nulli, vt omni equo, & animal ex necessitate omni equo inerit. Termini nulli si pro equo acceperimus, indumentum, animal alicui albo ex necessitate, album contingit nulli vel omni indumento esse, & animal, ex necessitate nulli indumento inerit.

Quum vero vniuersale necessarium sit, quod autem in parte, contingens, vniuersali existente priuatiuo. Termini eius, quod est inesse animal, album, coruus, non inexistendi animal album, pix. Si vero affirmatiuum fuerit inesse quidẽ animal, album, cygnus, eius vero quòd est non contingere, animal, album nix.

Mutat per hæc ordinẽ modorum, minori tribuendo necessarium, & maiori contingens. Nam ipsæ quouis modo se habuerint secundum qualitatem oẽs sunt asylogisticæ. Nam iunctæ concludunt omni, & nulli ex necessitate per terminos quos ipse exponit.

Neque quãdo indefinitæ acceptæ fuerint propositiones, aut vtraque secundum partem, neque sic erit syllogismus.

termini

termini communes inexistendi, animal, album, homo, non inexistendi, animal, album, inanimatum.

Hæ complectuntur in prima figura coniugationes, quæ omnes asyllogisticæ sunt. Nam ex ambabus particularibus asyllogisticæ sunt maiore nõ se habente vlr, & hæ coniugationes ex indefinitis sunt ambabus, quocirca secundum Aristo. indefinitæ æquiualent particularibus abundantia probandi, terminos cões affert qui concludunt omni & nulli, animal insit albo, vel alicui ex necessitate, vel cõtingenter, & album homini insit, vel alicui ex necessitate vel contingenter concluditur mal omni homini ex necessitate, & rursus similiter se habentibus propositionibus animal nulli animato ex necessitate.

Nanque animal alicui albo, & album inanimato alicui, & necessarium inesse, & contingit inesse, & in eo, quod est contingere consimiliter, quare ad omnia termini sunt vtiles.

Vult per hæc ostendere, quõ dicti termini pariter in omnibus accõmodantur nobis vsuique exponit coniugationes particulares & indefinitas, & hoc ostendit, quia inquit dici posse alicui albo ex necessitate inesse, ceu in cygno vel scithæ, quare per hęc quod queat ꝓpositio maior necessaria affirmatiua accipi, quodque negatiua patet. Nam dicimus animal non omni albo ex necessitate inesse, ceu in niue, sic igitur ostensum est ꝙ possit maior propositio particularis existens accipi necessaria affirmatiua & negatiua. Similiter etiam minorem ostendemus. Nam dicimus album alicui albo, ceu scithæ, inanimatũ ex necessitate inesse potest niui, & ex necessitate non omni animato inesse. Nam neque in ebeno, sic igitur est accipere ambas affirmatiuas & negatiuas, similiter quoque & contingenter potest accipi. Nam animal alicui albo contingit, ceu Socrati, & non omni contingit. Nam neque in cerusa, & rursus album alicui inanimato contingit ceu lapidi, & alicui nõ contingit. Nam neque ebeno vel homini contingit alicui, & non contingit Socrati & Aethiopi. verbi gratia, quare quouis modo acceptæ fuerint ipsæ propositiones asyllogisticæ sunt, & non contingit inesse pro Hoc non necesse inesse.

Planum itaque ex dictis, quòd terminis consimiliter se habentibus, & in eo, quod est inesse, & in necessarijs fit, non fit syllogismus.

Hæc est cõclusio communium prædictarum mixtionum contingentis, dico, s. ad inesse & necessarium. Tradit autẽ ex dictis conclusionibus etiam quid commune sit ambarum ipsis mixtionibus inter se, & quid differens. Commune igitur inquit ipsis esse quod similiter se habeant vtraq; propositiones secũdum qualitatem, quantitatem, & modum, & sint vel syllogisticæ, & easdem conclusiones concludant hæ coniugationes quæ similiter se habent. Vel enim contingentis secundum determinationem vel alicuius alterius, cum dicat igitur communionem, inducit etiam discrimen.

Preterquam quòd si secũdum inesse ponebatur priuatiua propositio, eius quod est contingere, erat syllogismus, uerum, si secundum necessarium, priuatiua, & eius quod est contingere, & eius quod est non inesse.

Hæc inquit, est differentia harum duarum mixtionum, quod altera mixtio de inesse & contingenti in dissimilibus figura propositionibus fit, si maior fuerit de inesse, patet quod negatiua existens, & minor contingens affirmatiua concludebat conclusionem contingentem, sed in mixtione cõtingentis & necessarij, similiter rursus se habentibus propositionibus maiori necessaria negatiua & minori affirmatiua contingente, concludebatur conclusio de non inesse, & non contingere inesse, & constat ꝙ illud cõtingens sit prædicatum de ipso inesse. Hæc igitur sic dicuntur ab ipso. Sed sciendum est quomodo inquit, contingens erat conclusio in mixtione de inesse & contingenti, quando maior erat negatiua de inesse, & minor affirmatiua cõtingẽs, cum superius dixerit quod in tali mixtione secundum ipsam coniugationem nõ concludetur contingens, sed illud nulli ex necessitate? Dicimus igitur id quod etiam ibi diximus, ꝙ illud nulli ex necessitate contentiuum est contingentis & necessarij, quia igitur ipsum nulli ex necessitate secundum aliquid est contingens, licet non secundum determinationem, ob id inquit, ꝙ contingentis est conclusio, concludebatur autem ipsum inesse de dicta coniugatione mixtionis contingentis & necessarij, quia vsus est in hac deductione ad impossibile per quam volebat ostendere conclusionem de inesse conclusam incidit in mixtionem de ipso inesse & necessario in qua volebat cõclusionem sequi maiorem propositionem, & ex hac ostẽdere aliquod impossibile deductum, hoc. s. ꝙ B ipsi C & necesse nulli & contingit omni, quod est impossibile, quia si non maiorem con clusio sequeretur, sed deteriorem, nullum impossibile sequeretur. Nã concludebatur B ipsi C inesse nõ omni, & cõtingere omni & nullum impossibile. Atqui Theophrastus etiam in hac coniugatione contingentem cõclusionem dixit esse, vt etiam hic conclusio sequeretur deteriorem propositionem, & hoc ostendit deductione ad impossibile sic. Nam sint propositiones sicut dicimus. aio quod A contingit nulli C. Nam si hoc falsum, erit verum non contingit nulli quod idem est necesse alicui, quia igiẽ cõuertitur particularis affirmatiua, & c. igitur alicui eorum quæ sunt A ex necessitate inest. Si ergo B ponitur cõtingere omni C & ipsum C alicui cõtingit eorum quæ sunt A ex necessitate inesse supponitur, igitur B alicui contingit eorum quæ sunt A, quia igitur suppositum erat A principio, A eorum quæ sunt B ex necessitate nulli, & B igitur ipsi A ex necessitate nulli, sed suppositum erat etiam contingere alicui quod est impossibile, & impossibile sequebatur, quia supponebamus A ipsi C non contingere nulli, quod idem est cum ipso necesse alicui, igitur hoc falsum est, & verum contradictorie oppositum. s. contingit nulli. Hoc igitur est deductum. Item aliter potest ostendi. Nam si A ipsi B ex necessitate nulli, & ipsi A ex necessitate nulli, sed B necesse est alicui C, igitur B alicui C necesse non omni, sed erat etiam contingit omni quod est impossibile.

Manifestum autem, & quod omnes syllogismi imperfecti, & quod perficiuntur per prædictas figuras.

Non enim sunt omnes simpliciter imperfecti, sed quicunque minorem habent cõtingentem, sed omnes perficiuntur reductione ad primam figuram, vel sint syllogismi simpliciter, vel mixti. Nam ob id dixit figuras & non figuram.

Caput sextum. De secunda figura ex ambabus contingentibus.

SEd in secunda figura quando contingentes vtraque accipiuntur propositiones, nullus erit syllogismus, seu prædicatiua, siue priuatiua ponantur vel vniuersaliter, aut secundum partem.

Cum Philosophus tradiderit propria vniuscuiusque contingentis

contingentis & ipſius de ineſſe & in tribus figuris ſyllogiſmos ſimplices aſsignauerit, deinceps expoſuerit horum mixtionem in prima, ſecunda, & tertia figura, deinde poſt hoc tradidit ipſius contingentis per ſe in prima figura ſimplices ſyllogiſmos, & ſtatim decens fuit reliquas duas figuras ſimplicium coniugationū contingentis afferre, (quod quidem fecit etiam in alijs) & deinde ſic conuertere ſe ad mixtionem contingentis cum alijs duobus modis. Sed non ſic facit philoſophus, ſed poſtquam tradidit ſimplices cõiugationes in prima figura ipſius contingentis, illico conuerſus eſt ad mixtionem ipſius quæ eſt in prima figura cum ipſo de ineſſe & neceſſario, proinde conſequenter deſcendit ad ſecundam figuram, & hoc fecit, quia omnes coniugationes in ſecunda figura contingentis aſſyllogiſticæ ſunt, & ob id quod conſueuit, ſic etiam nũc facit, priores ſyllogiſticas tradens, dico. ſ. ſimplices & mixtas in prima figura, deinde ſic deſcendendo ad ſecundã fig. & oſtendens ꝙ omnes aſſyllogiſticæ ſimplices contingentis in hac propõnes ſunt. Sed antequã has exponat prius accipit aliquod aſſumptorum, oſtendens ꝙ non conuertitur ad ſeipſam negatio contingentis, ceu in alijs modis, ſed neq; ad aliquam alia. Nam meminimus qñ tradebat conuerſiones ipſarum propoſitionum de ineſſe & neceſſariarum, quod ſimiliter hi duo modi conuertuntur, qñ dixit ꝙ contingentis ꝓpoſitiones ſm̃ affirmatiuas, ſimiliter etiam ipſæ, conuertuntur, ſed ſm̃ vniuerſalem negatiuam minime, non. n. ad ſeipſam conuertitur vniuerſalis negatiuà contingentis. Hoc autem manifeſtum quando de cõtingenti dicebamus. Quod igitur ibi promiſit, nunc tradit, quid ergo inquit. Initio orſus Philoſophus ab ambabus propoſitionibus contingentis in ſecunda figura. inquit, quod ſiue fuerint vniuerſales, ſiue particulares, ſiue indefinitæ ſiue determinatæ, & eædem, ſiue affirmatiuæ, ſiue nègatiuæ, ſiue diſsimiles figura, nequaquam fit ſyllogiſmus. Et cauſa manifeſta eſt, nam quia in ſecunda figura ſyllogiſticæ ꝓpõnes volunt eſſe diſsimiles figura: ſi acceperimus ipſas figura ſimiles, ob idipſum erunt aſſyllogiſticæ, ſi vero diſsimiles figura, quia põt negatiua in affirmatiuam mutari, & rurſus ob id fiunt ſimiles figura, ob id vniuerſaliter non fiunt in ſecunda figura ex ambabus contingentibus propoſitionibus ſyllogiſmi.

Quum vero hæc inexiſtere, illa autem ſignificet cõtingere, ſi affirmatiua quidem ſignificat inexiſtere, nunquam erit, ſin autem vniuerſaliter priuatiua, ſemper.

Cum ſit præfatus & ante demõſtrationem inuulgans quod oẽs coniugationes ſunt aſſyllogiſticæ quæ ſunt ex ambabus contingentibus in ſecunda figura. nunc inquit, de habentibus vnam cõtingentem, & alterã de ineſſe, & breuiter diuidit ſyllogiſticas & aſſyllogiſticas hac ratione. Quæcũq; inquit, affirmatiuam propoſitionem habent de ineſſe, hæ omnes ſunt aſſyllogiſticæ, nam & ſi negatiua fuerit contingens, ob rurſus mutari negatiuam cõtingentis in affirmatiuam, & rurſus fieri propoſitiones ſimiles figura, tales ꝓfecto coniugationes aſſyllogiſticæ ſunt, ſed quæcũq; habent negatiuam de ineſſe, contingente vt ſors tulit ſe habente, ſiue negatiuæ, ſiue affirmatiuę, prorſus fit ſyllogiſtica cõiugatio, nã tunc manet coniugatio habens diſsimiles figura propoſitiones, quia neq; negatiua de ineſſe poteſt mutari in affirmatiuam, neque contingens negatiua in affirmatiuam, iuxta ea quæ videntur Ariſtoteli. Sed etiam ſi negatiua fuerit contingens potens mutari in affirmatiuam, & facere coniugationem diſsimilem figura. Sed oportet negatiuam vniuerſalem de ineſſe conuerti ad ſeipſam, nam ſi particularis fuerit, nõ omnino facit ſyllogiſmum, vt dicemus in hoc loco.

Eodem pacto & quum hæc propoſitionum ex neceſsitate, illa contingere accipiatur. Oportet autem & in his accipere in cõcluſionibus cõtingens, quemadmodum ĩ prioribus.

Concluſiones inquit concluſas in ſecunda figura in mixtione cõtingentis cum ipſo ineſſe & neceſſario exiſtens coniugatio contingens. Equidem de tali contingenti eã eſſe oportet quale erat in prima figura in mixtione contingentis, & eoſdem duos modos conſtat, qđ coniugationibus ſimiliter ſe habentibus cum illis quæ ſunt hic, ceu in mixtione contingentis & ipſius de ineſſe maiore exiſtente negatiua de ineſſe, & minore contingenti affirmatiua, vt etiam in prima figura, nulli ex neceſsitate oportet accipere deductum ꝙ eſt dimidiũ contingentis. Et in mixtione contingentis & neceſſarij ſimiliter ſe habente rurſus cõiugatione contingit nulli quod eſt prædicatum de non ineſſe, & in alijs coniugationibus, quemadmodum ſe habent coniugationes primæ figuræ ſecundum concluſiones, ita ſe habent etiam in ſecunda figura.

Primum itaq; monſtrandum, quòd nõ conuertitur contingens priuatiuum, quemadmodum ſi A contingit nulli eorum quæ B non neceſſe & B contingere nulli eorum, quæ A. Ponatur enim hoc & contingat B nulli A ineſſe.

Hic oſtendit vniuerſalem negatiuam contingentem non conuerti in ſeipſam, & oſtendit ipſam per tria argumenta. Primum quidem eſt in ipſis propoſitionibus, vbi rationem exercet per vniuerſales quod impoſsibile ſit conuerti. Deinde appoſitione terminorum & talis fides eſt exemplis facta. Tertio, ꝙ neque ſi quis ſuſpicaretur per oſtẽſionem ad impoſsibile, poteſt perſuaderi ꝙ vniuerſalis negatiua contingentis in ſeipſam conuertatur. Primo igitur per propoſitiones ipſas ſic oſtendit, non quia A inquit, nulli eorum quæ ſunt B conuertens dicere poteſt, quod etiam B contingit nulli eorum quæ ſunt A. Nam ſi hoc eſt poſsibile, ſupponatur conuerti & A nulli eorum quæ ſunt B cõtingenter, & B nulli eorum quæ ſunt A ipſum B contingit, & omni igitur contingit. Nam oſtenſum eſt ante hoc quod omnes contingentis propoſitiones ad ſeipſas conuertuntur, dico. ſ. negatiuæ ad affirmatiuas & econtra. Nam hic dicitur de illa quæ in terminis fit conuerſio, i. de ſimplici conuerſione nobis eſt ſermo. Si ergo nulli eorum quæ ſunt A cõtingit B ineſſe, igitur & omni contingit. Rurſus ſi A nulli eorum quæ ſunt B cõtingit. (Nam hoc ſuppoſitum fuerat initio ob eã cauſam quã diximus,) & omni B ipſum A contingit, quare concluditur ex hoc quia B omni A cõtingit, & A omni B contingere, igitur vniuerſalis affirmatiua contingens conuertitur, ad ſeipſam quod eſt impoſsibile. Nam in nullo modo vniuerſalis affirmatiua cõuertitur in ſeipſam, quare hic deductione per impoſsibile, quod nequeat vniuerſalis negatiua conuerti in ſeipſam, oſtendit, & in ſecunda oſtenſione non ſimpliciter per impoſsibile hoc oſtendit, ſed per oſtenſionem per impoſsibile, per quam aliquis ſuſpicatus eſt vniuerſalem negatiuam contingentem poſſe oſtendi, vt in terminis cõuertatur ad ſeipſam, quam, cum ſit falſa, confutat.

Quoniam itaque conuertuntur contingentes affirmationes cum negationibus & contrariæ & oppoſitæ. B vero contingit nulli A ineſſe, planum quòd & omni A contingere poſ-

sit B inesse, sed hoc falsum, non.n.si hoc huic oĩ, contingit, & hoc huic necessarium, quare non conuertitur priuatiuum.

Contrarias, nunc inquit, scilicet illam omnis, & illam nullus, atque illam, aliquis & illam, non omnis, sed contradictorie oppositas illas, scilicet nullus & aliquis, & has omnis & non omnis. Hæ igitur inter se conuertuntur, vt illa nullus ad illam non omnis & econtra, & hęc aliquis ad hanc non omnis. Sic igitur sunt contrariæ, sed oppositæ hoc modo cõuertuntur ea omnis, ad eam nõ omnis, & illa nullus ad eam aliquis, sed econuerso minime, ceu illa aliquis ad hanc nullus. Nam neque hæc nõ omnis ad hanc omnis. Nam diximus iam in sermone de his quod vniuersales inferunt particulares, sed particulares econtra vniuersales minime.

Amplius nihil prohibet A contingere nulli B. B uero alicui eorum, quæ sunt A ex necessitate non inesse, quemadmodum album omni homini contingit non inesse & inesse, hominem autem non uerum dicere, quòd contingit nulli albo, multis enim ex necessitate non inest. Cæterum necessarium non erat contingens.

Is est secundus modus ostensionis qui in ipsis terminis ostendit nõ posse conuerti vniuersalem negatiuam contingentem in seipsam. Est autem exemplaris ostensio vt dicebam. Nam neque (inquit) si A nulli eorũ quæ sunt B contingit, & B nulli eorum quæ sunt A contingit. Equidem hoc est impossibile. Nam aliquibus ex necessitate non inest, ceu sit A album & B homo, & album nulli homini contingit, quia etiam, omni contingit. Nã hoc significat illud, etenim inest, sed ꝙ homo nulli albo contingat non est verum dicere. Nam si nulli contingit, & omni contingit, quod est impossibile. Nam quibus albus nõ inest, illud in cygno & niue. Sed melius sumendi sunt termini hi motus & hõ. Nã motus contingit nulli homini inesse, quia etiam omni, sed hõ ꝙ nulli motui insit est impossibile. Nã si contingit nulli motui hõ & omni contingit inesse, hoc autem est impossibile. Nã aliquibus ex necessitate non inest, vt circulari.

Verum neque ex impossibili monstrabitur cõuerti, ueluti siquis existimaret, quoniam falsum est B contingere nulli A inesse, uerum non contingere, dictio nãq; & negatio, si autem hoc uerum B ex necessitate inesse alicui eorum, quę A quare & A alicui eorum quæ B.

Per quam ostensionem aliquis suspicaretur posse illã ostendi vt vlis negatiua contingens cõuertatur in seipsam, dico inquã ob ostensionẽ per impoſe. Hanc itaq; ipse exponit & confutat. Exponit tandem ipsam deductionem ad impoſe quæ videtur ostendere negatiuam vlem contingentem in seipsam hoc modo conuerti. Si A nulli eorũ quæ sunt B cõtingit, dico inquit, contingit etiã B nulli eorũ quæ sunt A contingit. Nã si hoc falsum, erit oppositũ verum ꝙ non contingit nulli eorũ, quæ sunt A ipsum B quod idem est cum hoc necesse alicui. Nam quod non contingit nulli, hoc necesse est alicui, quia igitur B ex necessitate alicui eorum quę sunt A, inest, vt suppositio est, & A igitur alicui eorum quæ sunt B ex necessitate inerit. Nam particulares in quocũque modo affirmatiuæ conuertuntur in seipsas, sed suppositum fuerat etiam contingit nulli eorum quæ sunt A ipsum B. igitur idem eidem contingit nulli & alicui necesse est quod est impossibile, igitur non est verum necesse alicui, id est non contingit nulli, si autem hoc falsum, verum erit contingit nulli eorum quæ sunt A. ipsum B. Sic ergo ostensio videtur per impossibile. Sed quomodo hanc confutat videamus.

Sed hoc impossibile, non enim si B non contingit nulli eorum, quę sunt A necesse est inesse alicui solũ, sed & ex necessitate non omni, nãq; nõ contingere, nulli, bifariam dicitur, unum si ex necessitate alicui inest alterum si ex necessitate alicui non inest. Quod enim ex necessitate alicui eorum, quæ A non inest, non est uerum dicere, quòd omni contingit non inesse, quemadmodum neq; quòd alicui inest ex necessitate, quòd omni contingit inesse.

Cum exposuerit superius deductionem ad impossibile qua aliquis vteretur ad ostendendum vlem negatiuam contingentẽ in seipsam conuerti, per hæc ipsam ostensionem confutat tanq̃ non existentem veram, sed impossibilem. Quid ergo dicit? Non oportet (inquit) si hæc supponeretur necesse alicui & aliquod impoſe sequeretur oppositum contradictorie esse verum. s. contingit nulli, & ob id putare ꝙ negatiua contingens ad seipsam conuertatur. Nam non contingit nulli quam supposuimus, vt ostenderemus impossibile, non solum hanc necesse alicui cõtingit, sed etiam hanc necesse non omni vt superius ostensum est. Si ergo huius contingit nulli ambæ particulares necessarij partes sunt. (Nã continentur sub ipsa,) nõ oportet vna sola parte eius ostendere impoſe sequi ex hoc necesse alicui, sed etiam ex hoc necesse non omni. Oportet igitur & hanc supponere & ostendere impossibile aliquid sequi vt ex tota propositione B A contingit nulli, i. ex partibus eiusdem ostendere impossibile sequi. Nam contradictorie ipsi oppositum introducimus tunc hoc contingit nulli. Nam totũ contingens oportet ostendere conuerti ad seipsum, .i. totam propositionem ad seipsam totam, & non ad dimidiam. Atqui hac supposita necesse non omni nullũ impossibile sequitur. Nam neque principio conuertis, patet igitur quod nobis non est vtendum deductione ad impossibile ad ostendendũ vniuersalem negatiuam in seipsam cõuerti. Et talis est sententia. Sed verba contextus oportet explicare. Inquit igitur quod male supponentes ex necessitate alicui solum pro non contingit nulli ex hac ostendere impossibile sequi. Nam hæc nõ cõtingit nulli duo continet vnũ necesse alicui, & aliud necesse non omni, oportebat igitur supponẽtes hoc necesse alicui, supponere etiã hoc necesse non omni. Nam illud ex necessitate alicui (inquit) eorum quæ sunt A nõ inexistens, non est verum dicere ꝙ omni contingit non inesse, vt neq; hoc alicui inexistens ex necessitate quòd omni contingit inesse. Ex proportione & similitudine quadam ostendit quod in hac contingit nulli non solum necesse alicui contingit, sed etiam necesse non omni, vt inquit, necesse alicui non continetur in hac contingit omni, quia quod contingit omni, hoc contingit etiam nulli, & quia in hac prorsus non continetur, necesse vt in ipsa contradictoria opposita contineatur, quæ est huic opposita non contingit omni. Sic etiam necesse non omni quia non continetur in hac contingit nulli. Nam quod contingit nulli, contingit omni, & quod contingit omni, non est verum dicere, quod necesse non omni. Si ergo non continetur in hac contingit nulli illud necesse non oĩ, prorsus necesse est, vt in hac nõ contingit nulli ipsum contineri, patet igiꝰ ꝙ non contingit nulli continet necesse alicui & necesse non omni. Sciendum autem est ꝙ pro hoc ꝙ non est verum dicere ꝙ contingit nulli inesse, dixit tanquam non omni contingit inesse. Equidem vnum & idem est. Nam si omni contingit non inesse, contingit etiam nulli inesse.

Si ita-

Si itaque quispiam censeret propterea quòd non contingit C *omni* D *inesse, ex necessitate alicui ipsum non inesse, falso acciperet, omni enim inest, sed quoniam quibusdam ex necessitate inest, ob hoc dicimus non omni contingere. quare huic quod est contingere omni inesse, opponitur & ex necessitate alicui inesse & ex necessitate alicui non inesse. Consimiliter autem & ei quod est nulli contingere.*

Quod dicit hoc est (vt inquit) si quis censeret vniuersalem affirmatiuam ad seipsam cōuerti & dicit sic, quia D omni C inesse contingit, & C omni D contingit inesse. Deinde hoc niteretur sic probare. Nam si falsum est hoc ipsum C omni D contingere inesse, erit verum, igitur non contingit omni D ipsum C inesse, deinde pro hoc acciperet necesse non omni solum male facit, quia contingit in quibusdam terminis ipsum C omni D inesse, & sic omni inesse perinde, ac quibusdam insit ex necessitate, & quibusdam de inesse, & ob id accidit, quia non omnibus inest ex necessitate, vt verificatur necesse non omni D ipsum C: propter quod rursus etiam quibusdam ex necessitate inest. Verificatur illud etiam necesse alicui, ceu sit motum, corpus, dico sic quod motū omni corpori inest, & oratio est vera, possum etiam in his terminis conuertendo, dicere etiā q corpus omni moto inest, sed alicui ex necessitate, ceu circulari ipsius cœli, & alicui non ex necessitate, ceu ambulationi. Nā neque semper simul sunt corpus, & ambulatio, propter quod non est necessaria coexistētia eorum simul, quare non bene aliquis accipit quod si non C contingit oī D, necesse est non omni solum. Nam ostensum est q possumus inuenire terminos concludentes ipsum C oī D inesse, si autem omni inest, falsum igitur est dicere, quod necesse non omni tm̄, sed quod etiam necesse alicui, quare illi, contingit omni, duæ opponerentur propositiones, alia necesse non omni & necesse alicui, & non oportet hanc necesse non omni solam assumere, velut oppositam. Similiter autem & huic cōtingit nulli hæ duæ opponerentur, & eos non oportet hanc necesse alicui solam assumere qui volunt aliquod impo͞e inducere, & contradictoriæ oppositum huic non contingit nulli introducere illud contingit nulli. Sed notabimus dicta quæ sunt in cōtexto, cū inquiat. Si itaq; quispiam censeret, propterea quod non contingit C omni D inesse ex necessitate alicui ipsum non inesse, falso acciperet,) inquit si supponentibus nobis ipsum D ipsi C omni contingere conuertendo aliquis diceret, & ipsum C omni D contingere. Si enim hoc falsum, verum erit non oī contingere, quod est idem cum hoc necesse non omni tm̄, igitur talis dicit falsum. Nam quod mentiatur causam adducit. Nam (inquit) omni inest.i.possunt inueniri termini concludentes ipsum C omni D inesse, igitur non est verum dicere q necesse non omni tantum, vnde vniuersaliter potest verificari illud necesse nō omni sm̄ aliquid, siquidem possunt inueniri termini concludentes de inesse omni, huius causam adducit, sed quia inquit, aliquibus ex necessitate inest, ob id dicimus nō omni contingere, in quibus inquit, terminis inuenimus prædicatum C de omni D quibusdam eorum quæ sunt sub D necessario inest, quibusdā aūt non necessario, qa igitur non omnibus necessario inest, ob id verum est dicere q necesse non omni, quandoquidem quibusdā necessario inest, verificabitur etiam hoc necesse alicui. Quare inquit ipsius contingere omni oppositā, qa quę supponere volebat duo sunt illud necesse non omni, sit̃r etiam contingere nulli.

Manifestū igitur quod ad sic cōtingens, & non contingens, quemadmodum in principio determinauimus, non solū ex necessitate alicui inesse, sed & ex necessitate alicui non inesse accipiendum, hoc autem accepto nil accidit impossibile, quare non fit syllogismus, manifestum itaque ex dictis, quod non conuertitur priuatiuum.

Cōclusionē dictorum infert, & inquit, manifestū est nobis q determinauimus ac definiuimus de contingente ab initio, quo nō existente necessario & posito nullū impo͞e sequitur. Nam est etiam cōiter dictum contingens, vt sæpe diximus, de hac negatione contingit nulli, & hac affirmatione contingit omni, duo quoque sunt vnicuique horum opposita illud necesse alicui & necesse non oī, quare eos qui volunt vti deductione ad impossibile in vtraque harum ꝓpōnum oportet accipere ambo opposita, supposito aūt hoc, necesse non oī, nullum impo͞e secutum est, quare inquit, non fit syllogismus.i.nulla conclusio impo͞is nobis accidet. Nā syllogismū hic vocauit conclusionem, quod si non sequitur aliquod impossibile, neq; igitur per hæc ostendet̃ cōuersa ad seipsam cōtingens vniuersalis negatiua.

Hoc aūt monstrato, ponatur A *nulli quidem* B *contingere,* C *vero omni, per conuersionem igitur non fit syllogismus, dictum est.n.quòd non conuertitur talis propositio.*

Quæ sunt ei futura vtilia ad doctrinam syllogismorum in secunda figura cum prius docuisset, nunc vero ad coniugationes ipsorum proficiscitur, & ostendit q non contingit ex ambabus propōnibus cōtingentibus in secunda figura syllogismum fieri. Nam oportet in hac figura propositiones syllogisticas esse dissimiles figura, sed vtrisque contingentibus existentibus impossibile est, quouis modo ipsas acceptas esse dissimiles figuras, semper negatiua mutata in affirmatiuam. Nam supponatur (inquit) coniugatio ex maiore negatiua & minori affirmatiua, ceu A nulli B contingat, & C omni, hanc igitur inquit, neque per cōuersionem possibile est ostendere reducendo eam ad primam figuram, neque deductione ad impossibile, neq; terminorū adiectione, & quod quidem per conuersionem non possit, patet. Nam ostensum est q negatiua contingentis non conuertitur in seipsam.

Sed neque per impo͞e, si nanque ponatur B *omni* C *contingere inesse, nihil accidit falsi, contingere enim posset* A *ipsi* C *& omni & nulli inesse.*

Ostendit iam non posse fieri syllogismum in secūda figura per conuersionem, nunc vero ostendit q neque deductione ad impossibile potest conclusio aliqua concludi in secunda figura. Nam sit A ipsi B cōtingere nulli, & C contingere omni. Videamus igit̃ si possumus vti ostēsione ad impossibile. Nam supponatur quod B contingit nulli C inesse. Nam hoc conclusit si quid conclusit, ostendamus igitur hoc si possibile est vti ostensione per impossibile. Nam si falsum erit contingit nulli C ipsum B inesse, erit verum nō contingit nulli, q idem est cum hoc necesse alicui, si ergo A contingit nulli B, & a necesse alicui C fit prima figura ex maiori cōtingenti negatiua & minore necessaria particulari affirmatiua, & cōcludit quod A non omni C cōtingit, & erat etiam omni contingere, & nullum impossibile illud oī contingens contingere non omni, sic igitur non potest vti ostensione per impo͞e. Sciendum aūt qd̃ Arist. huic, nō cōtingit nulli, æquiualētem accepit hanc, necesse oī, qd̃ quidē in quibusdā terminis verificat̃, verū non in oībus, sed semp illud necesse alicui. At Arist. ex ocio & super-

abundantia volens confutare rationem illud necesse oĩ suppositum esse, ostẽdit ꝙ si ex hac suppositione nullum impossibile sequitur, multo magis ex hac necesse alicui. Nam particulare sequitur ex vniuersali. Nam posito inquit a omni c contingere inesse, i. necesse omni inesse nullum impossibile accidit. Nam si A nulli a contingit, & a omni c necesse est inesse, fit prima figura, & concluditur A nulli eorum quæ sunt a. Erat autem & omni contingenter, & nullum impossibile accidit.

Sed si oĩno est syllogismus, planum quòd eius quod est cõtingere vtique esset, propterea quòd neutra propositionum accepta fuit in eo, quod est inesse. Et iste aut affirmatiuus aut priuatiuus, neutro autem modo accidit, si affirmatiuus quidem ponatur, monstrabitur per terminos, quòd non contingit inesse, si vero priuatiuus, quod conclusio non contingẽs est sed necessaria, sit enim A albũ a homo, in quo c equus A: itaque album contingit huic quidem omni, illi vero nulli, sed a ipsi c neque inesse contingit, neque non inesse.

Nũc per terminos vult oñdere assyllogisticas cõtingentis coniugationes in secunda figura. Nã si vtr, inquit, concludunt contingentis propositiones aliquam conclusionem in secunda figura, contingentem cõcludunt, cum ambæ sint contingentes, & hæc prorsus necesse est vel affirmatiua, vel negatiua sit. siquis igiẽ supponeret conclusionem esse affirmatiuam, primo quidẽ absurdum est vna existente negatiua præmissa conclusionem non esse negatiuam, siquidẽ est verus sermo qui dicit, quod conclusio sequitur deteriorem propositionem. Deinde confutatur hoc terminorum appositione. Nam exponit terminos concludentes illud necesse nulli. Nam album contingit equo nulli inesse, & omni homini, & similiter equus ex necessitate nulli homini inest, quod quidem non fiat conclusio affirmatiua constat ex his quibus inuenimus per proprios terminos ex necessitate nulli conclusum. Nam hoc est destructiuum omnium affirmatiuarum, quod vero neque negatiua contingens conclusio concludatur, patet ex his quibus necessarium negatiuum per terminos cõcludimus. Nam hoc est destructiuum oĩum ꝓpositionum contingentium, quare neq; affirmatiua, neq; negatiua cõtingens cõcludiẽ. Sic igiẽ Aristo. per terminos ostendens vtrẽ negatiuam necessariam concludi conclusionem, oñdit assyllogisticas coniugationes in secunda figura contingentis, nõ iuxta consuetudinẽ faciens. Nam semp demonstrauit assyllogisticas cõiugationes ostendendo ipsas cõcludere simul oĩ, & nulli ex necessitate. Hic vero terminos solum adiecit ex necessitate nulli concludẽtes. Verum inquit Alex. ꝙ põt etiam hic suppeditari terminorum copia qui concludant ex necessitate omni. Sint. n. termini, album, animal, & aliqua spẽs earũ quæ sub aĩali sunt, ceu homo, albũ nulli aĩali contingat, & album oĩ homini contingat, concluditur aĩal ex necessitate oĩ homini. Hæc igitur Alex. volens ostendere quod possunt hæ coniugationes ostẽdi assyllogisticæ esse, quia concludunt oĩ & nulli ex necessitate inquit. sed ipsi hærendũ non est in hoc. Nam oportet, vt sepe dictum est, ambas propositiones secundum idem tempus veras esse, sed propositiones acceptæ ab Alexandro tanquam concludentes ex necessitate omni, nequeunt secundum idem tempus ambæ vere esse. Nam si contingere nulli animali album esse supponebatur esse verum, erit ergo falsum dicere, contingit omni homini album esse, nam homo sub animali est, & dictum est nulli animali contingere album. Nisi hoc notauerit Alexander post multo, quod non possunt accipi termini ex necessitate omni inesse & merito præsertim, nam quomodo concedit necesse omni concludi? nam si concluderetur, necesse est minorem terminum esse speciem maioris. Item quomodo semper sub ipso erit, si autem hoc conceditur, prorsus esset necessarium vt medium prædicetur de maiori, & sic prędiceretur de minore, quia de tota maiori atque omni prædicatur, & de omni prædicatum continet in prędicatione etiam minorem, sed in secunda figura propositiones sunt dissimiles. Si ergo acceperimus speciem maioris termini quæ sit minor terminus, prorsus necesse est falsam accipere alteram propositionem, sed falsa accepta per se ob materiã, & non propter figurã erit assyllogistica.

Quod igitur inesse non accidit manifestum, nullus enim equus, homo, cæterum neque cõtingere non inesse: necesse nãque est nullum equum hominem esse: sed necessarium non erat contingens: non itaque fit syllogismus.

Quod quidẽ igiẽ (inquir) affirmatiua conclusio non concludatur, liquet ex terminis, nam conclusum est quod ex necessitate nulli eqno homo inest. Quod vero neque conclusio negatiua contingens concludatur, patet ex quibus est necessarium negatiuum conclusum. Nam definientes cõtingens dicebamus ipsum non esse necessarium.

Itidem autem monstrabitur & si econuerso positum fuerit priuatiuum: & si vtraque affirmatiuæ acceptæ fuerint, aut priuatiuæ, per eosdem nãq; terminos erit demonstratio.

Hæc quidem (inquit) dicta sunt de ipsa contingenti maiore negatiua & minore affirmatiua, quia etiam si mutaretur ordo propositionum & altera fuerit maior affirmatiua, & minor negatiua & hæc erit assyllogistica coniugatio. Similiter etiam si fuerint propositiones dissimiles figura. Nam in omnibus his coniugationibus proxime dicti termini ad ostendendum ipsas esse assyllogisticas sufficiunt concludentes necessarium.

Et quando hæc vniuersaliter, illa in parte, aut vtraque secundum partem, aut indefinita, aut quotcunque modis aliter contingit transsumere propositiones, semper enim erit demonstratio per eosdem terminos.

Cum ostenderit omnes coniugationes quæ ex ambabus sunt propositionbus contingentibus vniuersalibus in secunda figura, assyllogisticas esse, nunc reliquas omnes exponit, & inquit ipsas esse assyllogisticas. Nam concludunt per eosdem terminos omni & nulli ex necessitate.

Planum itaque quòd si vtræque propositiones secundum contingens ponuntur, nullus fit syllogismus.


Hæc est conclusio ex dictis.

Caput septimum. De mixtio inexistentis & contingentis in secunda figura.

SI autem hæc inexistere, illa vero contingere significet, si prædicatiua ponatur inexistere, priuatiua autem contingere, nullus erit syllogismus, neque dum vniuersaliter, neque dum in parte termini accipiuntur, demonstratio vero eadem & per eosdem terminos.

Cum exposuerit coniugationes cõtingentes ex ambabus propositionibus, nunc vult de mixtione ipsius de inesse & cõtingentis disputare. Inquit igitur has esse assyllogisticas coniugationes in hac mixtione in hac figura, dicõ, scilicet secunda quæcunque habent affirmatiuam de inesse, & negatiuam contingentem. nã, cũ mutetur negatiua cõtingẽs i affirmatiuã, ex hac mutata fiunt

fiunt ,ppositiones figura similes, sed in secunda omnes ex propositionibus similibus figura coniugationes assyllogisticæ sunt. Quod vero (inquit) assyllogisticę sint tales coniugationes, termini proxime dicti sufficiunt nobis ad ostendendum ipsas concludere omni, & nulli ex necessitate, album omni equo insit, & nulli homini contingit, cõcludit equus nulli homini ex necessitate.




Hoc autem est destructiuum oſum contingentium & inexistentium, nam quod contingit nulli hoc etiam cõtingit omni, sic etiam ꝙ inest nulli hoc inest aliquando omni, nam ipsum de inesse est contingens quando iam exiuit ad actum, sed necesse nulli, hoc neque inerit aliquando omni, neque poterit contingere omni.

Sed quando affirmatiua contingere, priuatiua autem inexistere, erit syllogismus. Sumatur enim A B *nulli inesse,* C *vero omni contingere, converso itaque priuatiuo* B A *nulli inerit, sed* A *omni* C *contingit, fit igitur syllogismus quòd cõtingit* B *nulli* C *per primam figuram.*


Cum ostendisset quod coniugationes habentes affirmatiuam de ipso inesse sunt assyllogisticæ, nunc ꝙ ecõtra se habentes secundum modos syllogisticæ sunt, id est quę habent propositionem de inesse negatiuam, & contingentem affirmatiuam. Cõcludunt autem tales coniugationes contingentem negatiuam conclusionem, sed non illud contingens secundum determinationem, sed concurrens cum illo nulli ex necessitate quod est dimidium contingentis. Et tandem ostendit maiorem de inesse & minorem contingentem, nam A inquit B nulli inesse, & omni C contingere, si ergo conuerterimus maiorem propositionem fit prima figura. nam si A nulli B inest, neque B nulli A inerit, sed A omni C contingit. Item ostensa est talis coniugatio in prima figura deductione ad impossibile, hoc nulli ex necessitate concludens, quod erat dimidium contingentis secundum determinationem, ne sępe eadem dicamus.

Consimiliter autem & si ad C *ponatur priuatiuum.*

Si minor (inquit) acciperet vniuersalis negatiua de inesse, & maior vniuersalis affirmatiua contingens, hic fit syllogismus conuersa negatiua de inesse, ceu A omni B contingat inesse, & nulli C insit, si ergo A nulli eorum quæ sunt C inest, neque C nulli eorum quæ sunt A inerit, sed A omni B contingenter inerat, igitur C contingit nulli eorum quæ B inesse. Sed quærimus ostendere ꝙ B nulli C contingit, & ostensum est cõtrarium ꝙ C nulli eorum quæ sunt B contingit, & quia syllogismus est de ipso contingere, & contingens negatiuum non conuertitur in seipsum, quomodo adhuc concludemus quæsitum cum nequeat cõclusionem conuertere? Nisi forte inquit Alex. contingens accepit non secundum determinationẽ sed quatenus verificat de ipso inesse, nã ostensum est in prima figura tale deductum maiore negatiua sumpta, & talis negatio in seipsam conuertitur, quare etiam conclusio conuertetur, cum sit vniuersalis de inesse negatiua. Quod vero talis fiat conclusio & non secundum determinationem contingentis, etiã per hæc deinceps manifestum facit, prius autem hoc dixit initio secundæ figuræ, vbi dixit, oportet autẽ etiam in his accipere contingens in cõclusionibus quemadmodum in prioribus. Sed motas dubitationes contra hoc inuenies in Alexandro.



Quum vero vtraq; sunt priuatiuæ, significet autem hæc non inesse, illa contingere non inesse, per ipsa quidem assumpta nihil accidit necessarium, sed conuersa propositione, quæ est secundum cõtingere, syllogismus efficitur, quòd B *nulli* C *contingit inesse, quemadmodum in prioribus, erit enim rursus prima figura.*




Illud {conuersa} inquit pro hoc mutata contingente negatiua in affirmatiuam. Nam hoc facto fiunt rursus duæ syllogisticæ coniugationes concludentes easdem conclusiones.

Si vero vtræque ponantur prædicatiuæ, non erit syllogismus, termini quòd, insit sanitas, animal, homo, quòd nõ insit, sanitas, equus, homo.

Cum assignauerit in secunda figura vniuersales syllogisticas coniugationes ex mixtione contingentis & ipsius de inesse, nunc inquit, quod cum omnes fuerint similis figura, erunt assyllogisticæ. Merito, nam neque vult accipi contingentem affirmatiuam in contingentem negatiuã, vt sicut ex ambabus negatiuis ,ppõnibus mutata contingente negatiua in affirmatiuam fit sylls, sic etiam ex affirmatiua rursus in negatiuam mutatio efficiat syllogisticam coniugationẽ. Apponit igitur rursus terminos per quos ostendit ipsas concludere omni & nulli. Sanitas oĩ animali contingẽter insit & homini cuicunq; insit, cõcluditur aĩal omni homini ex necessitate. Rursus sanitas equo omni contingat, & homini insit omni & equus nulli homini ex necessitate.


D. a modi asyllogistici.



Eodem pacto se habebit & in syllogismis in parte, quum enim affirmatiuum sit inexistens, aut vniuersaliter, aut in parte acceptum, nullus erit syllogismus. Hoc autem cõsimiliter & per eosdem monstrabitur terminos, quibus priora.

Nam merito negatiua existente contingente, & ob id mutata in affirmatiuam fiunt coniugationes consimiles figura, & omnes tales in secunda figura asyllogisticæ sunt.

Alij duo modi asyllogistici.



Quum vero priuatiuum, erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus.

Patet quod vniuersali existente negatiua de inesse, & posita ad maiorem propositionem, semper fit syllogismus per conuersionem reducentem ipsam ad primam figuram. Sed quonam pacto se habeant coniugationes quæ habent particularem negatiuam de inesse procedendo docebit.

Rursus si ambo quidẽ interualla priuatiua fuerit accepta, vniuersaliter autem, quod nõ inexistere, ex ipsis quidem propositionibus non erit necessarium, sed conuerso eo, quod est contingere, quemadmodum in prioribus, erit syllogismus.

Rursus inquit (conuersa) pro (mutata) contingente negatiua in affirmatiuam. Verum in his semper oportet ipsam de inesse maiorem esse, vt seruetur proprium secundæ figuræ, rursus eædem conclusiones concluduntur, quales etiam per se competunt his coniugationibus quæ sunt ex propositionibus dissimilibus figura.

Si vero priuatiuum quidem inexistẽs sit, sed in parte acceptum, non erit syllogismus, siue affirmatiua, siue priuatiua altera fuerit propositio.

Inquit si priuatiua fuerit de inesse accepta particularis, & altera propositio vniuersalis affirmatiua contingens vel etiam negatiua, nullus fit syllogismus, & hoc merito, nam particularem conuerti oportet vt ad primam reducamus figuram ipsam cõiugationem, sed particularis negatiua in omni materia, vt ostensum est, nõ conuertitur, & particularis conuersa efficit maiorem & asyllogisticam ob id coniugationem, merito igit nullo pacto in hoc modo fit syllogismus.

Neque quando vtraque indefinita sint accepta, aut negatiuæ, aut affirmatiuæ, vel secundum partem. Demonstratio vero eadem & per eosdem terminos.

Quouis modo se habuerint (inquit) secũdum quantitatem, ppõnes, nullo mõ fit syllogismus, quia etiam indefinitę ęqualent particularibus, inquit etiã has posse ostendi per eosdem terminos, ceu sanitas, aĩal, homo.

Caput. 8. De mixtio necessariæ & contingentis in secunda.


Verum si hæc propositionum ex necessitate, illa contingere significet, priuatiua existente necessaria, erit syllogismus non solum quòd contingit non inesse, sed quoniam non inest, affirmatiua autem non erit.

Cum expleuisset mixtiones contingentis & ipsius de inesse in secunda figura, transit cõsequenter ad mixtionem contingentis & necessarij eiusdem secundæ figurę hoc modo, & inquit quod quando necessaria negatiua fuerit siue maior, siue minor, prorsus fit syllogismus cõtingentis non secundum determinationem sed cõtingentis ꝙ prædicatur de ipso inesse. At si necessaria fuerit affirmatiua, patet quod existente negatiua contingente omnes tales coniugationes sunt asyllogisticæ. Et eadem rursus causa assignanda est, quia mutatur negatiua contingens in affirmatiuam, & ob id coniugationes fiunt similes figura.

Ponatur enim A a nulli ex necessitate inesse, C vero omni contingere. Conuersa igitur priuatiua & B A nulli inerit, sed A C omni cõtingit, fit igitur rursus per primam figuram syllogismus, quòd B nulli C contingit inesse.

Ponit primam coniugationem ex maiore vniuersali necessaria negatiua, & minore contingente affirmatiua, & inquit concludi conclusionem contingit nulli, Ostẽdit autẽ ipsam conuertendo maiorem propositionem & cã reducendo ad primam figuram. Nam si A in quit, necesse nulli eorũ quæ B, & B necesse nulli eorum quæ sunt A sed A omni C contingit, igiẽ fit prima figura maiore existente vñ negatiua necessaria, & minore vniuersali affirmatiua contingente. Concluditur etiam eadem coniugatio deductione ad impossibile, hoc contingit nulli, æquiualet, inest nulli, & iam commemoratum est hic etiã de deductione ad impossibile, de qua mentionem fecit etiã in prima figura per quam ostendit conclusionem de inesse.


Conclusio contingens, quod aequivalet inesse.



Simul autem manifestum quòd & B nulli C inest, ponatur enim inesse, igitur si A B nulli contingit, B vero inest alicui eorum, quæ sunt C A alicui eorum, quæ C non contingit, sed omni supponebatur contingere.

Id est non solum contingere nulli concluditur, sed etiam inesse nulli. Ostendit igitur hoc ostensione ad impossibile, nam ponatur de inesse, igitur si A nulli B contingit, & B inest alicui C & A alicui C non contingit, sed omni supponebatur contingere. Siquis (inquit) cõtradiceret ꝙ nõ concludit inesse nulli, patet qđ oppositum

situm concludetur, scilicet inesse alicui eorum quæ sunt C ipsum B. Si ergo A nulli B ex necessitate inest & B alicui eorum quæ C inest, fit quartus modus primæ figuræ ex ambabus necessarijs maiore negatiua vniuersali, & minore particulari affirmatiua & cōcludit A non omni C ex necessitate inest, & supponebatur contingere oī, quod est impossibile, & impossibile fit, quia supponebamus illud inesse alicui cōcludi, igitur hoc est falsum, & verū ipsum de inesse nulli, qđ oportebat ostendere.



Idem concluditur per impossibile.

Eodem pacto monstrabitur & si ad C *ponatur priuatiuum.*

Cū assignasset mixtionem ex maiore necessaria negatiua, & minore contingente affirmatiua, nunc alteram cōiugationem tradit ie habentem econtrario ordine propositionum, id est vbi maior est vniuersalis affirmatiua contingens, & minor vniuersalis negatiua necessaria, potest etiam ipsa inquit eādem concludere conclusionem dico, scilicet inesse nulli, & contingere nulli per eundem modum ostensionis A omni B contingit, & C necesse nulli, igitur & C nulli A necesse, sed A B contingit omni, dico quod etiam C B nulli inest. Sed hoc volebamus ostendere, sed si B nulli C inest, quia igitur cōuertitur vniuersalis negatio, & A nulli C inest, ostendemus hoc rursus per impossibile, nam si falsum est, ꝙ B nulli C inest, erit verum ꝙ inest alicui, quia igitur A contingit omni B, & B inest alicui eorum quæ sunt C, fit prima figura ex ambab' affirmatiuis maiore vniuersali & minore particulari, igitur A alicui eorū quæ sunt C cōtingit inesse, sed erat etiam necesse nulli, ꝙ est impossibile secutū est, quia supponebamus B alicui C inesse, igitur hoc est falsum, & verum ipsum inesse nulli.

Rursus sit prædicatiuum necessarium, alterum vero priuatiuum & contingens, & A *contingat nulli* B. C *vero omni insit ex necessitate, sic itaque se habentibus terminis nullus fit syllogismus, accidit enim* B *ipsi* C *ex necessitate nō inesse, sit nanque* A *album, in quo* B *homo, in quo* C *cygnus, album igitur cygno ex necessitate inest, homini vero contingit nulli, & homo nulli cygno ex necessitate. Quod igitur eius quod est contingere non est syllogismus, planum, quod ex necessitate non erat contingens, veruntamen neque necessarij, necessarium nanque aut ex vtrisque necessarys, aut ex priuatiua acidit.*

Cum posuerit negatiuam necessariam & prædicatiuam contingentem, & assignauerit duas coniugationes factas ex talibus propositionibus, nūc ecōtra ponit cōiugationes habentes necessariam affirmatiuā & cōtingentem negatiuā. Et inquit has esse assyllogisticas, quia negatiua contingens mutatur in affirmatiuam, & facit propositiones similes figura. Hæ antē sunt assyllogisticæ in secunda figura. Ostendit igitur has per terminos concludentes nullā conclusioné, neq; contingenté, neq; de inesse, neq; necessariam, sic, album oī cygno ex necessitate inest, & homini contingit nulli, ceu illis qui sunt i Alexandria. Et tamen cygnus ex necessitate nulli homini. Sic igitur per terminos illud, necesse nulli, ostēdit deductum, & ex hoc probat ꝙ nullam concludunt cōclusionem tales propositiones. Nam (inquit) quod, contingēs nulli, concludatur, patet ex eo qđ necessaria negatiua conclusio conclusa est, & necessaria omnium contingentium est destructiuum. Quod vero neq; necessarium inquit cōcludatur, patet hic quia necessaria conclusio vel ex ambabus propositionibus necessarijs concluditur, vel ex negatiua necessaria existente, nunc autem horum neutrum est.

Amplius autē & licet bis positis B *ipsi* C *inesse, nil enim prohibet* C *sub* B *esse.* A *vero* B *omni contingere,* C *autem ex necessitate inesse, veluti si* C *esset vigilatio,* B *animal, in quo* A *motus, nam vigilanti ex necessitate motus inest, animali vero omni contingit, & omne vigilans animal.*

Cum ostendisset, ꝙ nulla necessaria cōclusio concluditur, quia neque ambæ sunt necessariæ neque negatiuæ, ne quis suspicetur, quia vniuersaliter superius illud necesse nulli per terminos concludebatur, hoc autem semper definite concluditur, nūc ostendit quod eisdem existentibus propositionibus potest suppeditari copia terminorum cōcludentium ex necessitate omni, quare etiam hac rōne oēs conclusiones necessariæ tolluntur. Nam per vlem negatiuam tollunē oēs affirmatiuæ, & p vlem affirmatiuam omnes negatiuæ. Ponit igitur terminos qui concludunt ex necessitate oī, motum, vigilationem, animal. Nam motus contingit omni animali inesse, sed vigilanti ex necessitate omni, & similiter animal omni vigilanti ex necessitate. Sed animaduertēdum est ꝙ hi termini non sunt bene accepti. Nam superius diximus quod oportet eodem tpe ppositiones accipi veras esse, sed in acceptis terminis non possunt ambæ propositiones accipi eodem tempore veræ, nam si omni animal contingit inesse motus, nō erit aliquod animal ex necessitate motum. Etenim vigilationem accepit esse motum qui inest ex necessitate oī vigilanti. Si autem erit aliquid vigilans vt ex necessitate ipsi insit motus vigilandi, (nam quo vigilat ex necesitate vigilans est,) maior est falsa propositio, dicens contingere omni animali motum, nam alicui animali ex necessitate inest, scilicet vigilanti, cum vigilans sit animal, quare non bene per hos terminos ex necessitate omni concludit.

Manifestum itaque quòd neque nō inexistendi, siquidem ita se habentibus necesse est inesse, neque vtiq; oppositarum affirmationum, quare nullus erit syllogismus.

Ostendit per hæc quod neque conclusio de inesse concluditur, nam omnes affirmatiuæ tolluntur ab ipsa necessaria negatiua, & negatiua ab ipsa necessaria affirmatiua, quare neque conclusio de inesse concluditur. {Neq; vtiq; oppositarum affirmationum.} Duplex fertur scriptura, altera dictionum, altera vero affirmationum. Si ergo prima est, ad superius dictū obiectio fit p hoc necesse oī & necesse nulli, nā opponerenē his necesse oī & necesse nulli hæ cōtingit oī, & cōtingit alicui.

Si vero iacet (affirmationum) ad ipsum inesse nulli, dicitur obiectio necesse nulli, nã postquam inuenit terminos concludentes necesse omni, & ob id sustulit necessarium negatiuum vniuersale, & ipsum inesse induxit, ꝙ neque oppositæ his affirmationes concluduntur. Opponuntur aũt huic necessario nulli. vt diximus, contingit alicui, & huic inest nulli hæc inest alicui.

Consimiliter monstrabitur & si conuerso ponatur affirmatiua. Quod si eiusdem figuræ sint propositiones, quum priuatiuæ sunt, semper fit syllogismus cõuersa propositione, quæ est secundum contingere, quemadmodum in prioribus, accipiatur enim A ipsi B ex necessitate non inesse, conuersis igitur propositionibus B nulli A inerit, A vero omni C continget, fit itaque prima figura, & si ad C poneretur priuatiuum consimiliter. Si autem prædicatiuæ positæ fuerint, non erit syllogismus.

Superius posuit maiorem contingentem negatiuam & minorem affirmatiuam necessariam vtem, nunc autem econtra ponit, minorem.s. contingentem negatiuam, & minorem vniuersalem necessariam affirmatiuam, & inquit ipsam esse asyllogisticam per easdem ostensiones quibus etiam ante hãc ostendit. ¶ Quod si eiusdem figuræ sunt propositiones cum priuatiuæ sint, semper fit syllogismus conuersa propositione quæ est secundum contingere.} Cum tradidit autem coniugationes ex dissimilibus propositionibus figura, nunc assignat eas quę sunt similis figuræ. Rursus igitur inquit ꝙ ambabus existentibus negatiuis syllogisticæ fiunt coniugationes nõ per assumptas propositiones, sed per mutationem contingentis negatiuæ in affirmatiuam, & eædem conclusiones concluduntur cum iam traditis propositionibus p easdem ostensiones quia etiam mutata cõtingente negatiua in affirmatiuam eędem fiunt cõiugationes. At si ambæ affirmatiuæ acceptę fuerint, omnes sunt asyllogisticæ, quia non transmutatur contingens affirmatiua in negatiuam, vt sæpe dictum est.

Namq; non inexistendi, aut ex necessitate nõ inexistendi planum quòd non erit, propterea quòd non fuit accepta priuatiua propositio, neque in eo, quod est inesse, neq; in eo quod est ex necessitate inesse, veruntamen neque eius, quod est cõtingere non inesse, ex necessitate enim sic se habentibus B ipsi C non inerit, quemadmodum si A poneretur album, in quo B cygnus, C vero homo. termin

Hoc inquit quod ambabus existentibus affirmatiuis nulla conclusio concludatur patet, nam necessaria non concluditur neque negatiua neque de inesse, quia nulla propositio negatiua assumpta est nec necessaria nec contingens. Quod autem (inquit) neque contingens negatiua cõcludatur, liquet, nam abundantia terminorum hoc potest declarari qui concludant necesse nulli, quo concluso tolluntur omnes contingentes. Termini autem sunt, album, cygnus, homo, nam album cygno ex necessitate omni, & homini contingit nulli, & cygnus ex necessitate nulli homini inest.

Neque vtique oppositarum negationum, quoniam monstratum est B ipsi C ex necessitate non inexistens, non igitur fit syllogismus omnino.

Conclus.n. hoc, necesse nulli, per terminos, omnes affirmatiuæ tollentur conclusiones & necessariæ, ac de inesse & contingentes, nam negationibus oppositus, dicit affirmationes proxime dictas.

Consimiliter autem se habebit in syllogismis in parte, quum enim sit priuatiuum & vniuersale & necessarium, semper erit syllogismus & eius quod est contingere, & eius quod est non inesse, demonstratio autem per conuersionem. Quum vero affirmatiuum, nunquam, eodem nãque pacto monstrabitur, quo et in vniuersalibus et per eosdem terminos.

Perficit sermonem de vniuersalibus ambabus propositionibus, nunc tradit habentes particularem priuatiuam. Vt autem se habebant vniuersales (inquit) sic etiam ipsæ se habent, nã quæ ibi fuerunt syllogisticæ, eædem etiam & hic fiant. Similiter etiam asyllogisticę, nam si necessaria negatiua vniuersalis fuerit maior propositio, semper facit syllogisticam coniugationem, & eandem conclusionẽ concludit cum vlibus, dico, s. contingentem æquiualentem ipsi de inesse, si autem vniuersalis affirmatiua necessaria fuerit nunquam fit syllogistica coniugatio, quia mutatur negatiua contingens in affirmatiuam.

Neq; quando vtraq; fuerint acceptę affirmatiuæ. Huius enim eadem demonstratio, quæ & prius, quum vero vtraq; priuatiuę, vniuersalis autem necessaria, quæ non inesse significat, per assumptos terminos non erit necessarium, sed conuersa propositione, quæ est secundum contingere, erit syllogismus, quemadmodum in prioribus.

Vt inquit etiam in vlibus sic si fuerint propositiones affirmatiuæ similes figura, sunt asyllogisticæ. Equidem ꝙ negatiuæ fiãt syllogisticæ per mutationem cõtingentis negatiuæ, patet, si ponetur propositio maior vniuersalis, quia hoc est proprium secundæ figuræ.

Quod si ambę indefinitæ aut in parte positæ fuerint, non erit syllogismus, demonstratio autem eadem & per eosdem terminos. Planum itaque ex dictis, quòd dum priuatiuum vlr ponitur & necessaria, semper fit syllogismus, non solum eius, quod est contingere non inesse, sed & eius quod est non inesse, dum vero affirmatiuum, nunquam, & quòd eodem modo se habentibus in necessarijs, & inexistentibus fit, & non fit syllogismus.

Quia inquit neq; ex ambabus particularibus fit conclusio, neque ex ambabus indefinitis, quia æquiualent etiam ipsæ particularibus.

Sed & manifestum quòd omnes imperfecti syllogismi & quòd perficiuntur per prędictas figuras.

Merito imperfecti, nam nullus ipsorum per dici de omni nullo ostenduntur, sed egent omni si reduci debent ad primam figuram. Dixit autem figuras pluraliter, nõ quia ad plures figuras reducantur, nam omnes ad primam reducuntur, sed quia vnaquęque in secunda figura ad primã figuram propria mixtione reducit.

Cap 9. De figura tertia ex ambabus contingentibus.

Sed in vltima figura & vtrisque contingentibus, & altera erit syllogismus, quum itaque contingere significẽt propositiones, & conclusio erit contingens, & quando hæc contingere, illa vero inesse. Quum vero altera necessaria posita fit, si affirmatiua quidem, non erit conclusio, neque necessaria, neque inexistens, si autem priuatiua, inexistendi erit syllogismus, quemadmodum in prioribus.

Expleuit secundam figuram, hinc tertiæ dat initium. Inquit ergo esse in hac figura syllogisticas coniugationes contingentes ex ambabus propositionibus, quia etiam dissimilibus figura existentibus propositionibus & similibus in hac figura fit syllogismus. Nã oportet solam minorem affirmatiuam seruare, & oẽs aliæ sunt quouis modo nihil interest. Concludi inquit in hac figura ambabus existẽtibus contingẽtibus, vel altera de inesse, & altera contingenti conclusionem contingentem. Si autem altera fuerit necessaria & altera contingens,

gens, & hæc affirmatiua fuerit, inquit rursus fieri conclusionem contingentem, sed si necessaria negatiua erit ipsius non inesse & contingentis æquiualentis ipsi erit conclusio.

Accipiendum vero & in his similiter contingens quod in conclusionibus.

Tale in præacceptis notauit ꝙ contingens secundũ determinationem in conclusionibus nõ est acceptum, sed consequens ipsum de inesse, & qđ de ipso vere dicit.

Sint itaque primum contingentes, & A & B omni C contingant inesse, quoniam igitur conuertitur affirmatiuum in parte, B vero omni C contingit, & C alicui eorum quæ B contingere posset, quare si A omni contingit C, C autem alicui eorum quæ B, necesse & A alicui B contingere. Fit enim prima figura.

Primas ponit contingentes coniugationes ex ambabus propositionibus. nã oportet præcedere simplices propositiones ipsas mixtas. In his igitur primas vſes affirmatiuas tradit, & inquit, concludere cõclusionem particularem affirmatiuam cõtingentem. Ostendit autem coniugationem conuertendo minorẽ propositionem, & reducendo in tertium modum primæ figuræ.

Et si A cõtingit nulli C inesse, B vero omni C contingeret, necesse & A alicui eorum quæ B contingere non inesse. Erit enim rursus prima figura per conuersionem.

Secundum ponit ex maiori vniuersali negatiua, & minore vniuersali affirmatiua. Concludit igitur & ipsa conclusione particularem negatiuam, rursus conuersa minore propositione, & reducente ad quartum modum primæ figuræ.

Quod si vtraque priuatiuæ positæ fuerint, ex ipsis quidem assumptis nõ erit necessarium, sed conuersis propositionibus erit syllogismus, quemadmodum in prioribus, nanque si A & B contingit non inesse, si transumptum fuerit contingere nõ inesse, rursus erit prima figura per conuersionem.

Ex eisdem inquit nullam concludi conclusionem, quia cum ambæ fuerint negatiuæ nõ seruant proprium tertiæ figuræ, sed mutata minore in affirmatiuam & cõuersa ad particularem, rursus coniugatio reducitur ad quartum modum primæ figuræ, & concludit particularem negatiuam contingentem.

Si vero hic terminorum est vniuersaliter, ille in parte, eodem pacto se habentibus terminis, quo in eo quod est inesse, erit & non erit syllogismus. Contingat. n. A omni C inesse, B autem alicui C, erit itaq; prima figura, propositione conuersa, quæ est in parte, nam si A omni C, C vero alicui eorum, quæ B, A igitur alicui eorum quæ B contingit. Et si ad B C positum fuerit vniuersale, consimiliter. Itidem & si A C sit priuatiuum, B C vero affirmatiuum. Erit enim rursus prima figura per conuersionem. Si autem vtræque positæ fuerint priuatiuæ, hæc vniuersaliter, illa in parte, per ipsa assumpta non erit syllogismus. sed conuersis erit, quemadmodum in prioribus, quum vero vtraque indefinitæ, aut parte acceptæ sint, non erit syllogismus, necesse etenim A omni & nulli B inesse. Termini inexistendi, animal, homo, album. non inexistendi, equus, homo, album.

Vt se habebant (inquit) coniugationes ex ambabus de inesse propositionibus, sic etiam se habent coniugationes ex ambabus contingentibus altera particulari existente, & altera vniuersali, nisi quia differunt istæ ab illis, quia in contingentibus ambabus existentibus negatiuis fit syllogismus mutata minore negatiua in affirmatiuam. Si vero mutatur minor negatiua in affirmatiuam in cõtingentibus, vt fiat syllogistica coniugatio, nihil igitur differunt inter se.

Cap. 10. De inexistentis mixtione & contingentis in tertia figura.

Cæterum, si hæc propositionum inexistere, illa significet contingere, conclusio erit, quòd contingit, & nõ quòd inest, syllogismus autem erit, eodem modo se habentibus terminis, quo & in prioribus.

Cum tradiderit coniugationes ipsius contingentis per se in tertia figura, nunc miscet ipsum cum ipso de inesse. Et inquit conclusionem nullo pacto esse de inesse in his. Neque enim in prima figura in hac mixtione fiebat conclusio de inesse, sed duntaxat contingens. Sic igitur & hic. Equidem contingens idem non est in oĩbus coniugationibus, sed quæcunque habent (inquit) affirmatiuam de inesse concludunt contingens secundũ determinationem, quæcunque autem habent negatiuam de inesse, hæ non concludunt contingens secundum determinationem vt diximus latius in prima figura sed syllogisticæ coniugationes hæ fiunt quæ in prima figura fuerunt, id est omnes simplices, aliæ absq; hoc, vt habeant minorem negatiuam de inesse.

Sint enim primum prædicatiuæ, & A omni insit C, B vero omni cõtingat inesse. Conuerso igitur B C, prima erit figura, & conclusio quòd contingit A alicui B inesse, nam quando in prima figura propositionum altera significaret contingere, conclusio erat contingens.

Rursus primas tradit ex ambabus affirmatiuis, & in his primam ex maiore de inesse & minore cõtingente, & inquit concludere contingentem conclusionem. Nã conclusio deteriorem semper sequitur propositionem. Ostendit aũt per conuersionem minoris propositionis conuersa minori propositione ad particularem affirmatiuam & faciente tertium modum primæ figuræ.

Consimiliter autem & si B C inesse A, C vero contingere.

Ponens maiorem de inesse, & minorem contingentem, nunc econtra ponit maiorem contingentem, & minorem de inesse. Etiam hæc cõcludit eandem conclusionem & per eandem ostensionem.

Et si A C priuatiuum, B C autem prædicatiuum, sit autem vtrũuis, vtroque modo erit conclusio contingens, fit enim rursus prima figura, monstratum vero est, quòd cum altera propositio in ipsa contingere significat, & conclusio erit contingens.

Cum dixerit duas syllogisticas cõiugationes ex ambabus prædicatiuis, nunc duas simul dissimiles figura tradit, nam maiore existente negatiua inquit & minore affirmatiua, & ea de inesse vel loco maioris vel minoris posita, duæ fiunt coniugationes, & ambæ concludunt conclusionem contingentem, sed altera habens maiorem contingentem, secũdum determinationem, & altera illam de inesse, vt ostensum est I prima figura, sed ostensio hæc est in ambabus conuersa minore ꝓpositione ad particularem affirmatiuam & faciente quartum modum primæ figuræ.

Sed si contingens priuatiuum ad minus extremũ positum fuerit, per ipsa quidem posita non erit syllogismus, conuersis autem erit, quemadmodum in prioribus.

Oportet addere priuatiuum contingens, nam si priuatiua de inesse fuerit minor, asyllogistica fit coniugatio, cum nequeat mutari in affirmatiuam.

Quod

Quod si hæc propositionum vniuersaliter, illa in parte sit, vtrisque prædicatiuis existentibus, aut ea priuatiua quæ vniuersaliter, affirmatiua vero in parte, idem erit syllogismorum modus, omnes enim per primam concluduntur figuram, quare manifestum quod eius, quod est contingere, & non eius quod est inesse, erit syllogismus.

Cũ tradiderit coniugationes ex vniuersalibus, nunc tradit coniugationes ex altera vniuersali & altera particulari. Hę igit̃ ex ambabus affirmatiuis, inquit, & maiore vñi negatiua, omnes per conuersionem minoris concluduntur in prima figura. Prædicatiuæ ex vtrisque in tertium modum, aliæ vero ex maiore negatiua vniuersali in quartum.

Quod si affirmatiua vniuersaliter, priuatiua vero in parte, per impossibile erit demonstratio, insit enim B omni C, A vero cõtingat alicui C non inesse, necesse est igitur A alicui B contingere non inesse, nãq; si A inerit ex necessitate omni B, B vero omni C ponitur inesse, A omni C ex necessitate inerit. Hoc autem monstratum prius, verum supponebatur alicui contingere non inesse.

Si inquit minor vniuersalis fuerit affirmatiua, & maior particularis negatiua, fit quidem syllogistica coniugatio, non tamen per conuersionem ostenditur, sed per deductionem ad impossibile, nam ponatur B omni C inesse, & A contingit non omni C inesse, concluditur quod A contingit nõ omni B inesse. Nam si hoc falsum, erit oppositum verũ, q̃ ex necessitate A omni B inest, sed supponebatur etiam B omni C inesse, igitur A ex necessitate omni C inest, nam fit prima figura ex maiore vniuersali affirmatiua necessaria, & de inesse vniuersali affirmatiua minore in qua concludebatur conclusio vniuersalis affirmatiua, sed est impossibile omni C ex necessitate inesse, Nam suppositum fuit contingere nõ omni inesse, sed impossibile sequebatur, quia supponebamus ex necessitate inesse A ipsi B. Nisi forte possit ostendi syllogistica esse coniugatio per conuersionem, siquidem apud ipsum particularis negatiua contingens conuertatur in particularem affirmatiuam contingentem. Si ergo A contingit nõ omni C inesse, & alicui eorum quæ sunt A contingit inesse, sed B omni C inerat, & A alicui C contingit inesse, igitur & A contingit omni C inesse quod oportebat ostendere.

Sed quum indefinitæ aut in parte vtræq; fuerint acceptæ non erit syllogismus, Demonstratio autem eadem quæ & in vniuersalibus & per eosdem terminos.

Vniuersaliter nunc dicit coniugationes ex ambabus contingentibus, quasi dicat per quos terminos ostensę fuerunt illæ, & prorsus contingenter hæ coniugationes duæ in parte ostenduntur esse asyllogisticæ. Termini vero fuerunt de omni inesse animal, homo, album, animal contingit non omni albo, homo alicui albo contingit, cõcluditur animal necesse omni homini inesse. Termini nulli equus, homo, album. Equus non omni albo contingenter, homo alicui contingit & equus nulli homini ex necessitate. Nisi forte etiam ostensio peccauerit inquit Alex. Et decens est ostensio hæc vt fit etiam in coniugationibus ex ambabus contingentibus, & illud in vniuersalibus transcriptum est.

Cap. 11. De mixtione necessariæ & contingentis in tertia figura.

Verum si est hæc quidem propositionum necessaria, illa vero contingens, dum termini sunt prædicatiui, semper eius quod est cõtingere erit syllogismus, quum vero sit hoc quidem prædicatiuum, illud autem priuatiuum, si affirmatiuum sit necessarium, eius erit quod est contingere non inesse, si vero priuatiuum & eius quod est contingere, & eius quod est non inesse. Sed eius quod est ex necessitate non inesse, nõ erit syllogismus, quemadmodum neq; ĩ alijs figuris.

Cum expleuerit mixtionem contingentis cum ipso de inesse, nunc deinceps vertitur ad mixtionem cõtingentis & necessarij. Et concluduntur eędem conclusiones in his coniugationibus quę concludebantur etiam in prima figura, in eadem mixtione sic̃ se habentibus propositionibus. Nam si ambæ prędicatiuæ fuerint cõtingens secundum determinationem non concluditur, si vero altera fuerit affirmatiua, altera negatiua, siquidem negatiua contingens fuerit, conclusio erit rursus contingentis secũdum determinationem, si vero fuerit necessaria negatiua, contigens fit conclusio non secundum determinationem, sed cõcurrens cũ ipso de inesse.

Sint itaq; prædicatiui primum termini & A omni C insit ex necessitate, B vero contingat inesse omni C, quoniam itaque A omni C ex necessitate, C vero alicui B contingit, & A alicui B contingens erit & non inexistens. Sic igitur accidebat & in prima figura. Consimiliter autem monstrabitur & si B C necessarium positum fuerit A, C vero contingens.

Rursus primas ponit ex ambabus affirmatiuis, & in his primam ponit habentem maiorem necessariam, & minorem contingentem, & cõcludit particularem contingentem cõclusionem, conuersa minore ad particularem & faciente tertium modum primæ fig. Si autem & in hac figura, & in alijs de mixtione necessarij & contingentis non vult conclusionem sequi meliorem propositionem, sed deteriorem: igitur patet qđ in mixtione necessarij, & ipsius de inesse, quãdo dixit conclusionem sequi maiorem propositionem, & has habentes maiorem necessariam concludere conclusionem, non proprie necessarium volebat concludi, sed necessarium ex suppositione. Vt autem se habet coniugatio habens maiorem necessariam secundum conclusionem sic etiã contra illa se habens dico, scilicet quæ habet maiorem cõtingentem. Sed in ostensione differunt, quia alia habens maiorem contingentem post conuersionem minoris ostensione directa ostenduntur per dici de omni & nullo, sed quæ habet maiorem necessariam post conuersionem minoris deductione ad impossibile ostenduntur. Nam A omni C ex necessitate insit, & B omni C contingat, non igitur & C alicui A? fit igitur prima fig. ipsius A omni C ex necessitate, & ipsius C A alicui contingentis. Concludit igitur illud dico, contingit alicui. Et hoc ostendo deductione ad impossibile. Nam si falsum est illud contingit alicui, verum erit necesse nulli. Si ergo A necesse nulli B & B omni C contingit, igitur A nulli C contingit inesse. Nam hoc ostensum est in prima figura, sed erat etiam, ex necessitate omni, quod est impossibile, quia contingit nulli, hoc contingit omni. Similiter autẽ se habent tales propositiones in hac mixtione contingentis & ipsius de inesse, nam omnes habentes maiorem vel de inesse, vel necessariam, sed minorem contingentem, per impossibile ostenduntur.

Iterum sit hoc prædicatiuum, illud priuatiuum, sed prędicatiuum necessarium, & A contingat nulli eorum quæ C inesse, B vero omni insit C ex necessitate, erit itaque rursus prima figura, & conclusio contingens, sed non inexistere. Etenim priuatiua propositio contingere significat. Planum igitur quòd conclusio erit contingens, nãq; quum sic se haberẽt in prima figura propositiones & conclusio erat cõtingens.

Nunc

Nunc tradit coniugationes dissimiles figura, & primam ponit habentem maiorem contingentem negatiuam, & minorem affirmatiuam necessariam, & hęc concludit conuersa minore ad particularem affirmatiuam cóclusionem negatiuam cótingentem, & ostensio fit per ipsum de omni & nullo, nam hæc est directa, nam si A contingit nulli eorum quæ sunt C, & omnibus igitur partibus eiusdem non inest contingenter, sed in partibus ipsius C aliquid horum B. Nam C alicui B inerat per conuersionem, igitur alicui eorum quæ B contingenter non inest.

Sed si priuatiua propositio necessaria, & conclusio erit, quod contingit alicui non inesse, & quòd non inest, ponitur .n. A nulli C inesse ex necessitate, B vero omni contingere, conuerso itaque B C affirmatiuo prima erit figura & necessaria priuatiua propositio.

Existente maiori necessaria negatiua, & minori affirmatiua contingenti, fit conclusio de ipso non inesse. Et ostensio fit per conuersionem minoris & deductione ad impossibile. Hæc vero ostensa sunt latius in prima figura.

Verum quando ita se haberent propositiones, accidebat A ipsi C & contingere, alicui non inesse, & non inesse: quare & A ipsi B necesse alicui non inesse.

Reuocat nobis in memoriam primam figuram, & ea quæ ibi sunt ostensa, quando inquit in prima figura sic se habebant propositiones, id est quando maior necessaria erat negatiua, & minor contingens affirmatiua particularis. Accidebat tum A ipsi C. Nã hi fuerunt termini extremi sibi alicui non inesse, & contingere non inesse. Sic igitur inquit etiam hic, quia conuertentes minorem propõnem, eundem modum rursus faciemus primæ figuræ, rursus eandem necesse est cócludi conclusionem, quare A inerit B. nam sunt hi termini extremi hic si alicui non inerit. & alicui contingit non inesse, patet quod de contingente non existente ſm determinationem sed de illo quod prædicatur de ipso inesse erit conclusio.

Quum vero priuatiuum ad minus extremum positũ fuerit, si contingens erit syllogismus transumpta propositione, quemadmodum in prioribus: si vero necessarium non erit: etenim omni necesse & nulli contingit inesse. Termini quòd oĩ insit, somnus, equus, dormiens, homo, quòd nulli, somnus, equus, vigilans, homo.

Supra minorem ponens affirmatiuam, & maiorem vel etiam ipsam accepti affirmatiuam, perinde ac sint coniugationes ex vtrisq; affirmatiuis, vel negatiuis. Hic autem minorem negatiuam supponens maiorem vel negatiuam vel affirmatiuam accipit, si ergo inquit minor existens negatiua contingens fuerit, fit syllogistica coniugatio, mutata minore negatiua in affirmatiuam & cóuersa ad particularem, & faciente vel tertium modum primę figurę, si fuerit maior affirmatiua, vel quartum eiusdem. Hæ aũt concludunt conclusionem particularem contingentem, si autem minor fuerit necessaria negatiua, fit assyllogistica coniugatio. Nã proprium tertiæ figuræ amisit. s. habere minorem affirmatiuam. Concludit porro omni & nulli ex necessitate, & omni sic. Somnus cõtingit omni equo vel nulli inesse, equus nulli homini dormienti ex necessitate inest, concludit somnus omni homini dormienti ex necessitate. Exemplum nulli. Somnus cõtingit omni equo inesse, equus nulli homini vigilanti ex necessitate inest, concluditur somnus nulli vigilanti homini ex necessitate inesse.

Consimiliter se habebit, & si hic terminorum vniuersaliter, ille in parte ad medium: nam quum prædicatiui fuerint vtraque eius quod est contingere & non eius quod est inesse erit syllogismus.

Eadem rursus dicentur quæ etiam dicta sunt in syllogismis ex ambabus vniuersalibus de conclusionibus, & de ostensionibus, etiam in habentibus maiorem propositionem vniuersalem & minorem particularem syllogisticarum coniugationum, dico, s. habentium maiorẽ negatiuam vel affirmatiuam, & minorem affirmatiuã. Nam hæ sunt syllogisticæ & in tertia figura, sed sola est differentia harum cum vniuersalibus coniugationibus, quia illæ habentes minorem vlẽm in particulari habebant ipsam conuersionem, sed in his particulari exñte minori, conuersio rursus fit ad ipsam particularẽ. Sed in habentibus minorem vniuersalem, & maiorem particularem, patet quod rursus fiunt syllogisticę coniugationes, ambabus vero existentibus affirmatiuis differẽtia hæc est ad vniuersales, quia ibi minorem conuertimus, hic vero maiorem. Et ibi ostendentes conclusionem rectam, vel per impõle nullo alio indigebamus, hic autem postquam ostendimus, etiam conuertimus cóclusionem, cum sit maior de inesse particularis, & minor vniuersalis contingens ambæ affirmatiuę, dico igitur si q̃ A alicui C insit, & B omni C cótingat inesse, deinde conuerto maiorem propositionem. Nam si conuerto minorem fit assyllogistica coniugatio. Nam ambæ fiunt particulares, quia igitur A alicui C inest, & C alicui A. Si ergo B omni C cótingit inesse, & C alicui A inest fit prima figura, igitur B alicui A cótingit inesse, sed hoc non proponãt ostendere, sed si A alicui eorum quæ sunt B contingit inesse. Quia igitur particularis affirmatiua conuertitur conuertendo conclusionem habeo quæsitum. Nam si B alicui eorum quæ A contingit inesse, & A alicui eorum quæ B contingit inesse, quod oportebat ostendere. Et hæc quia supposuimus maiorẽ contingentem, & minorem necessariam, quod si econtra supposuerimus maiorem, s. necessariam, & minorẽ contingentem post conuersionem maioris propositionis non amplius ostensione vtemur directa, sed velut in vniuersalibus coniugationibus deductione ad impossibile ostenditur B ipsi A contingenter alicui inesse. i. minor de maiori, & si conclusionem conuertentes inueniemus etiam A alicui eorum quę B contingenter inesse. i. maiorem de minori concludi. Sic igitur si ambæ ꝓpositiones fuerint affirmatiuæ, sed si altera negatiua, & altera affirmatiua maiore existente negatiua, patet quod assyllogistica erit coniugatio. Equidem si maior vniuersalis fuerit, quemadmodum se habebant ex vniuersalibus propositionibus, ſm eadem etiam ipsæ se habebunt in omnibus. si autem maior particularis fuerit. Sed videamus verba quomodo se habent. Cõsimiliter se habebit & si hic terminorum vniuersaliter ille ĩ parte ad medium. Idest altera propositio fuerit vniuersalis & alia particularis. Nam per terminos ꝓpõnes significauit. Eo enim quod extrema ad medium coniungi significauit, simul etiam tertiam figuram descripsit, in qua duo extrema de medio prædicãtur, nam secunda figura est in qua vnum de duobus prædicantur, sicut etiam prima erat in qua medius terminus alteri subiiciebatur & de altero prædicabatur.

Et quando hoc priuatiuum acceptum fuerit, illud vero affirmatiuum, sed necessarium affirmatiuum, eius quod est contingere.

Si

Si maior fuerit particularis negatiua contingens minor vniuersalis affirmatiua necessaria, conclusio fit particularis contingens, qualis fiebat quando etiam erant ambę vniuersales, fit vero per deductionem ad impossibile. Nam illud {cum similiter se habebit} non dixit de ostensionibus sed de conclusione. Nam cõtingat A nõ omni C inesse, & B omni C ex necessitate, concluditur A non omni B contingere. Nam si hoc falsum erit verũ omni ex necessitate sed & B omni C ex necessitate, igitur A omni C ex necessitate, quod est falsum, nam supponebatur non omni contingere, termini, album, homo, animal, album contingit non omni homini ex necessitate, animal omni homini, & album contingit non omni animali, nam si hoc falsum, erit verum omni ex necessitate, sed etiam animal omni homini ex necessitate, igitur etiam album omni homini ex necessitate, qđ est falsum, nam suppositum fuerat nõ omni. Fieri quoque potest vt ostendatur coniugatio per cõuersionem in parte esse assyllogistica, nam particularis contingẽs negatiua conuertitur in particularem affirmatiuam, sit igitur conuersio tali modo. Si A contingit non omni C, & C alicui eorum quæ A contingit, sed etiam ipsum B omni C ex necessitate, & B igitur alicui eorum quæ A cõtingit, itaque conuersa conclusione in particularem negatiuam contingentem, & A non omni B contingit, quod oportebat ostendere.

Quando autem priuatiuum necessarium, & cõclusio erit eius quod est non inesse: idem nanque monstrationis modus & vniuersaliter & non vniuersaliter terminis existẽtibus: necesse etenim per primam figuram syllogismos perfici: quare quemadmodum in illis & in his necessarium accidit.

Si inquit acceperimus priuatiuam necessariam & affirmatiuam contingentem, patet ꝙ contrario modo se habet hęc coniugatio cum priore, conclusio.n. fiet particularis negatiua de inesse. Sint vero termini homo loco A, & peripateticum loco B, & animal loco C. nam homo non omni animali inest ex necessitate, & peripateticum contingit omni animali, & homo non omni inest peripatetico. Concluditur quoq; contingens non ẽm determinationem sed illud quod concurrit cum ipso de inesse. Quod vero non concludatur contingens ẽm determinationem hinc patet, nam si A cõtingit alicui eorum quæ B inesse, & B contingit alicui eorum quæ A non inesse, nam conuertuntur particularia proprij contingentis, sed inerat etiam C omni B, igitur C alicui eorum quæ A contingit inesse. Si aũt hoc & A alicui eorũ quæ C contingit inesse, & quod contingit alicui contingit etiam nulli, igitur A contingit nulli eorum quæ sunt C inesse, sed quod contingit nulli contingit etiam omni. Nam contingit omnem hominem lauari & non lauari, igitur contingit A omni C inesse, sed supponebat non omni ex necessitate, igitur non est verum A contingenter non omni B inesse. Verũ hic Alex. negatiuam necessariam vniuersalem vult accipi & contingentem affirmatiuam in parte, A nulli C insit ex necessitate, ceu equo nulli homo, & B alicui eorum quæ C contingat inesse, ceu album alicui equo cõcludet A, idest hominem non omni albo inesse, ceu cerusæ, vel niui, & patet ꝙ non contingenter, sed simpliciter non inerit. Sed ꝙ hæ conclusiones fiant, adiecit illud in causa esse quod quemadmodum in ambabus vniuersalibus, sic etiam in his per primam figuram perficiũtur syllogismi. Illud vero quemadmodum & in illis, & in his necessarium accidit, Idest quales fuerant in illis conclusiones, tales etiam in his accidunt. Sed aliquis quæreret, inquit Alex. opportune hic, cur non in mixtionibus ex ipso de inesse, & contingenti etiam sic dixit fieri in prima figura conclusiones, vt in prima figura ostensæ sunt? Inquit igitur quod etiam quæ nunc dicta sunt, oportet communiter intelligere in omnibus simpliciter, nam in prima figura retineretur conclusio, sic etiam in alijs deinceps figuris potentibus habere similem complicationem per conuersionem.

Quum vero priuatiuum vniuersaliter acceptum ad minus positum fuerit extremum: siquidem contingens, erit syllogismus per conuersionem: si autem necessarium, non erit. monstrabitur autem eodem pacto, quo & in vniuersalibus & per eosdem terminos. Planum itaque & in hac figura, quando & quomodo erit syllogismus, & quando contingendi & quando inexistendi.

Maiore existente particulari affirmatiua necessaria, & minori vniuersali negatiua contingente, fit syll's contingere non omni, conuersa enim particulari affirmatiua ad seipsam fit prima figura. Nam si A est eorum alicui C ex necessitate, & C alicui eorum quæ A ex necessitate. Si ergo B nulli eorum quæ C contingit, & C alicui eorum quæ A ex necessitate, igitur B contingit non omni A, qua conuersione conuersa, & A contingit non omni B. Nam particularis negatiua cõuertitur secundum determinationem contingentis. Si autem minor vniuersalis negatiua necessaria fuerit; patet quod maiore particulari exñte affirmatiua contingente non erit syllogismus. Nam reducitur ad primam fig. maiore rursus conuersa ad seipsam. Nam si A contingit alicui eorum q̃ C & ipsum C alicui eorũ quæ A contingit, qa igitur B nulli eorum quæ C ex necessitate, & C alicui eorum quæ A contingit, concluditur B non omni C inesse, non conuersa autem particulari de inesse negatiua non potest conuerti conclusio. Nam conuersa concluditur omni & nulli. Sed termini ipsius oĩ sunt. Somnus, equus, & motus homo. Nam somnus alicui equo inesse contingit, homo autem motus nulli equo ex necessitate. conuersa igitur maiore. (Nam contingit equum alicui somno inesse, id est somnianti,) concluditur somnus omni homini moto inesse. Termini de nullo si pro homine moto vigilantem hominem acceperimus. Nã somnus nulli homini vigilanti inest. Sed si minor fuerit particularis negatiua necessaria, & maior vniuersalis affirmatiua contingens, non fit syllogismus. Nam rursus concluditur omni & nulli. Termini quoque eidem possunt adaptari. Somnus inesse omni equo contingit, dormiens homo nõ omni equo ex necessitate. Vbi particularis negatiua nũc verificatur per vniuersalem negatiuam, cõcludens ꝙ somnus inest dormienti. Quod si vigilantem hominem acceperimus, etiam illud nulli concludetur. Sed sciendum ꝙ de reliquis syllogisticis combinationibus mentionem non fecit, dico, scilicet de his quæ ex ambabus particularibus vel indefinitis affirmatiuis & negatiuis & figura dissimilibus, vt iam manifestis existentibus.

Sed & manifestum quòd omnes imperfecti, & quòd perficiuntur per primam figuram.

Nam alij syllogismi per cõuersionem propositionum reducebantur ad syllogismos primæ figuræ, alij aũt deductione ad impossibile. Hoc autem erat quod etiam de secunda figura dixit, ꝙ perficiuntur per dictas figuras pro hoc per prædictam figuram, id est primam, vbi vtitur plurali pro singulari vt mos eius. Item figuras di

xit pro modis syllogisticis primæ figuræ, ad quas reducebantur omnes syllogisticæ coningationes secundæ & tertiæ figuræ.

FINIS MISTIONVM.

Caput. 12. Quod figuræ syllogismorum sint tantum tres.



VOD igitur syllogismi, qui in his sunt figuris, per vniuersales perficiũtur syllogismos, qui in prima figura & in istos reducuntur, planum ex dictis: quòd autem simplr omnis syllogismus ita se habebit, nunc erit manifestũ: quando monstratum fuerit syllogismũ omnem per harum aliquam figurarum effici: necesse igitur omnem demonstrationem atque omnem syllogismũ aut inexistens quippiam aut non inexistens monstrare: & hoc aut vniuersaliter, aut secũdum partem. Amplius aut ostensiue aut ex suppositione: eius vero qui est ex suppositione, pars est qui per impossibile. Primum itaque dicamus de ostensiuis.

Cum dixerit de modo inexistendi, necessario, contingenti & mixtionibus horum. Item, cum reduxerit hos secundæ & tertiæ figuræ syllogismos ad primã fig. & quosdam in primas figuras ad vniuersales modos, nunc vult ostendere ꝙ non potest eodem modo fieri syllogismus suppositiuus seu hypotheticus & cathegoricus, nisi vno modo harum trium figurarum. Vt autẽ hoc ostendat, proficiscitur ex syllogismis ad ea, quæ syllogismo hñt, veluti ad apertiora, & ꝑducit sermonem ex diuisione sic, omne syllogizabile (vt ita dixerim) vel vniuersale, vel particulare est: & adhuc vnumquodq; horum vel affirmatiuum, vel negatiuum. Deinde modum ostensionis ex diuisione inquit. Nã omne ꝙ ostenditur inquit, vel ostensiue ostenditur, id est per propositiones affirmatiuas, vel ex suppositione. His igit̃ sic se hñtibus dicamus primo de ostẽsiue ostẽdentibus. Et rursus accipit A B elementa pro syllogizabilibus, id est his quæ syllogismo concludunt. Si igitur inquit voluerimus ostendere quod A ipsi a inest, vel non inest, siquidem per se hoc acceperimus ꝙ nõ inest, petemus id quod est in principio, & quæsitum vt concessum accipiemus, quia igitur necesse est per altera velut concessa quęsitum probare, si ergo accipiamus, quod A ipsi C inest, vel alteri C, vel alterum A, vel alcui alio B nihil sciemus, nã vna propositione accepimus, sed syllogismus ad minimum ex duabus constat propositionibus, nam quibusdam positis alterum ex positis ex necessitate accidit. Rursus si duas acceperimus propositiones, ceu A de C, & C de quodam alio, vel de quo aliud A, vel quod alias acceperimus complicitas propositiones nõ coincidentes cum ipso B syllogismum quidem faciemus, sed non propositi, igit̃ necesse prorsus est, si oportet ostendi quod A ipsi B inest, vel non inest accipere aliquem terminum cõem, qui coniunget B & transeat per ipsum ab A in B affirmatiuæ, vel negatiuæ, igitur necesse est hunc communem terminum vel de alio prædicari, vel alteri subiici, vel de ambobus prædicari, vel ambobus subijci, & sic tres videbuntur esse figuræ. Sic ergo patet ꝙ omnis syllogismus prædicatiuus in vnam prorsus trium figurarum reducitur. Sed non solum hi (inquit) sed etiam omnes hypothetici in easdem figuras reducuntur, dicit autem hoc non quia hypothetici eandem deductionem terminorum habeant, sed quia accipiant quandam suppositionem, & ex eadem cætera probent, ceu si prouidentia est, animus immortalis est, atqui prouidentia est, igitur animus immortalis. Vnde necesse est, assumptam suppositionem probare veram esse, vt qui secum disputat cætera concludi concedat. nã inde constat ꝙ sit prouidentia. Si autem hanc volentes ostendere suppositionem, per alteram suppositionem eandem ostenderemus, necesse erit etiam illam ostendere, & hoc quousque in aliquod concessum occurramus, quod quidem suppõnem primã cathegorice ostendit, ceu etiam Plato fecit in Phædone. Nam volens ostendere animum immortalem, accipit virtute hanc suppositionem, si animæ nostræ post mortem in inferis, non igitur intereunt, atqui primum, ergo secũdum. Sed vnde liquet animas nostras esse in inferis per alias suppõnes ostendit, viuens & mori tale ex inuicem sunt animę in inferis, atqui primum, ergo & secundum, sed vnde liquet qđ viuens & mortuus sint ex inuicem, deinceps porro descendit in concessum, & sic cathegorice suppositionem introducit. Nã viuens & mortuus contraria sunt, sed contraria sunt ex inuicem, nã quod contraria sint ex inuicem perspicuum est, igitur etiam viuens & mortuus ex inuicem, nam albo nigrum fit, & ex calore frigus, & in alijs similiter, quia igitur necesse est assumptam suppositionem in syllogismis hypotheticis per cathegoricum syllogismum ostendi, & omnis cathegoricus syllogismus vnam trium figurarum incidit, merito igitur inquit etiam hypotheticos syllogismos ad easdem reduci figuras.

DIGRESSIO
De syllogismis hypotheticis.



VIA Aristo. hactenus de hypotheticis dicendo finem fecit, & nihil nos de illis docuit, sed omne sui studium contulit ad sermonẽ de syllogismo cathegorico, quandoquidem his cathegoricis existentibus perfectus & nullo extrinsecus indigentibus hypothetici egeant illis. Dicamus etiam nos de ipsis, nã sciendum quod varias ac multas tractationes de his in medium producunt, atque suscipiunt discipuli Aristo. & Theophr. & Eudemus atque alij & Stoici. Dicemus etiã quibus nominibus vsi sunt in partibus ipsorum & totis Peripatetici & Stoici. Et adhuc dicemus diuisionem ipsorum & quot modi ex ea hypotheticorum syllogismorum esse videntur. Sciendum igitur, quod cum hæc deinceps se habeant inter se, res, conceptus, voces, rursus quoq; se habent deinceps hæc in syllogismis hypotheticis (vt cognoscemus,) scilicet antecedens, consequens, deductum, assumptio, conclusio. Nam peripatetici cõi consuetudine vsi, res quasdam ꝑ se nominarunt, & conceptus per se, similiter etiam voces. Adhuc etiam: añs in syllogismis hypotheticis hoc ipsum antecedens & cõsequẽs similiter. ceu si dies est, hoc est antecedẽs: est sol super terram, hoc consequẽs. Nã sequitur ipsum secundum & totum hoc, si dies est, sol est super terram, dicitur deductum, & cõtinuatiuum, quia hæc cõiungit hæc inuicem. Verum Peripatetici vocant hoc, si dies est, assumptum, quia assumptum est ex secundo. Nam iam assumptum est in antecedente, & illud, sol igit̃ super terram, vocant conclusionem. Hoc igitur modo Peripatetici. At Stoici magis nouam ingressi viam vocant res, consequentia, quia volumus sequi res, & conceptus

ceptus delatiua, quia quæ in ipsis intelligibilibus extra proferimus, & voces dicibilia, sed añs ipsi quoque sic vocarunt, nam secundum hoc tantum consentiunt cũ Peripateticis, sed consequens vocant desinens & deductum inuersiuum, quia conuertimur ex antecedente ad consequẽs, si dies est, sol est super terram, & assumptionem vocant appræhensionem & hoc mansit in consuetudine, & conclusionem vocant illationem, quia ab alijs omnibus infertur. Hęc igitur sunt noĩa quibus vtuntur Peripatetici & Stoici. Sed deinceps accipiamus ex diuisione species syllogismorum hypotheticorum. Et vniuersaliter omnis syllogismus vel est vel nõ est ostendit, vel aliquo existente quid est, vel quid non est, vel aliquo non existente quid est, vel quid non est. qui ergo aliquo existente vel non existente quid non est vel quid est ostendentes, hi appellantur per tria & vniuersaliter hypothetici, vt̃r quidem vt per tota quia omnes propositiones sumptæ sunt hypotheticæ, per tria quia ad minus hi syllogismi tribus suppositionibus cõcluduntur, ceu volo ostendere, quod ex suppositione dicente Deum esse bonum, sequitur, omne esse sempiternum, quia igitur has duas suppõnes volo ostẽdere inter se sequi, prorsus necesse est vt hoc p alterum ꝓbetur, quia si p se accipimus quod est in principio rursus petimus, igitur vsus oobis atque opus est pluribus vel ad minimum vna alia suppositione per quàm mediam has inter se coniungemus velut sic dicamus. Si Deus bonus, efficit bonum, si bonum efficit, sempiterna facit, si ergo Deus bonus sempiterna efficit. Similiter etiam se habent hi qui aliquo existente quid non est probantes sunt, ceu si Deus iustus & bonus, si bonus, sunt ĩ inferis loca iudiciorum, si hoc nõ, sunt animæ hominum mortales, itaque si Deus bonus, non sunt animæ hominum mortales. Item aliquo non existente quid non est aliqui ostendunt, ceu in his, si non est Deus nomenque iniustum non sunt apud inferos iudicia, si hoc, animæ hoĩum sunt immortales & non sunt mortales. Considera autem ꝙ per hæc omnia non probauimus nõ esse aliquid simpliciter, vel non esse, sed quia hoc supposito sic sequitur. Et quia nullo pacto hoc esse aliquid vel nõ esse demonstrauimus, merito appellanrũr vniuersaliter syllogismi hypothetici. Nam in quibus esse aliquid vel non esse probauimus indigemus omnino etiam cathegorico syllogismo. Eorum igitur qui ostendunt aliquid esse vel non esse, alij cathegorice demonstrant, alij vero hypothetice, de syllogismis cathegoricis sufficienter dictum est, & de hypotheticis sic dicemus, qui probant vel esse, vel non esse: quia talium alij illationem probant, alij vero discursum, & eorum, qui probant illationem antecedentis, alij positione antecedentis probant consequens, alij vero ex deductione consequentis tollunt añs, ceu si accedens est homo, est animal, sed est homo, ergo animal. Et iste est primus modus hypotheticorum, qui ex consequenti positione antecedentis probat consequens, rursus si adueniens est homo, est animal, sed non est animal, ergo non est homo, iste est secundus modus hypotheticorum ꝙ ex cõsequenti destructione consequentis tollit antecedens, aliquo modo igiť hi differunt ab his qui per totum sunt hypothetici si illi quandam illationem probant. Nam ostendunt aliquo existente aliquid esse vel aliquid non esse, & non amplius dicuntur probare illationem. Dico igitur ꝙ illi tantum duntaxat hoc solum sequi ex sic supposito dicunt, sed hi ostẽdunt etiam ipsam suppositionem probantes, igiť & hoc est, ceu si Deus est bonus, bona facit, si bona, & sempiterna facit, igitur si Deus bonus, sempiterna facit. Considera enim ꝙ non simpliciter ostendit quod sempiterna facit, sed si bonus est sempiterna facit. Sed in his qui probant esse vel non esse, ipsa rei inexistentia probatur. Nã dicimus si bonus, sempiterna facit, deinde assumentes, atqui bonus est, Inducimus igitur sempiterna facit, igitur in his ostendimus quod sempiterna sunt hæc à Deo facta, sic se habet etiam in alijs, & si probemus per plures suppõnes, Rursus igitur dico ꝙ eorum syllogismorum qui probant esse vel non esse, alij probant illationem, alij vero disiunctionem, & eorum qui illationem probant, alij suppositione antecedentis probant cõsequens, alij vero destructione consequentis tollunt etiam añs, & sic sunt igiť hi duo modi hypotheticorum syllogismorum, primus & secundus. Itẽ eorum qui probant disiunctionem alij accipiuntur cum non oppositis, alij vero cum oppositis. Et I oppositis vel immediatis, vel mediatis, & mediatorum vel habentium mediata definita, vel habentium media indefinita. Et immediatorum vel ſm contraria, vel secundum habitum & priuationem vel affirmationem & negationem, disiunctionem autem dicimus suppositionem in diuisione, ceu si oĩs numerus vel par est vel impar, si anima vel mortalis vel immortalis, si diameter vel lateri commensurabilis vel incommensurabilis. Nam hæc habent coniunctionem disiunctiuam. Horum igitur hypotheticorum syllogismorum ſm disiunctionem, qui vel in non oppositis accipiuntur, vel in ipsis mediatis oppositis, & habent media indefinita, non oportet diuisionem producere secũdũ diuisionem ceu accedẽs, vel hõ, vel canis, vel equus, vel aliquid tale, hæc autem non sunt opposita. Vel rursus accedens vel album est, vel nigrum, vel fuscum, vel rubrum, vel id genus, hæc autem sunt contraria mediata & indefinita. Nã si ſm diuisionem fecerimus suppositionem, neque diuisionem sanam faciemus. Nam omnia percurri nequeunt, non opposita vel mediata vel indefinita opposita, neque possumus in conclusione destructione vnius reliquum introducere, sed oportet destructione cæterorum oĩum quod relinquitur cõcludere, sed hoc est impossibile, quandoquidem cũcta adnumerari nequeant. Si dixero quod accedens vel hõ est, vel equus, vel id tale, mentimur. Nam potest quippiam aliud esse similiter etiam adueniens, vel albũ, vel nigrum, Nam põt esse fuscum vel pallidum, sed singula percurrere vel difficile, vel impoſſe est. Sed neque in conclusione sic dicere possumus, atqui non equus, igitur homo. Itaque quomodo oportet facere oportet ergo facere diuisionem cum negatione, accedẽs non hõ, ergo equus est. Verum dicimus sic dicentes, deinde suppositione vnius reliqua tollimus, atqui homo est, igitur non est equus. Et iste modus est tertius syllogismorum hypotheticorum, qui ex negatiua complicatione & suppositione vnius reliqua tollit. Si autem vel in oppositis immediatis faciemus diuisionem, vel mediatis hñtibus media definita, fiunt duo modi syllogismorum hypotheticorum. Immediatorum quidem ceu numerus vel impar est, vel par, diameter vel lateri commensurabilis, vel incommensurabilis. Et mediatorum definitorum exemplum ceu accipientes duas magnitudines dicimus ꝙ hæc huic æqualis vel maior est, vel minor, vel bonũ, vel malum, vel neutrum. sed secũdum potest rursus diuidi vel in demſatiuum diuisim vtrunq; oppositorum,

vel

vel in neutrum horum recipiens. Fiunt igitur ex his, vt dicebam, alij duo modi hypothetici. Equidem quartus ex disiunctione ex suppóne vnius tollit reliquum vel reliqua. Quintus autem disiunctiuus destructione vnius vel reliquorum ꝙ relinquitur introducit. exemplum huius primi, latus lateri, vel æquale est, vel maius vel minus, atqui æquale est ergo non maius, neq; minus. Quinarius numerus vel est per vel impar, sed est impar. ergo non par, & secundi, diameter lateri vel cõmensurabilis vel incommensurabilis, atqui cõmensurabilis, non ergo est incommensurabilis. Item latus lateri, vel æquale, vel maius, vel minus, atqui nec maius nec minus, ergo æquale. Sciẽdum aũt ꝙ possumus etiã quartum modum, & quintum ex negatiua complicatione facere. Nam dico sic ꝙ diameter lateri non est commensurabilis & incõmensurabilis, & quod litera literæ non æqualis simul & maior & minor. Dico igitur ꝙ qñ sic proferimus tertium modum facimus, nisi vanum sit sic proferri, quando sit proferendũ ex diuisione vt separentur hypothetici syllogismi maxime hi de rebus vt iam diuisimus, deinde etiam figura reductionis eius & probationis. Si aũt hoc, nil est mirum diuidere quartum & quintum non realiter cum proferimus cum complicatione negatiua, tũc dicendum est esse tertium modum. Sed quia etiam inquit, syllogismos per impo͞ẽ, esse partim syllogismos ex suppositione, videamus etiam quõ hoc inquiat. Dicimus qđ vniuersaliter aliquo modo syllogismus per impossibile per duos hypotheticos concludit & vnum prædicatiuum, & primus per impo͞ẽ est quintus, & secũdus per impossibile est secundus hypotheticorum. Cum igitur prorsus omnis syllogismus per impossibile ostendens vtitur syllogismis hypotheticis, non tamen oĩs hypotheticus est per impo͞ẽ. ob id inquit syllogismos per impossibile esse partem hypotheticorum, ceu liquet in exemplo. Volens geometra quod diameter sit incommensurabilis costæ vtitur sylľo per impo͞ẽ. Diameter inquit lateri vel incõmensurabilis vel cõmensurabilis est, atqui non cõmensurabilis, vt ostendam. igitur incõmẽsurabilis. Iste autem est quintus modus hypotheticorum. Vnde igitur quod nõ est commensurabilis probat ꝭm modum hypotheticorum. Diameter lateri si est commensurabilis, numerus par erit impar, atqui numerus idem par & impar non erit, igitur neque diameter lateri commensurabilis est. Hanc igitur suppositionem ꝙ si diameter est cõmensurabilis lateri, necesse est vt idem numerus sit par & impar, per cathegoricum syllogismum probat. Similiter se habebant etiã hi qui ostensi fuerant ꝑ impossibile in syllogismis cathegoricis, ceu quicunque sunt in secunda figura ex maiore vniuersali affirmatiua, & minori particulari negatiua. Nam iste quia per conuersionem non potuit ostendi, ostendebatur per impo͞ẽ, ceu esto A omni B inest & non oĩ C dicebamus esse conclusionem, quod B non omni C inest, demonstrauimus hoc per impossibile sic B ipsi C, vel omni vel non omni inest, sed falsum omni, vt ostendam, igitur nunc non omni. Nam hæc virtute dicebamus. Hic rursus igitur est quintus modus hypotheticorum. Vnde igitur ꝙ falsum sit quod B omni C insit, ostendimus hoc per ꝭm modum hypotheticorum, si B omni C inest. idem igitur eidem omni & non omni inerit, sed idem eidem omni atq; non omni inesse est impo͞ẽ, igitur neq; B ipsi omni C inerit. Vnde igitur quod si B oĩ C inerit idẽ erit eidem omni, & nõ omni, hoc igitur per syllũm cathegoricum probabimus. Si B C oĩ inest, & erat A omni B, igitur A omni C inerit, sed supponebatur non omni, idem igitur eidem omni & non omni, patet igitur ex dictis quod omnis syllogismus per impossibile est ex duobus hypotheticis & vno cathegorico, & ob id quia ex duobus hypotheticis est, partem ipsorum esse inquit syllogismos per impo͞ẽ. Sed forsitan aliquis dubitaret contra hæc, si syllogismi per impossibile pars hypotheticorum sunt, & aliqui categorici per impo͞ẽ ostenduntur, erunt etiam quidam prædicatiui cathegorici pars hypotheticorum. Dicimus igitur ꝙ quicunq; categorici per impossibile ostensi, per deductionem cathegorici fuerunt, & habuerunt conclusionem necessariam per se & si non per impo͞ẽ ostenduntur, & ob id nõ reducent ad hypotheticos, quia, aiunt, nobis manifestam non exhibent conclusionem necessariam, ob id deductione ad impossibile necessariam ipsorum naturam esse nobis fit compertum. Hæc igitur est deductio per impo͞ẽ quę est accepta vt ostendat nobis euidenter necessarium ipsius syllogismi, & hæc est pars hypotheticorum & non ipse categoricus est pars syllogismorum hypotheticorum qui non habet necessitatem suam ex syllogismo ad impossibile, sed per se illam possidet. Hæc igitur de syllogismis hypotheticis. Sed videamus verba Philosophi superius dicta. Quod autem simpliciter omnis syllogismus ita se habebit nũc erit manifestum. Omnis siue categoricus siue hypotheticus patet ostensiue vel ex suppositione. Dixit ostensiue .i. categorice. Nam hi per se ostẽdunt propositum idcirco dicta est ostensio categorica, & directa, alia aũt per impo͞ẽ quæ pars hypotheticorum circularis ostensio est tanquam ex quodam periodo & nõ per se ostendens propositum.

His .n. monstratis, planum erit & in his qui ad impo͞ẽ, & omnino de his qui ex suppositione. Si igitur oporteat A de B ratiocinari, vt inexistens aut non inexistẽs, necesse est accipere aliquid de aliquo. Si ergo A de B acceptum fuerit, quod est à principio, sumptum erit.

Quia diximus ꝙ oĩs hypotheticus sylľs indiget categorico sylľo vt perficiatur, merito qñ ostensum est qđ oĩs categoricus ad tres fig. reductus est, etiam planum erit sic de sylľis hypotheticis, qđ etiam ipsi reducentur ad easdẽ, siquidẽ egeant categoricis q ad has reducunt.

Si autem de C, C vero de nullo.

Vt fiat prima figura siquidem accepta fuerit de aliquo ipsum C.

Neque, de illo aliud.

Videlicet ipsius C vt fiat tertia figura. Nam si accepta fuerit A de C, acceptum etiam erit quippiam aliud de ipso C, & fit tertia figura.

Neque de A alterum, nullus erit syllogismus.

Vt rursus fiat prima. Nã accepimus A de C, si ergo acceptum fuerit & aliud quid de ipso A, rursus fit prima figura, nisi superius velut medium terminum ipsum C accepit. Hic autẽ A & B prætermisit tanquam euidens, & velut per extrema & medium complectens.

Eo enim quòd vnum de vno sit acceptum, nil accidit ex necessitate, quare assumenda & altera propositio.

Inquit vnam propõnem per hæc omnia accepimus, & syllogismus ad minimum ex duabus propositionibus est, & per vnam propõnem nihil concluditur. Nam syllogismus est oratio in qua quibusdam positis aliquid alterum a positis ex necessitate accidit eo ꝙ hæc sint.

Si itaque A de alio fuerit acceptum.

Ecce

Ecce hic secundam significauit figuram. Nam dicendo vnam propositionem supra dum dicebat A accepit de ipso C, nunc rursus A de alio quodam ponit ꝙ est secunda figura.

Aut aliud de A.

Vt si primum. Nam habemus A de ipso C, & nunc de ipso A alterum.

Aut de C alterum, esse quidem syllogismum nihil prohibet ad B, tamen non erit per accepta.

Vt tertiam, nam de C & A quippiamq; aliud, nam vbiq; medium terminum A accepit de C. Erit igitur inquit per hæc syllogismus aliquis, non tamen propositi, nam volumus ostendere ꝙ A ipsi B inest, non alicui alij, vel huic aliud, vel alteri alterum.

Neq; quando C alteri, & illud alij, & hoc alteri, non fuerit aũt ad B copulatum, nec sic erit ad B ipsius A syllogismus: omnino.n. diximus quòd nullus vnquam erit syllogismus aliò de alio non accepto aliquo medio, quòd ad vtrunque se habet quodammodo prædicationibus.

Et si plures inquit propões inter se connectimus, nulla tamen propositio habet aliquam habitudinem ad B, nunquam quod A ipsi B inest probabimus.

Syllogismus nanq; simpliciter ex propõnibus est, ad hoc autem syllogismus, ex propositionibus ad hoc: qui autem est huius ad hoc, per propositiones huius ad hoc sed impoßibile est ad B, propõnem capere nihil de ipso, aut prædicantes, aut negantes, aut iterum ipsius A ad B nihil cõe accipientes: verum de vtroq; sigillatim quædam prædicantes aut negantes: quare accipiendum medium aliquod vtrorumq;, quod prædicationes copulabit: siquidem erit huius ad hoc syllogismus. Si igitur necesse quidẽ est accipere ad vtraq; cõe: hoc autem trifariam contingit, aut.n. A de C & C de B prædicaturos, aut C de vtrisque, aut vtraque de C, hæ vero sunt dicta figuræ, planum syllogismum omnem necessarium fieri per harum aliquam figurarum.

Quod vult dicere hoc est ꝙ simpliciter omnis syllogismus per propositiones concluditur, si ad aliquid facimus syllogismum, ceu si de anima volumus ostendere vel ratiocinari syllogismum non definite ꝙ sit immortalis, vel seipsa mobilis, vel incorporea, vel aliquid tale, sed simpliciter & indefinite quærimus, quæ nam animæ competũt, oportet propositiones copulare inuicem ad animum, alioquin non erit ad ipsam syllogismus, si autem quæramus si aĩa immortalis, oportet propositiones copulare ad animam & immortalem. Nam aliter non erit syllogismus de immortali ad animam, nisi propões copulentur syllogismi ad animam & immortalem. Et hæc sunt quæ videntur dici ab ipso. Q. vero simpľr syllogismus sit ex propositione & syllogismus huius de hoc, verbi gratia immortalis de anima ex copulatis propositionibus ad immortalem & ad aĩam palam fit. Nã in syllogismo dicente ꝙ aĩa seipsa mobilis & seipso mobile semp mobile & semp mobile immortale, igitur anima immortalis, deductæ & connexę sunt propositiones ad immortalem & animam, sed dicere ꝙ ad hoc sit syllogismus ex his propositionibus de ipso, videtur vanum & alienum ab intelligentia esse, nam omnis syllogismus huius ad hoc est. Nam nullus simpľr proponit ostendere animam, vel lapidem, vel aliquid eiusmodi, sed aliquid de aliquo vel ab aliquo proponit syllogismo ostendere, quod ipse nunc inquit huius ad hoc. Si autem diceret quod simpliciter, quando proponebamus quæ insunt alicui syllogismo concludere, non definimus autem huius ad hoc. Sciendum ꝙ propositio syllogismus non est vt ipse inquit de syllogismis. Qđ autem syllogismus fieret prorsus & oĩno huius ad hoc fit, nisi quis diceret quod quãdo si est aliquid vel non est quærimus. Nam hic non quærimus aliquid inesse vel non inesse rei, sed idipsum num vniuersaliter insit. Nisi aliquis rursus diceret ꝙ etiam hic illud est de quo prædicatur, quare est huius ad hoc. Nam est huius ad aĩam, quare nequaquam potest hic contextus constitui nisi in propositione idem aliquis accipiat. Hoc autem rursus non erit verum, nam ipse de syllogismis inquit.

Eadem enim ratio & si per plura copulatur ad B, eadem nanque erit figura & in multis.

Id est & si non per duas solum propões concluditur syllogismus, sed ꝑ plures, nã rursus inquit & si non immediate, sed per quædam alia ad medium terminum extrema copulant. Hoc autem fit quando acceptę propositiones probatione indigent, vt qñ voluero ostendere ꝙ voluptas non est bonum, ostendam per medium quod imperfectum est. s. voluptas est aliquid imperfectum, & imperfectum non est bonum, igitur voluptas non est bona. Sed vnde voluptas est imperfecta? quia oĩs motus impfectus, sed voluptas est motus & motus ipfectus, igr voluptas imperfecta. Sed vnde ꝙ imperfectum non sit bonum? quia imperfectum aliquibus indiget quod vero tale est à perfectione longe excidit, & vtrunque horum non est bonum, igitur imperfectum non est bonum.

Quod igitur ostensiui omnes concluduntur per prædictas figuras, manifestum, quòd aũt & qui ad impoßẽ, planum erit per hæc: omnes.n. per impoßibile concludentes, falsum quidem ratiocinantur: quod autem à principio ex suppositione monstrant quum impoßibile aliquid accidat contradictione posita: vt quòd diameter incommensurabilis eo quòd imparia æqualia paribus fiunt, si fuerit posita commensurabilis: æqualia igiť fieri imparia paribus ratiocinatur: diametrum vero incommẽsurabilem esse, ex suppositione monstrat: quoniam falsum accidit propter contradictionem: hoc.n. erat per impoßibile ratiocinari, aliquid monstrare impoßibile propter suppositionem, quæ ex principio: quare quoniam falsi syllogismus fit ostensiuus in his, quæ ad impoßẽ ducuntur, ostensiuos autem, prius diximus quòd per has concluduntur figuras: manifestum quòd per impoßibile syllogismi per has erunt figuras.

Cum non fuerit propositum per se demonstrare, ponimus ipsum tanquam in suppositione, deinde contradictionem huius vel contrarium accipientes, si immediatum vel hoc categorice probamus, quia prorsus necesse est in talibus alterum verificari vel falsificari, & inuenies hoc mõ falsum sequi, quandoquidem falsum sit acceptum hoc quidem remouemus, & suppõnem à principio deinceps ex necessitate ponimus. Hoc igitur est ꝙ inquit quod semper in syllogismis per impoßẽ assumptum est falsum ĩ probationem impossibilis, & hoc est ꝑ syllogismum categoricum ostensum, ceu (inquit) geometra fecit. Nam volens ostendere ꝙ diameter sit lateri incommensurabilis, & hoc non potest directa ostensione ostendere (inquit) ꝙ si hoc non est omnino erit commensurabilis, atqui si commẽsurabilis erit, accidit vt idem numerus sit par, & impar, quod necesse est accidere posita diametro commensurabili, quod cum abijcitur, introducitur ex necessitate suppositio ex principio, dico. s. ꝙ sit incommensurabilis. Nam si falsum est ꝙ sit commensurabilis, necesse est esse verum vt sit incommensurabilis, igitur si oĩs syllogismus ꝑ impossibile

sibile ostendit falsum categorice, & omnes categorici ad ipsas tres figuras reducuntur, & iam diximus de reliquis hypotheticis, quomodo etiam ipsi ad easdem reducuntur, quando impossibile aliquid accidit contradictione posita, & contradictionem dicit alteram partem contradictoriæ oppositam supponenti ex principio, ceu incommensurabili commensurabile.

Consimiliter & alij omnes qui expositione: in omnibus enim syllogismus quidem fit ad transumptum: quod autem ex principio concluditur, uel ex confessionem, aut aliquam aliā suppositionem, quòd si hoc verum, omnem demōstrationem & omnem syllogismum necesse fieri per tres prædictas figuras. Hoc aũt monstrato, planum est quòd omnis syllogismus perficitur per primam figuram, & reducitur ad vniuersales syllogismos qui in hac sunt.

Et alij (inquit) syllogismi hypothetici reducuntur ad tres figuras, quia in his omnibus assumptio categorice ostenditur, categorici ad tres figuras quidam non assumptionem, sed assumptum accipiunt. Non. n. semper (inquit) sola assumptio eget probatione, sed aliquo etiam coniunctum, & oportet hoc categorice syllogismo ostendi, itaq; intelligendum est assumptum simpliciter ꝙ indigent probatione, siue deductum copulatumue, siue assumptio. Contra hoc bene Alexander instat ꝙ male putarunt. Nam ad solam assumptionē hoc intelligendum est. Nam si coniunctum & deductū fuerit immanifestum, nec vtr fit syllogismus, quandoquidem secum disputans non concedet, ceu si moueatur aliquid hoc etiam volat, per se instabit contra coniunctum & deductum, & non concedet procedere syllogismum. Atqui assumptio est in syllogismis quæ semper indiget probatione, ceu si homo est & animal, atqui homo, quod deinceps probare oportet. Nam vnde quia homo, quia hoc verum est indicat etiam ipse, qđ ex principio concluditur per concessum ꝙ si homo est & animal, quare deductum vt concessum accipit, & assumptionem veluti indigentem probatione. Illud autem vel alicuius alterius suppositionis, ceu ꝙ vni consimilium (specierum inest, hoc etiam omnibus, qđ etiam Arist. dixit in lib. de Cœlo. Nam accipiendo quod cœlestia sunt similis speciei, quod quidem (inquit) in vno inuenimus, etiam in cũctis fateri necesse est, & ita concluduntur omnia esse sphærica ex vno, quod est luna, quæ sic probatur esse ex suis illuminationibus. Verum differt hoc ab alijs. Nam ibi in vno accepimus consequens si homo, & animal, si non animal, neq; homo, hic autem vno plures.


Quodq; in omni oportet terminorum aliquem prædicatiuum esse, & vniuersale existere.

In omni syllogismo oportet esse aliquē terminum prædicatiuum.

Nunc q̃a tradita theoremata ex prædictis in caput, & summam rediguntur. Nam ex dictis (inquit) planū erit nobis, quod duę negatiuæ, vel duæ particulares nunquam faciunt syllogismum.

Nam sine vniuersali, aut non erit syllogismus, aut non ad positum, aut quod ex principio petetur, ponatur enim musicam voluptatem esse studiosam, si itaque quispiam censeat voluptatem esse studiosam, non addens omnem, non erit syllogismus, si vero aliquam voluptatem, siquidem aliam, nihil ad positum, si autem ipsam hanc, quod ex principio accipit. Sed magis efficitur manifestum in descriptionibus, vt quòd æquicruris æqualis qui ad basim, sint. n. ad centrum ducta A B; si igitur æqualem accipiat A C D, angulum ipsi B D C, non omnino existimans æquales, qui semicirculorum, & rursus C ipsi D, nō omnem assumens eum qui sectis. Amplius ab æquis existentibus totis angulis & ablatorum æquales esse reliquos E F quod ex principio petet, nisi acceperit ab oibus æqualibus, æqualibus demptis, æqualia derelinqui. Planū igitur quòd in omni oportet vniuersale existere.

Si non haberent (inquit) propositiones assumptę in syllogismi vniuersalem propositionem, assyllogisticæ fiunt. Nam si voluero ostendere quod musica voluptas studio digna sit, dicam, musica voluptas est voluptas & voluptas est studio digna, deinde concludam assyllogistice, quia indefinitæ æquiualent particularibus. {Aut non ad positum} hoc sic exponitur. Si (inquit) dixero musica voluptas est voluptas, inducā prorsus omnem geometricam musicam voluptatem esse studiosam, deinde non concludam propositi, sed alterius syllogismum faciens particularem quoq; dicimus esse hanc propositionem, quia non vniuersalem voluptatem accepimus, sed geometricam, licet omnem tamen. Dico igitur ad hoc quod maxime dicentes ꝙ musica voluptas, est voluptas studiosa, deinde inducentes, oīs geometrica voluptas est studiosa, sed fecimus medium terminum alium. At oportet eundem esse in duabus propositionibus. Deinde dicentes {omnis} vlem fecimus propositionem, quia cui additum est ly, omnis est vniuersale. Nam ob signum de terminationis & non terminum vniuersalem fit propositio vniuersalis, ceu quando dixero, omnis homo. Nam respectu animalis homo non est vle. Sed ipse supponendo duas particulares sic cetera adiecit, & neq; vtebatur ly {omnis} quare falsa est horum expositio. Considera igitur num sic magis contextus verificaretur si quis ita exponeret. Si (inquit) dixero, quod musica voluptas est voluptas, & deinde adiecero alteram propositionem, dicendo aliqua voluptas est studiosa. Idem autem est & si indefinitum dixero, quia particulare verificatur de aliqua voluptate, hanc igitur quādam voluptatem accipiendo studiosam esse, aliquā accepit. Nam si aliquā aliam, v.g. geometricam diceret, nihil erit ad propositū. Non .n. si geometrica est studiosa, propter hoc etiam musica. Quod si dicendo quādam voluptatem esse studiosam, hanc quādam de musica dicam quasi dixerit, musica voluptas est voluptas & musica voluptas est studiosa, id quod in principio peto, i. quæsitum vt concessum accipiebam. Nā & ipse in sequentibus palam hoc vult. Sed magis fit manifestum in ipsis descriptionibus, ceu ꝙ æquales sint anguli isocheli ad basim, quia (inquit) necesse est omnino vt in syllogismis sit quædam propositio vlis. Planum est etiā in ipsis methodis geometricis.



Quod anguli isocheli qui sunt ad basim, sint æquales.

Nam quando geometra voluerit ostendere quod isochelis trianguli anguli ad basim sint æquales,

quia isocheles triangulus fit per lineas ductas per centrum basi facta per alteram lineam recta intercidente sectio circuli sic syllo ostenditur, quia omnis semicirculi anguli sunt æquales, sed semicirculi anguli sunt A B C D æquales, ergo erunt inter se. Nam hic non accepimus angulos isuchelis, sed angulos semicirculorum seiunctorum per A B rectos ductos per centrum, igitur tádem concluditur ꝙ anguli semicirculi sunt æquales, & quia basis trianguli aliquam sectionem semicirculi secat, & omnis sectionis circuli æquales sunt anguli, igitur æquales sunt hi anguli C D sectionis, igitur æqualis A C, angulus ipsi B D, i. semicirculi, sed æquales etiam sunt sectionis C & D anguli, si autē ab æqualibus æqualia demas, relicta erunt æqualia, sublatus igitur ex A C & A D angulus æqualibus existentibus C, & D ꝙ æqualibus existentibus, quæ remanent æqualia euaserunt, dico. f. illum angulum a, & illum z qui sunt anguli isopleuri, æqualium. f. laterum. Sic igitur geometra vbique vlem propositionem accipit, alioquin non vteretur syllogismo. Si. n. diceret quod æqualis est C A, angulus huic B D, non dicēdo quod omnes circuli sunt æquales anguli, non ostenderet hoc syllogismo, sed ambiguum vt concessum acciperet. Similiter etiam si angulum C, & illum A diceret æquales esse non addendo, quod etiā omnes sectionis anguli sunt æquales esset petitio, & non syllogismus. Et rursus si diceret, quia auferamus ab ipsis A C & A D, angulis illum C, nunc relictos esse æquales, non fieret syllogismus sine vniuersali propositione.

Et quòd vniuersale quidem ex omnibus terminis vniuersaliter monstratur.

Nunquam enim fit conclusio vniuersalis non existentibus propositionibus vniuersalibus.

Quod autem in parte & sic & illo modo, quare si conclusio quidem vniuersaliter fit & terminos necesse vniuersaliter esse, si vero termini vniuersaliter, contingit conclusionem non esse vniuersaliter.

Nam potest concludi conclusio particularis, etiam non existentibus propositionibus vniuersalibus, quæ sunt conclusiones particulares in prima figura. Contingit etiam propositiones esse vniuersales, & conclusio particularis quemadmodum in tertia figura.

Sed manifestum quòd & in omni syllogismo aut vtrasque, aut alteram propositionem similem necesse fieri conclusioni. dico autem non solum affirmatiuam, aut priuatiuam, sed necessariam aut inexistentem, aut contingentem.

Nam si fuerit affirmatiua conclusio, necesse est ambas esse affirmatiuas, si negatiua altera erit negatiua, si necessaria vel contingens, vel de inesse ambas, vel alteram propositionum sic esse necesse est.

Considerare vero oportet & alia prædicamenta.

Ceu si opinabilis fuerit conclusio vera necesse est, vel ambas esse veras, vel vnam esse similem, si poterint, vel vna, vel ambæ similes esse considerandum est. Item si falsa conclusio & in omnibus talibus similiter præterquam quod variat solum quo ad verum & manifestum. Equidem potest conclusio vera ex falsis propositionibus concludi, ceu si dixero ꝙ homo est qualitas, qualitas est substantia, igitur homo substantia, & est vera conclusio, quáquam ambæ propositiones sint falsæ. Item de ipso manifesto si conclusio erit manifesta, prorsus necesse est propositiones esse manifestas, ceu manifestum est quod eclypsis deliquium est, si ergo oporteret hoc syllogismo concludi dicam sic, luna non habens proprium lumen incidit in vmbram terræ, sed omnino incidens in vmbram terræ si non habet proprium lumen deficit, igitur luna deficit. Sūt autem in hoc syllogismo immanifestę his qui non callent astronomiam tamen conclusio est plana. Nam sensu fidem habet. Verum quidam dicunt ꝙ non omnino immanifesta conclusio habet propositiones manifestas. Nam si oporteret ostendi immanifestum per immanifestum, quomodo esset ostensum? sed quærendum est huius exemplum.

Planum autem & simpliciter, quando erit, & quando non erit syllogismus, & quando possibilis, & quando perfectus, & quod si fuerit syllogismus necessarium est se habere terminos, secundum aliquem dictorum modorum.

Planum est quod syllogismi perfecti in prima figura sunt, & imperfecti in secunda & tertia, quia indigent conuersione quos significat per possibile. Nam potentia habent perfectionem & non actu. Si vero ad ponitur in quibusdam exemplaribus illud imperfectum & imperfectum intelligemus similiter de his qui sunt in secunda & tertia figura, quia etiam ipse illos vocauit imperfectos, possibiles autem dicimus syllogismos qui egent extrinsecus propositione ad perfectionem ipsius manifestandi, verbi gra. volens igitur ostendere quod animus fit immortalis, dico sic quod animus seipso mobilis, qđ seipso mobile est immortale, igitur animus immortalis, dico itaque hunc syllogismum esse possibilem, quia extrinsecus deficit propositio ad perfectam ostensionem manifestandi. Verūtamen potestate vna est propositio deficiens in syllogismo. Nam deficit hæc quod est seipso mobile est semper mobile, semper mobile ex necessitate est immortale. Verum potentia in ipso per se mobile est ipsum semper mobile. Nam omne seipso mobile est semper mobile.

Sed manifestum & quod omnis demonstratio erit per tres terminos & non plures, nisi per alios & alios eadem conclusio fiat.

Propositum perspicuum est, nam vult ostendere ꝙ omnis syllogismus per solos tres terminos & non plures fit. Nam volumus cum concluditur syllogismo aliquid inesse vel non inesse ostendere. Habemus igitur hos duos terminos, sed ostendimus horum habitudinem inter se per aliquem alium terminum habentem habitudinem ad hos ambos, & per seipsum, vel concludentem, vel disiungentem extremitates, quare tribus solis opus est terminis in syllogismo. Nisi (inquit) per alios & alios eadem conclusio fiat, i. nisi differentibus argumentis voluerimus idem probare. Nam tum alio quodam medio vtimur, ceu Plato volēs probare, quod anima sit immortalis, aliquādo quidem probat per hoc medium semper mobile, vt in Phædro, aliquando autem quia ipsa est esse animalis & dat esse corporibus vt in Phædone, aliquando autem quia non corrumpitur à propria malitia vt in Critone. Nam si omne quod corrumpitur à propria malitia proprioque detrimento corrumpitur, & anima à propria malitia non corrumpitur, igitur anima non corrumpitur in secunda figura. Rursus ꝙ homo sit substantia probamus aliquando per medium animal, aliquando per medium animatum, omnis homo animal, omne animal substantia, igitur omnis homo substantia & de altero similiter. Sed quando hoc probamus vnam quidē concludimus conclusionem, verūtamen non vno syllogismo.

Quòd omnis ratiocinatio fit per tres tantum terminos, & quo pacto augeantur propositiones.

mo. Nam differentis media accepimus, & ob id differentes ꝓpõnes. Nam neq; idem est dictũ quod homo sit animatus, cum hoc quod homo sit aĩal. Similiter in aliis quare sunt plures sylli. Similiter autem (inquit) & si non eodem medio termino vtemur non eãdem habitudinem habente ad extrema idem rursus concludemus, licet per alios & alios, & rursus propter hoc nõ vnus sylls, sed plures erunt, quia differens est medij habitudo. Nam hoc est id quod habet principatum in syllogismis, ceu quando ostendimus particularem negatiuam per primam & secundam & tertiam figuram. Etenim hic vna est conclusio, sed plures syllogismi, & si syllogismus per syllogismos probaretur, nihilominus plures erunt syllogismi, quia etiam plures sunt hic conclusiones. Nam semper conclusam in prima figura propositionem, illius sequentis facimus ꝓpõnem & præmissam, ceu qñ voluerimus ostendere quod iustum est bonum per medium pulchrum sic, iustum est pulchrum, pulchrum bonum, igitur iustum bonum. Hunc igitur syllogismũ probamus per prosyllogismos. Nam vnde constat quod pulchrum bonum: dicimus porro iterum sic, iustum pulchrum, pulchrum desiderabile, nam pulchrum ad seipsum alia conuertit & rapit, & seipsum amare efficit, vnde etiam nomen habet ĩaquam vocans omnia ad seipsa. & appellatur pulchrum bonum. Item vnde patet quod desiderabile, bonum sit; quia desiderabile & expetendum est conferens. Nam nullus cupit id quod nocet, igitur appetibile est bonũ. Item vnde liquet ꝙ iustum est bonum, quia iustum est expetendum & expetendum conferens, quippe cum nullus desideret ea quæ lædunt, igitur iustum est conferens, si iustum confert; & conferens est bonum, igitur iustum bonum, quare si etiam per prosyllogismos concludemus, plures erunt syllogismi. At si non per prosyllogismos concludimus, sed ipsas conclusiones copulantes, faciemus vnum syllogismum, ceu iustum est laudabile: & laudabile pulchrum, pulchrum expetendum, expetendum conferens, conferens bonum, igitur iustum est bonum. Hic inquit syllogismus per plures terminos concluditur, tamen est compositus & non simplex. Sed de simplicibus est sermo quòd necesse est, vt per tres terminos solos concludatur, ceu hic proximi termini qui principatum obtinent tres sunt concludentes probantesq; propositum, iustum conferens bonum.

Vt E per A B & per C D.

Hoc est exemplum cõclusionis conclusæ per aliud & aliud medium, vt hominem esse substantiam, per animal per animatum, & animam immortalem, per semper mobile, seipso mobile. Accipit autem E conclusionem, & A & B duas propositiones, & rursus alias duas C & D.

Aut per A B, & A C, & per B C. plura nãque media eorũdem esse, nihil probibet, his autem existentibus, non vnus, sed plures sunt syllogismi.

Hoc exemplum est ostendi eãdem conclusionem in diuersis figuris, quia vt diximus eadem particularis negatiua ostenditur in tribus figuris, vt album non omni homini in ipsa prima figura, sic album nulli æthiopi, æthiops alicui homini; concluditur album non omni homini, & in ipsa secunda figura album nulli æthiopi, homo alicui æthiopi, & album non oĩ homini. Nã maior in prima figora conuersa, facit, secundam, dico.s. negatiua. Nam quia album nulli æthiopi, & æthiops nulli, fit igitur secunda figura, si autem minorem primi conuerterimus, dico.s. affirmatiuum fit tertia figura. Nã si æthiops alicui homini, & homo alicui æthiopi, vide igitur qũo per mutationem elementorum hoc significauit. Nam A B primam figuram significat, est autem A minor propositio affirmatiua, & B maior negatiua, quia igitur in secunda seruamus figuram, conuertimus autem maiorem, ob id secunda per A C. indicauit seruaus A, & mutans B. Rursus quia in tertia seruamus maiorem, & conuertimus minorem, ob id etiam ipse seruauit ipsum B. Verum mutauit ipsum A in C. Nam A C tertiam indicant figuram.

Aut rursus quando vtrumque eorum, quæ A B per syllogismum fuerit acceptum, vt A per D E, et rursum B per F G.

Id est quando duæ propositiones comprehensæ indigent prosyllogismis, nam demonstrauimus quod iustum est pulchrum, quia iustum est laudabile, & laudabile pulchrum, & ꝙ pulchrum bonum per quæ demõstrauimus, itaque per hęc D E & F G, propositiones prosyllogismorum significat.

Aut hoc inductione, illud syllogismo, verum & sic plures syllogismi.

Sæpe inquit altera propositionum opus est ad probationem & altera ad deductionẽ, ceu volumus ostendere ꝙ medicina est vtilis vitæ, & sic dicimus medicina est ars, omnis ars vtilis vitæ, igitur medicina vtilis vitę, aliam harum propositionum per syllogismum probamus ꝙ medicina sit ars. Equidem medicina est methodus faciens viam, omnis methodus faciens viam est ars, igitur medicina est ars. Sed illam per rationem dicentem omnis ars vtilis vitæ, duntaxat per inductionem probamus ostendentes quod omnes particulares artes sunt vtiles vitæ.

Plures nãq; conclusiones sunt, vt A, & B, & C.

Nam quando planum fit quod per prosyllogismũ hanc propositionem A probamus conclusionem facimus A. similiter etiam de B propositione, sed ex his conclusionibus A & B propositionibus factis concludimus C. Sciẽdum autem ꝙ pro E hic C accepit, nam supra dixit E conclusionem esse ipsius B.

Si igitur non plures, sed vnus, sic accidit per plura eandem fieri conclusionem, vt vero C per ea quæ sunt A B impossibile.

Quod vult dicere, hoc est, quod per plures terminos ostendens syllogismus, diceretur vnus, vt compositus, non, tamen vt simplex. Rursus ipsum C accipit pro E.

Sit enim E conclusum ex A B C.

Propositum erat ostendere quod per duas solas ꝓpositiones principalissimas & proprias conclusiones, fit syllogismus & non per plures. Ostendit igitur per hæc, nam si accidit (inquit supponatur per A B C D factus syllogismus, i. per quatuor ꝓpõnes, nam vnumquodq; elementum velut propositionem accipit, & concluserunt ipsæ propositiones, ipsum E, quia igitur (inquit) ostensum est quod propositiones efficientes syllogismum habent aliquas habitudines inter se, diuidens in duas has quatuor propositiones, de vnaquaq; sectione interrogarem. Nam A B ꝓpositiones, vel habent habitudinem adinuicem, vel non habent, & si non habent, frustra erunt assumptæ. Nam oportet syllogismi propositiones habere habitudinem inter se, quare quæ non habent habitudinem non efficiunt syllogismum, si autem habent habitudinem inter se, vel E propositum nobis à principio concludunt, vel

alteram propositionem E D, vel aliud quid præter hoc. Rursus C D propositiones, vel habent inter se habitudinem vel non habent, & hæ non habent, quandoquidem nihil concludentes, frustra erunt assumptæ. Si autem habent, vel tales concludunt E, vel alteram propositionum A B, vel quippiam aliud præter has. His ergo sic se habentibus, si A B propositiones concludunt E habemus quæsitum, quod solum ex duabus propositionibus fit syllogismus & C D. si ipsę etiam cõcludunt E vna erit & eadem conclusio per plures syllogismos conclusa, quare rursus plures erũt syllogismi, si autem C D concludunt alterum A B propositionum per prosyllogismos erit ostensum ipsum E. Nam prosyllogismo hæ C D propositiones concludunt vnam propositionum A B, ex quibus tamen concludebatur. Si vero aliquid aliud concludunt C D propositiones non solum plures syllogismi fiunt, sed etiam incommunicantes inter se. Nam alius est syllogismus qui per A B concludit E, & alius qui concludit per C D. aliud quid, ververbi gratia. Z. Sic igitur si supposuerimus A B concludere ipsum E C D, vel ipsum E, vel alteram ipsarum A B, vel quippiam aliud præter has. Similiter etiam si supposuerimus A B concludere, vel alteram C D, vel aliquid alterum præter has, impossibilis esse ostenditur ratio. Nam si aliud quid præter hos cõcluderem A B C D, & ipsæ aliud præter posita, etiam plures syllogismi sunt & non propositi, equidem propositum erat E. Si autem ipsarum A B alterũ per prosyllogismos, aliud quid rursus & non propositum ostendemus. Nam prosyllogismus est A B concludentis C D, aliud quid A propositis. Si autem A B aliquid ipsorum C D concluderent, & C D rursus si E per prosyllogismos concludimus, habemus quæsitum ꝙ propriæ & principales propositiones concludentes E sunt duæ C D. si vero alteram A B vel aliud quid præter hæc, similiter etiam plures syllogismi fiunt & non propositi, quare vbiquę ostensum est quod necesse est per duas solas propositiones principalissimas omnes syllogismos fieri.

Ergo necesse est ipsorum aliquid aliud ad aliud acceptum esse, hoc vt totum, illud vt pars, hoc enim prius ostensum est, quòd si fuerit syllogismus, necesse est terminorum aliquos ita se habere, sic igitur habeat A ad B, est itaque aliqua ex ipsis conclusio, aut ergo E aut eorum, quæ C D alterum aut aliud quippiam præter hæc.

Pro hoc aliam propositionum innuit continere, & alteram contineri. Continet autem maior, & minor continetur. Nam si dixero quod substantia omni animali, animal omni homini, patet quod continentior & vniuersalior maior est quæ dicit substantia omni animali. Nam habet maiorem terminum substantiam qui continet animal & hominem.

Et si E quidem ex A B tantum, syllogismus vtique esset, C D vero, siquidem sic se habeant, vt sit hoc vt totum, illud vt pars, erit aliquid & ex illis, & aut E aut eorum quæ A B alterum, vel aliud quippiam præter hæc, & si E quidẽ, aut eorum quæ A B alterum, vel plures erunt syllogismi, aut (vt contingebat,) idem per plures terminos concludi accidit, si vero aliud præter hæc, plures erunt & inconiuncti syllogismi ad seinuicem.

Plures igitur fiunt syllogismi si ipsarum A B alterum concludunt, quia etiam conclusiones sunt diuersæ. Sed illud quod dicit aut (vt contingebat) idem per plures terminos concludi accidit, si E concludunt. Hoc autem significat propositiones concludentes idem per diuersa media; & eas quæ per plura media, & plures figuras, similiter eandem conclusionem concludunt. Quod vero etiam in his plures syllogismi sint iam diximus.

Quod si non ita se habeat C ad D, vt faciat syllogismum, frustra erunt accepta.

Sunt notanda verba. Nam suppositiones per propositiones C D, omnes alias intelligit suppositiones. Vel. n. habent habitudinem (inquit) inter se, vel non habent. Et siquidem habent, vel E concludunt, vel alterum A B, vel aliquid aliud præter hæc. Hęc igitur omnia supposuit. Nunc autem supponit, quod si non habent habitudinem, neq; aliquid concludunt. Sed hoc notaui, quia inferius etiam reliquas suppositiones de ipso A B exercet. Nam solum exercens A B ipsum C profecto supposuit, inducit non fieri ex ipsis C D nullam cõclusionem, decens erat dicere ex his A B. Nam hic iam supposuit C D nihil concludens, patet igitur ꝙ superius scribitur quidam error. Nam omnes libri sic se habent.

Nisi abductionis aut occultationis, aut alicuius alius talium gratia. Si autem ex A B non E, sed aliud quod sit conclusio ex C D vero aut horum alterum, aut aliud quiddam præter hęc, & plures fiunt syllogismi, et non ipsius suppositi, suppositum namq; fuerat syllogismum esse ipsius E.

Si inquit A B habent habitudinem inter se, & ob id concludunt aliquam conclusionem C D. si propositiones sine habitudine fuerint, frustra erunt acceptæ, nisi (inquit) abductionis occultationisq; causa sint acceptæ, abductionis tñ pro inductione per singula posuit, ceu etiam superius accipientes quod oĩs ars est vitę vtilis & æraria fabrilisue, atq; in aliis similiter. Illud vero occultationis tale est quando voluerimus sophistas cõcludere aliquid syllo. verbi gratia ꝙ voluptas est bonũ offerimus ipsis, nonne vr̃ vobis voluptas esse appetenda? deinde ipsam accipiẽtes ꝓpõnem si statim alteram induxerimus dicentes, cur nõ expetendum est bonum consentiendo conclusioni, non concedet propositionem, vel etiam quæ concessa fuerunt deponit, quocirca ne ipsum lateamus accipientes priorem propositionem, quod voluptas expetenda est, parum insistimus sermoni de ipso expetendo, quid sit & quot modis dicatur & alia infinita eiusmodi volentes occultare illationem syllogismi, deinde expellentes dimittentesq; primam propositionem. post plura etiam alteram interrogamus. Si omnis appetitus boni sit appetitus, & accipientes hoc copulamus propositiones, & conclusionem ostendimus. Hoc igitur est quod inquit vel occultationis. i. occultare volentes illationem syllogismi extrinsecus quibusdam sæpe vtimur. Item illud aut alicuius alterius talium gratia. i. longitudinis prorogationisq; rationum verborum & repletionis, aut alicuius gratia ne sit arida ratio, & maxime quando ad demonstrandum respicit, ceu quando dicentes iustum pulchrum, & pulchrum bonum parum extendimus sermonem de pulchro.

Quod si ex C D nulla efficitur conclusio, frustra accepta ea fuisse accidit, ac syllogismum non esse eius, quòd à principio, quare planum quòd omnis demonstratio & oĩs syllogismus erit solum per tres terminos. Quum autem hoc planum sit, manifestum quod & ex duabus propositionibus & non pluribus, tres nãque termini duæ sunt propositiones.

Horum verborum causam notaui superius. Nam patet quod de A B est sermo. Nam supposuit superius A B concludere ipsum E. quædam paulo ante dicendo. Si autem ex A B non E, sed alia fit conclusio, consequens

erat inducere. Si autem non fit ex A B aliqua conclusio. Verum contextus habet C D, quare patet ꝙ error est.

Nisi assumatur, quemadmodum ex principio dictum est, ad syllogismorum perfectionem.

Id est nisi per inductionem, vel per prosyllogismi propositiones probabimus.

Planum itaq; quòd in qua ratione syllogistica, non sunt pares propositiones, per quas conclusio propria fit (quasdam nanq; ex superioribus conclusionibus, necesse est propositiones esse) hæc ratio, aut non est ratiocinata, aut plura necessarijs interrogauit ad positionem.

Si quidem ostensum est ꝙ quæ maxime continent syllogismi propositiones duæ sunt. Nam prosyllogismorum videlicet cõclusiones, propositiones propositi syllogismi fiunt. Necesse igitur vt in quo syllogismo plures sunt quam duæ propositiones, hunc vel prorsus non esse syllogismum, ceu si dicerem equus animal, canis quadrupes, homo bipes, vel plures quàm necessariæ, & eas quæ maxime cõtinent propositionum ratiocinando petijt à se cum disputante, ceu volens ostendere ꝙ homo substantia dicam quod homo est risibile & risibile animal, & animal substantia, homo igitur substantia. Nã patet quòd additio ipsius risibilis est superflua, nam sufficiebat dicere animal ostendendo ꝙ sit substantia per se.

Si itaq; syllogismi secũdum proprias accipiantur propositiones, omnis erit syllogismus, ex propositionibus quidem paribus, ex terminis autem imparibus, vno nanque plures termini quam propositiones.

Propositionum per hæc vult ostendere quouis modo se habeant adinuicem numero termini & propositiones & conclusionẽs, inquit igitur quod si proprias acceperimus syllogismi propositiones, certe ꝓpositiones erunt pares, & termini impares, id est duæ propositiones & tres termini.

Conclusiones vero dimidium propositionum.

Id est vna est harum conclusio. Nam duabus existentibus propositionibus, dimidium horum est vnum ꝓfecto, quod si p ꝓsyllogismos probauerimus, compositus erit syllogismus. i. sic cõclusiones prosyllogismorum copulãtes, sic adducemus rõnem, ceu iustum ordinis est cã, & ordinis cã pulchrũ, pulchrum expetendũ, expetendum bonum, iustum igitur bonum. Similiter (inquit) termini plures vno sunt quàm propositiones, & pluribus minime, equidem termini impares, propositiones pares sunt, & vniuersaliter opposito mõ se habent. Nam terminis existentibus imparibus ꝓpositiones pares sunt & vicissim. Conclusiones aũt (inquit) in his eundem ordinem non habẽt. Non. n. dimidium ꝓpositionum, sed multo plures quã termini & propõnes, Nam ex principio (inquit) conclusionibus suppositis vno minus proponitur cõclusio quã termini. Quod aũt dicit, hoc est, si fuerint tres termini A B C. in facientibus conclusionẽm ipsius A ante B, si adderetur alter terminus, ceu D cum præexistentibus terminis, fuerant aũt tres A B C. vno minus diuersæ adduntur conclusiones. i. duæ vt omnes tres sint conclusiones, sed erat ex principio A ante C sit nũc, & ipsius B ad D, & ipsius A ad D, eadem illatio in omnibus semper prosyllogismis fit.

Sed quum per prosyllogismos concluduntur, aut per plura media non continua, vt A B per C D multitudo quidem terminorum, consimiliter vno superabit propositiones.

Planum est ꝙ aliquãdo hoc fit per prosyllogismum, quando propositiones ꝓbantes ipsa deductione syllogistica per se vtemur, ceu vnde liquet quod iustum pulchrum, dicimus sic, iustum est ordinis causa, & ordinis causa pulchrum, igitur iustum est pulchrum, per plures autem terminos, quãdo syllogismum compositum faciemus ordinantes aliqua intermedia inter iustum & pulchrum, vt ordinis causa & rursus inter bonũ & pulchrum expetendum, deinde omnes propõnes coniungimus, vt iam diximus. Sed illud {non continua}. i. quãdo accepti termini extrinsecus non fuerint continui inter se, ceu si assumpti fuerint ad probationem huius qđ iustum bonũ, duo termini, s. ordinis causa & expetendum. Sed hi nõ deinceps inter se positi fuerint, sed longe à medio termino, dico. s. à pulchro, nisi quæcunque in his qui extra accidunt termini non ẽm continuationem positi sequuntur, hæc in his qui ponuntur ẽm continuationẽ inuariabiliter sequãt, sed velut hoc ambiguum magis posuit Arist. ponuntur etiam termini tales eorum qui extra incidunt, vt quando quòd pulchrum bonum per medium B desiderandum & cõferens probabimus. Nam hos deinceps & consequenter ordinamus pulchrum expetendum, & expetendum cõferens, & conferens bonum.

Aut enim extrinsecus, aut ad medium ponet intercidens terminus, vtroque autem modo accidit interualla vno minora esse terminis.

Si habuerimus tres terminos positos hos A B C. indiguerimusq; alio quodam termino, necesse est omnino hunc extrinsecus ab his ponere, vel ante A dico, vel post C, vel inter, vel ipsius A B, vel ipsius B C.

Propositiones vero æquales sunt internallis, non tamen pares semper erunt, illi autem impares, sed vicissim, quando propositiones pares, impares termini, quum vero pares termini, propositiones impares.

Scimus ꝙ ẽm aliam intelligentiam propositio est ꝓpositio, & secundum aliam appellatur interuallum, vt diximus, quia igitur idem sunt subiecto, merito sunt æquali numero.


Simul. n. cum termino vna additur propõ, vndecunque addatur terminus, quare quoniã illæ pares, isti impares erunt, necesse est permutari, quam eadem fiat appositio. Conclusiones vero non etiam eundem habebunt ordinem, neque ad terminos, neq; ad propositiones. quum enim vnus terminus additur, conclusiones addentur vna pauciores præexistentibus terminis.

Probatio huius quod necesse est terminos vicissim se habere cum propositionibus ẽm numerum parem & imparem. Nam si propositis terminis (inquit) altera terminus adderetur, ex necessitate statim & altera adderetur propositio, necesse omnino eadem additione, vt termini fiant & propositiones, & ita vicissim alternantur iuxta numerum parem & imparem. Nam si sunt tres termini duæ sunt ꝓpõnes, quare ꝓpositiones pares, & termini impares, quod si adderetur alter, etiam altera propositio adderetur, quare facti sunt vicissim, propositionibus impares. Nam tres, illæ duæ, si quatuor, illæ vero tres.

Ad solum nanque vltimum non facit conclusionem, sed ad alios omnes veluti A B C, adiiciatur ipsum D statim & conclusiones duæ adiiciuntur, & quæ ad A: & quæ ad B, consimiliter autem & in alijs.

Supponens extrinsecus additum terminum hoc dicit, quod vno termino addito, necesse est vno minores

existentibus terminis addere conclusiones hic patet. Nam sine sola extremitate postquam ponitur ꝙ ꝓponitur, siue in principio, siue in fine, cum alijs omnibus facit conclusiones. Nam suppositi sint quatuor A B C D. deinde addatur E. patet igitur posse concludi per ipsum omnes alios sine extremo, dico scilicet sine ipso D.





Verum & si ad medium intercidat, eodem mõ, ad vnum namque solum, non faciet syllogismum.


Supponendo extrinsecus terminum, nunc (inquit) quod & si in medium adderetur idem rursus accidet. i. conclusiones erunt numero minores paucioresúe ꝓpositis terminis. Nam si E inter medium aliorum adderetur, ceu inter B C. rursus erunt tres additæ conclusiones. s. ipsius A ad E, & B ad C, & E ad D, sed horum nihil erat principio. sed ipsius A ad C & ipsius B ad D & ipsius C ad E. Verum quia Aristo. (inquit) ꝙ ad vnum solum, non facit syllogismum, necesse est vt hoc abiiciamus tanquam ratione exercitata in duabus ꝓpositionibus. Nam duabus existentibus ꝓpõnibus si ad medium inciderit terminus, fit causa vt alterum interuallum efficiat conclusionem, ceu B C. Nam medium ipsius A B positum est E. Fecit igitur ipsius A ad B conclusionem, si autem ad vnum solum interuallum nõ facit conclusionem, ad alterum efficiet, patet quod si non acceperimus, vel ut in duabus, sed in pluribus quod erit falsa ratio. Ponantur rursus propositiones tres quatuor terminorum A B C D, & incidat ipsum E inter B C. patet igitur quod vno interuallo causa fit incidens faciendi conclusionem B C, sed ad reliqua interualla non efficiet, dico scilicet A B & C D. similiter autem adhuc pluribus non faciet, si fuerint plura interualla....


Quare multo plures conclusiones erunt, & terminis & propositionibus.

Nam si supponerent ex principio quatuor termini, patet quod propositiones tres sunt, & conclusiones tres ipsius A ad C, & ipsius B ad D, & ipsius A, rursus ad D si addetur alter terminus, ceu E adduntur aliæ tres cõclusiones ipsius A ad E B, ad C & E ad D vt fiant omnes conclusiones sex. Sunt autem omnes termini sex, & propositiones tres, igitur plures cõclusiones quam termini & propositiones, & quanto plures terminos adiecerimus, tanto augemus conclusiones, sexto igitur addito termino fiunt decem conclusiones, quare plures sunt conclusiones quam termini & propositiones simul. Nam termini septẽ, propositiones sex, vt fiant omnes tredecim, conclusiones autem. 16. & sic semper addito termino augetur numerus conclusionum, aliquando autem velut propositiones acceptis, nam ad probationem B conclusionis assumpta conclusio propositio fit, ceu concludentes A ad C si volumus, rursus A per D concludi accipimus propositionem A C quę erat ante conclusio, & hanc C D. rursus si per E A voluerimus concludere accipiemus A D ꝓpositionem, quæ erat conclusio, & hãc D E, & sic in omnibus propositionibus factis, sed semper dimidium, nam oportet secundum vnamquamque conclusionem duas propositiones accipi, sed Aristo. vt dixi plures duntaxat dixit esse conclusiones quam propositiones.









Quoniam autem habemus de quibus syllogismi, & quale in vnaquaque figura.

Videlicet de ꝓblematibus & quale in vnaquaq; figura, id est conclusio, ꝙ in prima omnia, & vniuersaliter & particulare affirmatiuum & negatiuum.

Et quot modis monstratur.

Quia vniuersale affirmatiuum, & in sola prima figura, & in vno modo vniuersale negatiuum in prima & in secunda, & in prima semel, in secunda bis, & in tertia figura particularis negatiua, & in omnibus figuris. Verum in prima semel, & in secunda bis, in tertia ter.

Manifestum nobis est & quale problema difficile, & quale bene argumẽtabile, quod. n. in pluribus figuris, & per plures

plures casus concluditur, facilius, quod autem in paucioribus, & per pauciores difficilius argumentabile, vniuersale itaq; affirmatiuum per solam primam monstratur figuram, & per hanc vno tantum modo, priuatiuum autem, & per primam & per mediam, ac per primam quidem vno solum modo, per mediam vero dupliciter, sed affirmatiuum in parte per primam & per vltimam, vno tantum modo per primam, trifariã autem per vltimam. Priuatiuum vero secundum partem in oĩbus figuris monstratur, præterquam quòd in prima quidem semel, in media vero atque vltima, in illa bifariam, in hac tripliciter. Planum itaque quod vniuersale prædicatiuum, construere quidem difficillimum, destruere vero facilius, omnino autem tollere vniuersalia facilius, quã ea quæ sunt in parte.

Intentio per hæc est ostendere quale problema possit citius ꝓbari, & quale non, & quale facilius ad confutandum, & quale non, inquit igitur ꝙ ostẽsa in pluribus figuris, & ꝑ plures modos hæc probare promptum est & facile, sed hæc sunt particularia, quia (inquit) particularia probare volentes, per ipsasmet, & per vniuersales probamus, sed reprobamus & confutamus per solas vniuersales, nam si ostendero ꝙ alicui, & rursus ꝙ omni, particulare affirmatiuum probando, quum reprobabo per solam vniuersalem negatiuam, & vniuersalis affirmatiua solum per ipsam comprobatur, & reprobatur per vniuersalem negatiuam, & per particularem, nam si ostendero ꝙ nulli vel non omni, auferam ꝙ omni. Rursus vniuersale negatiuum probatur solum per seipsum sed reprobatur ꝑ vniuersale affirmatiuum, & per particulare, nam si ostendero ꝙ vel omni, vel alicui, auferam nulli, & particulare negatiuum reprobatur per solum vniuersale affirmatiuum, probatur autẽ in omnibus figuris, & per plures modos, quare vniuersale affirmatiuum quoad probationem difficile est, nam per vnum modũ & figuram vnam probatur, sed quoad confutationem facile, quia vniuersali negatiua & particulari tollitur, quorum vniuersale in duabus figuris probatur & ostenditur, semel in prima, bis in secunda, & particulare negatiuum in oĩbus figuris, & in prima semel, in secunda bis, in tertia ter. Similiter vrẽ negatiuum magis facile est ad ꝓbandum, & minus reprobandum ꝑ easdem cãs, particulare affirmatiuũ tertium ordinem habet, & quartũ particulare negatiuum.

Nanq; & si nulli, & si alicui nõ insit, sublatum est: horũ autem alicui quidem nõ, in omnibus monstratur figuris, nulli vero in duabus.

Patet quod vniuersale affirmatiuum, nã hoc est ꝙ ꝑ ambas negatiuas tollitur ꝑ vniuersalem & particularẽ.

Sed eodem pacto & in priuatiuis.

Eodem modo vniuersale quoad probationem difficilius particulari, sed ad confutationem facilius.

Nanq; & si omni & si alicui, sublatum est, quod à principio, hoc autem erat in duabus figuris, ijs vero quæ sunt in parte, vno tantum modo, aut omni aut nulli ostẽdentem inesse. sed construenti faciliora, quæ in parte, nanque in pluribus figuris, & per plures casus.

Id est vniuersale negatiuum, nam hoc per ambas affirmatiuas tollitur, per vniuersalem & particularem, hoc volens significare, dico scilicet vniuersale negatiuum subiunxit. Hoc autem erat in duabus figuris.

Et omnino non oportet latere, quòd destruere per seinuicem est, & vniuersale per ea, quæ sunt in parte, & hæc per vniuersalia, construere vero non est vniuersale per ea quæ sunt secundum partem, sed per illa hæc est.

Inquit, quod magis possint probari particularia quã vniuersalia, & reprobari difficilius cõi ratione perspicuum est, quia particularia suamet ope, & per vires probantur per seipsas ac sua ope, ceu quando ostendero qđ animal, homo, & non omne animal homo, per vniuersalem quoq;, ceu quãdo ostendero ꝙ omnis homo animal. Nã si omnis, profecto etiam aliquis, & rursus quãdo ostendero qđ nullus lapis hõ, patet quod etiam nõn omnis. Nam dictum est sæpe quomodo accipitur particularis negatiua, equidem probantur dupliciter particularia, reprobantur aũt duntaxat per vniuersalia, illud aliquis per nullum probatur, & illud nõ omnis per hoc omnis, veruntamen vniuersales probanꝰ duntaxat per seipsas, & reprobantur etiam per seipsas, & per particulares, equidem illud per omnis, per nullus & non omnis, & nullus per omnis & aliquis.

Simul autem manifestum quòd & destruere facilius est, quã cõstruere, quomodo igitur efficiatur omnis syllogismus, & per quot terminos ac propositiones, & quo se habẽtes inuicem. Amplius quale problema in vnaquaque figura, & quale in pluribus, & quale in paucioribus monstratur, planum ex dictis.

Nõ vniuersalem oportet accipere, quia falsa erit ratio. Nam particulares magis probantur quam confutantur, vt ostensum est, quare in vniuersalibus hoc solum congrueret.

LIBRI SECVNDI FINIS.




IOANNIS GRAMMATICI

DE PRIORI RESOLVTIONE.

Lucillo Philalthæo Interprete.

De propositionum copia, & medij syllogistici inuentione.

Caput primum. De propositionum copia ad idem problema.



QVOMODO autem abundabimus syllogismis ipsi semper ad positum, & per qualem viam accipiemus principia, quæ circa vnumquodque, iam nunc dicendum, non enim solum fortasse oportet generationem considerare syllogismorum, verum & faciendi potentiam habere.



PRIMA libri sectio finem habet, in qua de generatione syllogismorum nos docuit, deinceps initium facit à secunda parte, in qua docet quomodo problemate nobis proposito possimus abundare ꝓpositionibus probantibus hoc, ceu si quis nobis hoc problema proponeret, vnde compertum est si animus sit immortalis. Quadam ergo vtentes via & methódo poterimus & propositiones inuenire, quas complicantes inuicem ꝓpositum probabimus. Nam scientis est non

solum species rerum subiectarum considerare, sed etiā materiam & idoneitatem ad receptionem talium formarum & specierum eligere, ceu nauium constructor idonea considerat ligna ad constitutionem nauigij, & ædificator lapides aptos ad ædificationem, similiter etiam in cæteris. Sic ergo Aristo. species syllogismorum nobis tradit, & species syllogismorum conclusionum. Et dicendo qualis in vnoquoq; syllogismo fit cō clusio in simplicibus, & mixtis, nunc deinceps docet quomodo poterimus propōnes in vnāquanq; conclusionem inuenire. Equidem materia syllogismorum sunt propositiones. Sed priusquam tradat nobis banc methodum, prius quærit de quibus apti sumus ratiocinari syllogismo. Nā trifariam (inquit) rebus diuisis atq; vniuersalibus existentibus semper his, quæ de alijs prędicantur, & nunquam subijcientibus alijs in prædicatione, quales sunt genera gñalissima, dico. s. decem prædicamenta, & quibusdam nunquam de alio proprie prędicantibus, sed semper subiicientibus, quales sunt particularia & omnia indiuidua, & quibusdam medio mō se habentibus, & aliquando prædicantibus de aliquibus, & aliquando subiicientibus aliis in prędicationes, quærendum itaq; est de quibus syllogismi, & considerationes nobis sunt, patet autem ꝙ fere circa sola media. Nam si syllogismus vult quærere aliquid de aliquo, vel ab aliquo inesse, & generalissima nō habent suapte natura, vt de ipsis prædicata alia sint, patet ꝙ aliquis nō habebit de ipso syllogismo cōcludere. Nam de aliquibus considerationes fiunt. nū hoc huic insit vel non insit, ceu num insit animæ immortale, vel non, quare etiā problemata de generalissimis siquidem sunt, de his essent, ceu si substantia forte sit, aut ingenita sit, quare si nihil de vniuersalissimis gñibus est prædicatum, quia ipsis nihil est vlius, neq; problema erit de illis, neq; syllogismus, nisi raro de his fiat problema, sed quale & qūo ipse docebit. Atqui q̄d ipsa alijs insint vel non insint, possunt ostēdi, sed de singularibus similiter nullus syllogismo concludet, ceu aliquid inest, vel non inest. Socra. vel Platoni. Nam sensibilia sunt hæc, & sensibilia sensu percipiuntur non ratione. Nam siquis de Socrate tentaret ostendere quod albus, vel simus sit, eo quod non habet materiam idoneam ad syllogismi generationem, & quia rem efficiet ineuidentiorem perceptioni per sensum, quare problemata & syllogismi prorsus de his quæ sunt medio modo fiunt, cæterum cum dicit principia quæ circa vnumquodque, id est propositiones circa vnumquodque problema innuit.

Omnium itaq; entium, hæc quidem talia sunt, vt de nullo vere vniuersaliter prædicentur, & Cleon & Callias, & quod secundum vnumquodq; & sensibile, de his autem alia, etenim horum vterq; homo & animal, illa vero, ipsa quidē de alijs prædicatur, de his autem alia prius non prædicantur, sed & alia & ipsa de alijs, & de ipsis altera, vt homo de Callia, & de homine animal. Quod igitur entium quadā de nullo apta nata sunt dici, manifestum, ferme enim sensibilium vnumquodque tale est.

Nullum. n. particulare aptum est de aliquo prædicari, nisi per accidens, vt deinceps dicemus, hoc non vīr, sed particulariter. Nā si dixero ꝙ omnis homo Socra. est vel Plato, patet ꝙ talis est falsa prædicatio. Adiecit autem & sensibile, quia oīa sensibilia particularia sunt, & ipsa aliis subiiciuntur in prædicatione & vniuersalibus & accidentibus. Hæc autem de alis non prędicantur nisi præter naturam, vt quando dixero hoc caluum est, Socra. vel per accidens vt quando dixero hoc caluū Philosophus est.

Vt de nullo prædicetur, nisi vt accidens, dicimus namque aliquando album illud Socratem esse & accedens Calliam.

Nullum (inquit) particulare de alio prædicatur nisi per accidens, vt quando dicimus, quod caluum illud Socrates est. Sciendum ꝙ in naturali hanc prædicationem præter naturam dixit esse non per accidens verius dicens. Nam inquit in illis ꝙ prædicatorum alia sunt ſm naturam, alia vero præter naturam, & alia per accideus. Et ſm naturam quidem, ceu quādo vniuersaliora de particularioribus prædicantur, vt homo de Callia, & color de albo, vel accidentia de substantijs, vt quādo dicimus Socra. Philosophus est, vel simus, & præter naturam, vt quando subæ de accidentibus prædicantur, quam prædicationem ꝑ accidens hic dixit, velut quum dixero quod caluum accñs est Socra. & per accidens; quando accidens de accidente prædicatur, vt quando diceremus ꝙ caluum illud Philosophus est, nam accidit caluo esse Philosophum.

Quod autem & rursum tendentibus, statur aliquando, rursus dicemus, nunc vero sit hoc positum.

Vt (inquit) deorsum tendentes postquàm peruenimus ad particularia maxime, non amplius habemus facere & assignare quod prædicata de aliquo sint, sed solum manent subiecta, similiter etiam sursum ascendentes. i. ad vniuersaliora, incidimus in aliqua, quibus vniuersaliora amplius inuenire non possumus, vt de ipsis prædicentur, sed solum manent prædicata. Hæc autem sunt decem prædicamenta. Hoc igitur (inquit) ꝙ sic sē habet, dico. s. ꝙ sunt quædam vniuersalissima non habentia supra se alia, sed quæ sint, in aliis ostendemus. Nam demonstrauit in facultate demonstrandi ꝙ non in infinitum procedunt prædicata, sed necesse est stare cum versus supremum, tum etiam versus infimum. Sed hoc nunc velut concessum accipiatur (inquit.)

De his igitur non est demonstrare alterum prædicatum, nisi secundū opinionem, sed hæc de alijs, neq; quæ secundum singula, de alijs, sed altera de illis, quæ vero intermedia sunt, planum quòd vtroque modo contingunt, nanque & ipsa de alijs, & alia de his dicuntur.

Vere (inquit) nullum est de decem prædicamentis prædicatum, nisi aliqua opīo tenuit apud quosdam esse hoc falsum. Nam existimauerūt aliqui ens, vt genus prædicari de decem prędicatis. Sed hoc ostensum est in decem prædicamentis non esse verum ens, sed quod sit vox æquiuoca ens, diuisa in diuersa significata. Rursus & vnum quidem opinati sunt de ipsis prædicari, quod etiam neq; ipsum est genus, sed veluti ens, sed etiam qui vnum aliquid entorum principium supponentes, vel ignem vel aliud quid præter hæc. Nam hoc patet, quia vt genus prędicatum faciunt de decem prędicamentis.

Et quasi rationes & cōsiderationes sunt maxime de his.

Merito, Nam syllogismi & demonstrationes quærunt aliquid de aliquo prædicatum vel non, ceu de anima prædicatur immortale, vel non. Generalissima igitur siue alia non habentia prædicata de seipsis nullam talem inquisitionem habent, sed maxime particularia rursus quæ sunt sensibilia, quia solum subiiciuntur. Similiter nullum tale quæsitum habent, sed media quia partim subiiciuntur, & partim prædicatitur in hanc inciduut quæstionem an aliquid de aliquo, vel non prædicetur.

Oportet

Oportet itaq; propositiones circa vnumquodq; sic excerpere supponentem ipsum primum & definitiones, & quæcunque propria rei sunt.

Cum dixerit de aliquibus esse demrones & problemata, quia sunt de his quæ medio modo se habent cum partim apta sint prædicari, & partim subiici inter se, hinc reliquum nobis methodum tradit inueniendi ꝓpōnes ꝓposito problemate, iō (inquit) qū voluerimus aliquid inesse, vel non inesse probare, primo ipsum prędicatum terminum & subiectum inuenienda sunt, ceu quærimus ostēdere ꝙ voluptas bonum est. Notandum tunc bonum est & voluptas, deinde quærenda, & notandum est quid vtrunque eorum sequatur, ceu ꝙ bonum sequitur ipsum vtile & eligibile, & alia quæ sunt in ipsa figura. Item voluptatem sequuntur motus, actus secundū naturam & reliqua. Rursus (inquit) eligenda esse quæ vtrunque ipsorum sequitur, ceu bonum sequitur fœlicitatē & reliqua, & voluptas sanitatem & reliqua. Patet autem ꝙ quæ aliquid sequuntur, vel in plus sunt, vel adęquata, nam sequuntur hominem animal in plus, & risibile æqualiter, quare in prædicatis ordo est, item quæ sequuntur, vel ęqualiter, vel in minus. Etenim & risibile aliquid æqualiter sequitur, & Philosophum, vel Grammaticum in minus, quare & quædam quæ aliqua sequuntur partim loco subiecti ordinantur. Item (inquit) eligēdum esse etiam ea quæ sunt ab his aliena, ceu a bono imperfectum fugiendum, & a voluptate morbus, labor, nā qui sic hæc elegerit, facilis erit ei inuentio propositionum, vt in sequentibus ostendetur. Exponentes igitur nos, tanquam de omnibus terminis, dico, scilicet de bono & voluptate figuram, ipsa verba considerabimus postea.

Bonum. Voluptas.

A Assyllogistica in secunda fig. ex duobus affirmatiuis. E

B Quæ ipsum bonū consequuntur: Eligibile, Expetendum, Frugiferum, Vtile, Conferens.

Z Quæ voluptatem sequuntur: Motus, Perfectio, Actus ſm naturam, Eligibile, Vita sine impedimento, Expetendum secundum naturam. Optimum sine tristitia & molestia.

Particulare affirmatiuum primi & secundæ fig. — Vle affirma[tiuum] — Assyl- logistica. — primi & secundam figuram. — Particul[are] — Vle negatiuum.

D Alienum, Imperfectum, Fugiendum, Læsiuum, Inconferens, Damnosum, Malum, Inutile.

O Alienum, Morbus, Metus, Labor, Indigentia, Præter naturam, Motus, Tristitia.

Particulare affirmatiuum.

C Quæ sequitur felicitas: Virtus, Secundum naturā, Bona habitudo, Perfectum, Corporale bonum, & quę extra ea, quę sunt ſm naturam, Vita ſm virtutem.

H Quæ sequitur voluptas: Abundantia, Claritas, Boni, Partus, Vita, Secūdum eligibile, & virtutem, Vita sine labore.

Sit igitur illud in quo A bonum .i. terminus qui prędicatur, & id quo B quæ consequuntur ipsum, quæ sunt eadem & vniuersaliora, & prædicantur de ipso, & ea in quibus C quæ bonum sequitur, igitur ipsis bonum est vniuersalius, & de eisdem prædicatur, illa vero A bono aliena in quibus D de quibus etiā ipsum negatur, & ipsa de ipso. Rursus illud in quo E voluptas .i. terminus qui subiicitur I problemate, & ea in quibus Z sequentia ipsum, & ea in quo ipsum H quæ ipse sequitur, & quæ in eo th. aliena ab ipso. Verum illud notandum est quod cum plura sint quæ adæquantur ceu bonum, & expetendum, certe patet ꝙ in his alterum vicissim, alterum diceretur sequi. Etenim bonum eligendum & eligendum bonum in talibus, igitur nihil interest ad propositum accipere aliquod cōsequens. Nam si propositum fuerit in consideratione bonum, accipiemus vt consequens

quens eius eligendum, si vero fuerit propositum eligendum, vt consequens eius accipiemus bonum, & ita in alijs omnibus. Cũ dicit supponẽtem ipsum primum].i. propositum nobis in problemate terminum subiectum & pdicatum intelligit. Et definitiones & quęcũq; ppria rei sunt.] Nam aliqñ definitionibus indigemus in demonstratione, aliquando propriis, ceu risibile de homine, motum ad latus, recte ambulans, solum animalibus proprium vti manibus, & cætera propria quæ sunt conuertentia, & quę possunt, ceu sequi hominem & ipse econtra potest sequi illa quæcunque sint.

Deinde post hoc quæcunq; rem sequuntur, ac rursus quæ res sequitur.

Hominem sequitur animal rationale, sequitur etiã homo Philosophum grammaticum, simum, vel Socratem, vel Platonem.

Et quæcunque non contingunt ipsi inesse.

Quod non inest homini immortale, irrationale, volatile, & similia.

Quibus aũt ipsum non contingit, non eligendum, eo quod conuertitur priuatiuum.

Non sunt eligenda (inquit) ea homo non sequitur, si homo erit id quod proponitur in consideratione. Nã cum acceperimus quædam, ipsum talia non sequentur. Item habemus quædam, quæ ipse non sequitur. Nam vniuersalis negatiua ad seipsam conuertitur. Nã si nullum hominem sequitur irrationale vel immortale, igitur nullum istorum homo sequetur ex necessitate.

Diuidenda autem sunt & consequentium, quæcunque in eo quod est quid, & quæcunque vt propria & quæcunq; vt accidentia prædicantur.

Cum dixerit oportere accipere diffinitiones & propria rei, & quæ consequuntur definitum, nunc diuisionem eorum quæ sequunt facit. Nam talium (inquit) aliqua sunt substantialia, aliqua vero consubstantialia, & eorum quæ consubstantialia, alia propria, alia accidentia, & hæc igitur non sunt accipienda & notanda. Nam sequitur æthiopem animal risibile, nigrum, sed aĩal per se, & substantialiter, & nigrum per accñs, & risibile vt proprium, & supra de proprijs mentionem fecit, sed ibi quidem tanquã diuidens ipsa contra ea quæ per se insunt, dico, scilicet substantialia. Hic vero tanquam contra accidentia diuidit.

Et horum qualia ex opinione, & qualia secundum veritatem.

Secundum veritatem quidem igitur motus sequitur voluptatem & expetendum. Et secundum opinionem illud ẽm naturam. Non enim omnis voluptas ẽm naturam est, voluptas nãq; eorum qui pruritu scabici delectantur non est ẽm naturam. Neq; certe iucunditas, tranquillitasue secundum veritatem sequitur voluptatem, sed ẽm opinionem. Non.n. omnis voluptas efficit tranquilitatem vel relaxationem molestiarum. Nam neque scabie laborantium est voluptas, imo nec turpis voluptas. Nam magis intendit aduersitatem & molestiam atq; eas perturbationes quæ ex affectionibus emergunt. Item decem prædicamenta (vt diximus) secundum opinionem sequuntur vnum & ens, vel hoc omnia ex aqua esse, vel igne, vel aere, non tamen secundum veritatem.

Quanto enim pluribus talibus abundauerit quispiam, citius conclusionem assequetur, quanto autem verioribus, magis demonstrabit.

Talibus, i. præcedentibus & consequentibus & alijs. Sed diximus etiam hæc. Quanto autem verius tanto magis etiam demonstramus.

Verum oportet eligere, non quæ aliquod sequuntur, sed quæ totam rem sequuntur, quemadmodum nõ quid aliquem hominem, sed quid omnem hominem sequitur, per vniuersales nanque propositiones fit syllogismus.

Nam sequuntur aliquem hominem, ceu æthiopem nigrum, non tamen omnem hominem, etiã sequitur aliquem hominem habere sex digitos, & aliquam voluptatem illud ẽm naturam, non tamen omnem voluptatem. Non.n. eam quam habent scabiosi ex pruritu (inquit) igitur illud quod sequitur omne esse eligẽdum, quia quæ sequuntur prædicantur de his quæ sequuntur. Sed oportet vniuersalia prædicare, quocirca etiam ppositionibus vniuersalibus, i syllogismo indigemus.

Nanque quum est indefinitum, incertum si vniuersalis propositio est, quum vero definitum planum.

Quia non solum nõ oportet ponere ea quæ aliquem hominem sequuntur, sed nullum indefinitum tale subiectum exponere afferreq; oportet, sic sequentes ipsum quærere, ceu homo, sed omnis homo. Nam indefinita dicunt, vt in libro de Interpretatione dictum est, æquiualere particularibus.

Consimiliter autem eligenda, & quæ ipsum sequitur tota, ob dictam causam.

Vt (inquit) quæ sequuntur terminos oportet accipere vniuersalia, i. prædicata de ipso toto termino, ceu bonum de omnibus sub ipso & voluptas. Sic etiã quando acceperimus ea quibus sequuntur, sic accipienda sunt tanquam omnia consequentia, ceu omnem fœlicitatem sequi bonum & omnem sanitatem voluptas, si autem acceperimus bonum vel ut consequens voluptatem nõ vniuersaliter accipiebamus, non.n. de omni voluptate bonum prædicatur. Non.n. de voluptate cinædorum & scabiei pruritu delectantium, & hoc igitur oportet accipere vniuersaliter, per eandem causam vniuersales faciamus propositiones.

Ipsum vero consequens nõ assumendum totum sequi, dico autem veluti hominem omne animal, aut musicam scientiam omnem.

Non.n. dicendum est q omnis motus sequitur voluptatem vel sanitatem omnis voluptas, vel bonam habitudinem omne bonum. Hoc autem nihil aliud est quàm id quod dictum est in libro de Interpretatione, quod determinatio signi non est addenda prædicato & copulanda, sed subiecto. Non.n. dicendum est q bona habitudo sit omne bonum, sed contra omnis bona habitudo est bonum, & in alijs similiter.

Sed tantum simpliciter sequi, quemadmodum et prætendimus.

Passiuo pro actiuo vsus est. Nam vult dicere q prætendimus, quid igitur (inquit) q simpliciter & indefinite ponimus sequi voluptatem omnem sanitatem, non tamẽ omnem voluptatem, & omnem voluptatem motum, sed non omnem motum. Nam sic etiam consueuimus propositiones facere cõtra nobiscum disputantes.

Nanq; inutile alterum & impossibile, velut omnem hominem esse omne animal, aut iustitiam omne bonum.

Et ob id patet q inutile & impossibile. Nam nullus protendit & offert si animus sit omne immortale, sed simpliciter immortale, quale autem alterum est, vbi determinatio vniuersalis prædicato annectitur.

Sed ex quo sequitur, in illo omni dicitur.

Id est subiecto. Nam hoc est quod sequitur consequens.

quens. Nam consequens, id est prædicatum tanquam vniuersalius.

Sed quum ab aliquo contineatur subiectum, quod consequentia, oportet accipere, quæ sequuntur vniuersale, vel non sequuntur, nō eligenda in his, sunt enim in illis accepta, quæcunque enim animal, & hominem sequuntur, & quæcunque non insunt, consimiliter.

Subiectum hic dicit, nō omnino subiectum terminum, sed simpliciter præpositum cuius consequentia inquirenda sunt quale sit, subiectum, siue prædicatum. Quid igitur (inquit) quando volumus accipere quæ sequuntur aliquem terminum non accipiemus quæ hæc sequuntur? Nam in primis habemus etiā secunda, ceu si quærimus quid hominem sequatur, deinde inuenimus quod animal, non quærimus tum quæ consequuntur animal. Nam dum accipimus animal habemus in potentia etiam ea quæ consequuntur ipsum, ceu animatum, sensitiuum, corpus, substantia, & similia. Hæc enim ipsum sequuntur vniuersaliter, i. consequens ponimus. Nam consequentia vniuersaliota sunt his quæ sequuntur, ideo prædicātur de ipsis. Et quæcunq; non insunt consimiliter, vt (inquit) nō oportet accipere quæ consequuntur consequens, sic nō oportet accipere quæ sunt aliena à consequente. Nam quæcunq; sunt aliena à genere, hæc etiam à specie ex necessitate. quare hoc vt concessum non oportet accipere.

Quæ vero circa vnumquodq; propria accipiendum sunt etiam quædam speciei propria præter genus, necesse nanque diuersis speciebus propria quædam inesse.

Propria circa vnumquodque. i. aliena circa vnumquéque terminum propositum proprie nobis. Hęc nāque accipienda sunt, proponitur nobis terminus homo non accipimus aliena velut ab animali. Nam dum accipitur animal, vt consequens habemus concessum, q̄d etiā aliena ab animali homine sunt aliena. Accipiamus igitur quæ sunt propria ab homine aliena, ceu irrationale, quadrupes, & similia. Nam habent (inquit) species aliena appropriata quæ non sunt à genere aliena, ceu irrationale, & quadrupes ab homine aliena, nō tamen à genere, quod vero sic se habere necesse sit, dico, s. esse aliena quædam à speciebus, quæ à generibus non sunt aliena plane probauit dicendo. Nam necesse est etiam alijs speciebus propria quædam inesse. Si ergo (inquit) cōtra diuiduntur inter se species, inter se diuersæ erunt, vnde necesse est, vt quæcunq; habent aliquid quo vnaquæq; sit aliena ab altera, ceu homo ab equo & econtra, tamen hæc quæ habent contradiuisæ species inter se alienæ à genere nō sunt aliena. Nam nihil ꝙ inest speciebus est alienum à genere.

Neque igitur vniuersali eligendum, quæ sequitur quod continetur, vt animali quæ sequitur homo, necesse enim si hominem sequitur animal, & hæc omnia sequi.

Vt apertiorem faciamus ostensionem, oportet addentes aliquid parum sic legere, neq; vniuersali eligendum est, velut subiecta quæ sequitur continens. Quod autem dicit hoc est. Si (inquit) de animali aliquid nobis propositum fuerit, quæremus quæ sequitur animal, nō oportet dicere ꝙ sequatur Philosophum, vel simum. Non. n. oportet hæc accipere vt subiecta animalis, sed oportet dicere ꝙ sequatur hominem. Nam hoc proxime sequitur animal. Vnde accipientibus nobis quod hominem sequitur ex necessitate conclusio accepta est de homine, & quæ continentur ab ipso, dico. s. simum Philosophum & similia. Vt igitur quando quærebat consequentia rem dixit, ꝙ nō oportet accipere cōsequentia, quæ consequuntur consequens, sic (inquit) neq; ea quæ sequuntur oportet quærentem accipere, & ea quæ sequuntur. Nam habemus hæc potentia in ipsis.

Conuenientiora autem hæc hominis electionis. Assumenda vero & quæ vt plurimum sequuntur & quæ sequuntur. Problematum nanque vt plurimum & syllogismus ex propositionibus vt plurimum, aut omnibus, aut aliquibus.

Inquit, si erit hoc quo aliqua homo sequitur, quæ animal non sequitur, tunc oportet accipere ea quæ conuenientius se habent. Nam proxime homo continet Philosophum, simum & similia, ceu animal proxime continet hominem, & per illum cætera.

Similis nanque vniuscuiusque conclusio principijs.

Nam per plura ostensum est ꝙ necesse prorsus est, vt se habet cōclusio, ita etiam se habere propositiones: vel ambas vel alteram. Et hinc causam habes per quam de abundantia syllogismorum caput habetur, nec in lib. Topicorum exposuit, quomodo abundabimus dialecticis propositionibus, neq; in libro de demonstratione, quomodo abundabimus propositionibus demonstratiuis, neq; in libro de Sophisticis, i. apparentibus argumentis, quandoquidem in his exponat, quomodo in omni specie syllogismorum propositionibus abundabimus, ob id igitur non solum quæ sunt per se nos ponere iussit, sed etiā quæ insunt per accidens, & ea quę in pluribus, & aliena, vt habeamus materiam positam ad omnem syllogismum conficiendum. Equidem patet quod si ostensiue ratiocinari voluerimus ex definitionibus, & his quæ insunt per se propositiones eligemus. Si autem dialectice accipiemus ea quæ insunt vt in pluribus & s̄m opinionem. Si autem Sophistice ea quæ prædicanť per accidens. Etenim æquiuoca sunt ex quibus maxime Sophistici syllogismi fiunt, & aliena conferunt ad hoc, vt ipsum non ens tanquam ens prædicetur. Et maxime aliena posuit quia præsertim conferunt ad syllogismos negatiuos.

Amplius quæ omnia sequuntur non eligendum, non enim erit ex ipsis syllogismus, ob quam autem causam, in sequentibus erit manifestum.



Non hoc inquit quod non oportet eligere quæ sequuntur ambos terminos, & describere, quādo quidem opus sit, sed quia cum vtimur medio termino, nō sunt eligenda ea quæ sequuntur ambos terminos si eadem erunt. Nam ostendit deinceps ꝙ ex his non potest syllogismo concludi in secunda figura ex duabus affirmatiuis facta complicatione. Videtur autem hoc differre, & remoratur hic, quia hactenus, q̄o eligenda sint quæ insunt terminis tradit, & quos ipsi sequuntur, nō tamen quomodo ipsis vtendum sit, & quod non sola ipsa est electio inutilis, sed etiam aliæ duæ, alia quæ accipit subiecta prædicato aliena, & aliena à subiecto, de hac sola hic mentionem fecit:

Construere igitur volentibus de aliquo toto.

Quum dixerit quomodo oportet eligere ea quæ sequuntur terminos, & ea quæ ipsæ sequuntur, adhuc etiā aliena. Hinc (inquit) quomodo ex descriptis vnūquódque problema probare construereq; vniuersale & particulare, affirmatiuum & negatiuum possumus. Nam si vniuersale affirmatiuum (inquit) voluerimus probare atq; construere, quærendum est quid sit subm prædicatum. i. q̄ sequantur illud, & eorum quæ sequetur subiectum. i. prædicatorum de ipso (Nam idem est,) & si in his inuenerimus aliquid ꝙ idem sit, construemus vniuersale

uersale affirmatiuum, ceu in subiectis ipsius prædicati, dico.s. vt bonum sequitur ipsum secundum naturam. Sic ergo efficiemus syllogismum, si bono omni inest id quod est fm naturam. Nam ei subiicitur, sed hoc secundum naturam idem est cum sequente voluptatem, dico.s. cum expetendo secundu naturam, igitur bonum omni expetendo fm naturam inest q de voluptate prędicatur, sed hoc omni voluptati inest, igitur bonum oi voluptati inest. Sic igitur vniuersale constructum est, si vero particulare quærimus cõstruere, videamus si quid subiectorum idem sit cũ subiecto, & prædicato, dico.s. bono & voluptati idem, & si inuenerimus, vt habemus in his vitam secundum virtutem, eadem methodo concludemus particulare affirmatiuum, & per hoc in tertia figura conuertentes minorem propositionem per ipsam primam, si autem vniuersale negatiuum quærimus probare, videamus si aliquid sit alienum à prædicato, & consequentium subiecto idem, ceu in his habemus imperfectum, motum. Etenim omnis motus imperfectus. Nam rursus hic quia bonum nulli imperfecto inest, q est dictu nulli motui, & motus inest omni voluptati, & bonum nulli voluptati, & econtra facientes (inquit) idem pbare possumus si inuenerimus aliquid eorum quæ sunt aliena à subiecto, idem consequentium prædicato. Nam sic cõcludemus in secunda figura vniuersale negatiuum. Sit.n. alienum a voluptate x & cõsequens. bonum N, quia igitur x, nulli voluptati inest, & x idem est ipsi N. igitur N nulli voluptati inest, sed inest omni bono. Nam sequitur ipsum, igitur bonum nulli voluptati inest. Possumus idipsum etiam in prima figura probare conuertentes negatiuam propositionem & conclusionem. Nam quia x nulli voluptati inest, & voluptas nulli x q est idem dictu cum ipso N, & ipsum N omni bono inest, igitur voluptas nulli bono inest, quare etiam conuertitur bonum nulli voluptati. Si autem particulare negatiuum quærimus, videamus si quid est idem cum alienis à prædicato & subiecto.s. subiecto quod sequitur ceu hic inutile & ocium. Nam ocium est ipsa carentia laboris desidiaſe. Vel etiã siquid simpliciter in his idem; sit autem in tertia figura syllogismus. Nã bonum nulli inutili inest, q dictu sit idem, nulli ocio voluptas inest omni ocio, igitur bonum nõ omni voluptati, secunda figura, sed conuertendo minorem, i. affirmatiuam, efficies primam figuram.

Aspiciendum quidem in subiecta eius, quod construitur, de quibus ipsum dicitur, de quo autem oportet prædicari, quæcunq; hoc sequuntur si nanque horum aliquid idem fuerit, necesse est alterum alteri inesse. Si vero non quod omni, sed quòd alicui, quæ sequitur vtrunq; si enim horum aliquid idem, necesse alicui inesse. Cæterum quum nulli oporteat inesse, cui non est opus inesse, ad sequentia, quod autem oportet non inesse, in quæ non contingunt ipsi inesse, aut econuerso, cui quidem oportet non inesse, quæ non contingunt ipsi inesse, quod aũt non inesse, in consequentia, quum.n. hæc vtralibet eadem fuerunt, nulli contingit alteri alterum inesse, fit enim quandoq; quidem qui in prima figura syllogismus, quandoq; autem qui in media. Quod si alicui non inesse, cui oportet non inesse, quæ sequitur, quod autem non inesse, quæ non possunt

possunt ipsi inesse, si enim horum aliquid idem sit, necesse alicui non inesse.

Dicit de aliquo toto prædicato, s. de prædicato termino, & de quo oportet prædicari, s. subiecto. Sed vt sermonem euidentiorem faciamus perfecte exponemus figuram in ipsis elementis, quæ tenuia vocantur, vt discamus quot fiunt complicationes. & quæ possunt habere constitutionem, & quæ nequeunt consistere. Sit igitur a prædicatus terminus, & E subiectus terminus, & B ea quæ consequuntur prædicatum, & C ea quæ ipsum sequitur, & D illa quæ sunt aliena ab ipso. Similiter ipsum Z ea quæ sequuntur subiectum, dico. s. a & H ea quę ipsum sequitur, & T H aliena ab ipso, oportet igitur respicere si idem est vnum alicui eorum cũ ipso A, & vnum alicui cum ipso E. Complicita igitur ea quæ sunt ad A cum his quæ sunt ad E faciunt coniugationes nouem. Nam tribus existentibus positis cum ipso A. s. quæ sequuntur, atque ea quæ ipsum sequitur, & aliena, similiter etiam eorum quæ ad E tria tribus complicita, faciunt nouem coniugationes.

Vel enim B ipsi Z idẽ inuenit, vel B ipsi T H, vel B & H. rursus D vni earum Z H, T H idẽ inuẽtum facit tres alias, & rursus C eisdem reliquas tres & aliter, quia oportet descriptorum in subiecto termino & in prædicato accipere aliquid idem vt per mediũ copulemus extrema dico. s. A E vel disiungamus, necesse prorsus inter se accipere vel ea quæ sequuntur ambos eadem esse, vel ea quæ ipsi ambo sequuntur, vel aliena ab vtrisq;, vel ea quæ sequuntur subiectum, & ea quæ sequitur prædicatum, vel econtra, vel aliena à prædicato, & consequentia subiectũ, vel econtra, vel ea quæ sequitur prędicatũ, & ea q̃ sunt aliena à subiecto vel ecõtra, & alius modus non est præter hoc. Fiunt igitur coniugationes positæ, alia ipsius B Z, C H, D T H, C Z, B H, B Z, B T H, D H, C T H, cum igitur nouem factæ sint coniugõnes sex constant & faciunt syllogismum, reliquæ vero tres inconstantes sunt & asyllogisticæ. Inconstantes quidem quæ accipit eadem. s. a Z, & D T H, & C T H, reliquæ autem faciũt syllogismum, illa igitur B Z inconstans fit, quia secunda fig. fit ex duabus affirmatiuis. Nam B omni A & B ipsi Z. idẽ igitur a omni A, sed etiam omni E. igitur inconstans est coniugatio, nam duæ affirmatiuæ in secũda fig. Verum si conuerteris hanc a A particularis fit maior in prima, & sic asyllogistica. Nam A alicui B. i. Z & Z omni E, vna igitur hæc asyllogistica coniugatio. Secunda autem est hæc D T H. i. quæ accipit ambo à lines à terminis. Nã duę sunt negatiuę. Tertia in his asyllogistica est C T H. i. hęc quæ accipit ea quæ sequitur prædicatum & aliena ab E subto, nam A omni C. i. T H. Nam idem C T H & T H nulli E, quare minor in prima negatiua. Sed etiam si tertia fieret figura ordine terminorum conuerso concludit particulare negatiuum, quod E non omni A, quo fit vt amplius non possimus conuertere conclusionem, vt ꝓpositum concludamus, quia particularis negatiua ad nullam conuertitur. Hæc igitur de asyllogisticis dicta sint. Sed de syllogisticis dicamus illis. s. quatum vna est B T H quæ concludit vniuersale negatiuum in prima & secunda fig. in secunda igitur sic, nã quia B ipsi T H idẽ, & B oĩ A, & T H oĩ A: & nulli E. igit̃ & E nulli eorũ quæ A, deinde conuersa conclusione neq; A nulli eorum quæ E. concluditur autem idem & in prima fig. per duas conuersiones, nam quia T H nulli eorum quæ E, neq; ipsum E nulli eorum quæ T H, sed T H omni A. igitur & E nulli eorum quæ A, quare neq; A nulli eorũ quæ E. Nisi forsitan & hic solum per se dicendum ꝙ E nulli eorum quę T H. Nam neq; necessarium ab ipso T H incipere. Sed B H coniugatio concludit particulare affirmatiuum per primam & secundam fig. nam quia B omni A & A alicui B: & idem B ipsi H, igitur A alicui eorum quæ E. sic igitur in tertia fig. sed in primo per conuersionem cõclusionis, nam quia E omni H & H omni A, nam idem est cum ipso B ꝙ omni A inest. Rursus hæc coniugatio D Z cõcludit vl'e negatiuum in prima figura & secunda. nam quia ipsum D ipsi Z, idem & D nulli eorum quæ A, igitur & Z nulli eorum quę A, sed omni E. igitur A nulli eorum quæ E & in prima per cõuersionem maioris, nam quia Z nulli A, neq; A nulli Z & Z omni E. igitur A nulli eorum quæ E. Potest quoq; non indigere cõuersione, nam quia ipsum D est alienum ab A & ipsum A, patat esse alienum ab ipso E, quare illico dici potest A nulli eorum quæ E inesse. i. eorum quæ Z. Potest etiam hic in hac coniugatione particulare negatiuum concludi in tertia figura, minorem propõnem conuertentibus nobis, nam quia Z omni E & E alicui Z inest, & A nulli eorũ quę Z. Nam idẽ est D cum Z, sed A nulli eorum quæ D, quare A non oĩ E. Nam fit tertia fig. ex vniuersali negatiua maiore, & particulari affirmatiua minore. Item coniugatio H D concludit particulare negatiuum in tertia figura, & in prima minore conuersa. Nam in ipsa tertia sic quia A nulli eorũ quæ D I & D idem est ipsi H, & H nulli eorũ quę A: & E omni H, igitur A non omni E. Et in prima sic, quia E omni H, & H alicui eorum quæ E, & A nulli eorum quæ H. Nam idem D, igitur & A nõ omni E: rursus cõiugatio C Z vl'e affirmatiuum cõcludit. Nam quia C ipsi Z idem, & A omni C, & A igitur omni Z inest, & Z omni E, igitur & A omni E. patet autẽ ꝙ potest in hac etiã particulare affirmatiuum concludi in tertia figura conuersa minore. nã quia Z omni E, & ipsum E alicui eorum quę Z & A omni Z, igitur A alicui eorũ quæ E. Sexta est in oĩbus syllogistica T H concludens particulare affirmatiuum in tertia fig. & in prima per conuersionem minoris, in tertia igitur figura sic A omni C. i. H. Nam idem est C cũ ipso H: & A inest omni H, igitur A alicui eorũ quæ E. Nã figura tertia, si autem E H conuerteris & dixeris H alicui eorum E facit primam figuram. Totidem sunt etiã syllogisticæ coniugationes, & sic se habentes. Sed breuiter vniuersale affirmatiuum per vnam solam coniugationem concluditur. s. per hanc C Z, & vniuersale negatiuum per duas. s. D Z & A T H. Et particulare affirmatiuum per tres, per se, & per duas. s. B H & C H, & per vniuersale etiam C Z. Particulare negatiuum per vnam hãc D H & D Z, per quam etiam vniuersale negatiuum concludebatur.

Sed magis fortasse sic erit vnũquodq; dictorum manifestum. Sint. n consequentia A in quibus B, quæ vero ipsum sequitur, in quibus C. quæ autem non contingunt ipsi inesse in quibus D. Rursus ipsi E inexistẽtia, in quibus F, quæ vero ipsum sequitur in quibus G. quæ autem non contingunt ipsi inesse, in quibus H.

Quia exempla manifestationem doctrinæ efficiunt, vult per exempla de dictis fidem facere, & exempla adducit per elementa, nã possunt materiæ elementis adaptari, dico. s. ipsos terminos. Et planum est hoc exemplum, iam equidem dixi & in quibus accepit A & B & reliqua elementa quando posui figuram.

Si itaq; aliquid eorum quæ C idem erit alicui eorum quæ Z necesse est A omni E inesse: nanque Z omni E, A vero omni C quare A omni E.

Inquit

Inquit si eadem erunt ea quæ sequitur prædicatum dico.s.A & ea quæ sequuntur subiectum, dico, scilicet E concluditur vniuersale affirmatiuum, nam quia A oī C & ipsum C idem Z, igitur A omni Z & Z omni E, igitur D omni E.

Quod si C & G idem necesse A inesse alicui eorum quæ E, nanque A ipsi C. E autem sequitur omne H.

Id est quæ sequitur subiectum & prædicatum, ex his concluditur particulare affirmatiuum in tertia figura. Et diximus quomodo.

Si vero Z & D idem, nulli eorū quæ E A inerit ex prosyllogismo: quoniam enim conuertitur priuatiuum & Z ipsi D, idem nulli eorum quæ Z inerit A. Z autem omni E.

Deinde (inquit) quæ sequuntur subiectum & aliena à prædicato, si eadem fuerint concluditur vl'e negatiuum ex prosyllogismo, nam si D (inquit) nulli A, & ipsum A nulli D, & ipsum D idē cum Z, igitur A nulli Z inerit. Hic est prosylls, quia igitur A nulli Z: & ipsum Z omni E, igitur A nulli E & patet quod iste non est proprie syllogismus, nam D & Z vnus est terminus & non duo. Deinde si vniuersaliter, & iste est syllogismus, & omnia alia ostēduntur per prosyllogismum, nā eandem deductionem habent ceu vniuersale affirmatiuum, si A omni C & C idem cūm Z, igitur & A oī Z, quare sic similiter est prosyllogismus, & in alijs similiter, & non solum in vniuersali negatiuo. Nisi igitur forte exempli gratia de hoc dixit hoc, ex prosyllogismo dando nobis hoc vt idem de reliquis subintelligamus. Sed propie talem syllogismū appellare nō oportet, nam si D idem est cum Z: vnus est terminus, quare D Z non facit propositionem, nisi sic sumatur idem tanquam adęquatum, ceu si risibile aliquis idem diceret & hominem, nam in talibus non potest alterum de altero prædicari.

Rursus si B & H idem nulli eorum quæ E inerit A. nam A omni A, nulli vero inerit eorum in quibus E. idem nāque erat ipsi H, H autem nulli eorum quæ E inerat.

Diximus quod vniuersale negatiuum ostenditur nō solum accipientibus nobis aliena à prædicato & sequentia subiectum, sed etiam econtra consequentia prædicatum & aliena à subiecto. Hoc igitur est quod ostendit per hæc, diximus etiam nos sufficienter.

Quod si D & G, idem A alicui eorum quæ E nō inerit, ipsi nanque G non inerit A: quoniam neque ipsi D. G autem est sub E, quare alicui eorum quæ E non inerit.

Id est si acceperimus aliena à prędicato & quæ sequitur subiectum, concludemus particulare negatiuum & iam diximus quomodo.

Si vero ipsi G B idem, conuersus fit syllogismus: G nanq: inerit omni A. B H omni A, A vero ipsi B nam idem erat ipsi G. A autem omni quidem E non necesse inesse: alicui vero necesse eo quòd quæ secundum partem cum vniuersali prædicatione conuertitur. Planum itaq; quòd ad prædicta inspiciendum vtrisq; secundum vnumquodq; problema, per hæc enim omnes syllogismi. Verum oportet & consequentium & quæ consequitur, vtrunque ad prima & vniuersalia maxime inspicere.

Iam quidem demonstrauit omnia problemata per expositionem terminorum. Rursus autem per eosdem ostendit, qđ particulare affirmatiuum & aliter potest cōcludi. Si (inquit) inueniamus aliquid idem cōsequentium prædicatum, & ea, quæ sequitur subiectum. Nam demōstramus (inquit) & sic particulare affirmatiuum, sed non per se, sed quia conclusio deducta ex his conuertitur. Nam hoc erit syllogismus conuersus. Nam si A omni A: & idem a ipsi H, & H omni A. Rursus, quia B omni H: & H idem ipsi B, igitur & E omni B: sed B omni C, igitur & E omni A. Sed non hoc erat propositum. Si E omni A inest per hæc, sed si A alicui eorum quæ E inest. Nam vl'is affirmatiua ad particularem conuertitur. Oportet autē sequentium & eorū quæ sequitur vnumquodq; in prima & vniuersalia maxime respicere vt ipsius a magis in ipsum H Z quam in Z, solum & ipsius A in K C quam in C solum, hoc est propositum per hæc. (Inquit) deinde nos accipientes oportet ea quæ sequuntur terminos & quæ sequitur eadem esse, non solum proxima accipere, sed etiam remotiora, nā ob id poterimus pluribus ꝓpōnibus abundare ad ꝓbōnem propositi, ceu ꝙ hō sit substantia volentes ostendere, & accipientes animal ꝙ sequitur hominem, demōstramus per hoc homo animal, animal substantia, igitur homo substantia. Si ergo acceperimus ea quæ sequuntur ipsum sequens dico.s. vniuersaliora ipso animali, ceu animatum corpus abundantior fiet ratio. nam probabimus etiam per hæc ꝙ homo est substantia dicentes hoc modo, homo animatum, animatum substantia. igitur homo substantia. Et de corpore similiter, quare quanto vniuersaliora dicimus, tāto pluribus abundabimus propositionibus. Similiter etiam se habebit in his, quę sequitur, nā sequitur, substantiam proxime ipsum corpus, deinde animatum, deinde animal & in omnibus similiter. Sed quærendum qūo superius dicendo ꝙ nos non oportet accipere nisi tantum proxime sequentia & quæ sequitur, sed remotiora minime, quia in his cōtinentur, nūc contrarium plane dicit, cum asserat etiam remotiora sumēda esse? Dicimus igitur ad hoc ꝙ ibi dicendo qūo oportet horum facere descriptionem dixit ꝙ proxime sequentia tantum, vel quæ sequitur describi, sed remotiora minime, necogamur describere. Nam habemus (inquit) per hæc & reliqua, nam quia accipimus tanq̄ consequens hominem ipsum aīal & quæcunq; animal sequuntur, idcirco ibi non dixit oportere describere tan quam confesso per illa insint. Hic tamen quia de ipsis constructionibus & probationibus fit sermo, quod est assumptionis medij termini, ob id inquit oportere etiā hæc assumere. Nam oportet si contingit respicere per vniuersalissima cōcludere propositum & horum identitatem accipere, vt abundemus in demonstratione per plures idem syllogismo concludentes, nam quanto per vniuersalissima concludimus conclusionem, pluribus abundamus medijs, nā idem & per particulariora pōt concludi. Quod si aliquid per particulariora concluderetur, non prorsus & per vniuersaliora concluderetur, ceu si. n. per medium corpus cōcludero ꝙ homo est substantia, prorsus per ea quæ sunt sub corpore idem concludere potero, ceu p animatum, animal rationale, tamen si aliquid per particulare concluderē nō omnino & per vl'e idem concluderetur, ceu hominem rationale esse quia philosophatur, homo philosophatur, qđ philosophatur ratione vtitur, & hoc est rationale, igitur homo rationalis, sed nō amplius idem possum ostēdere per vniuersaliora hoc. s. philosophari ceu ipsum habitum, vel dispositionem, vel qualitatem. Nam neq; qui participat habitu vel qualitate, iam & ratione vtitur, si quidem etiam nomen est habitum habere.

Vt ipsius B magis ad K Z quàm ad Z solum.

Sequentia ipsum a ea in quibus ipsum Z erat, accipit igitur cōsequens ipsum Z K Z. i. vniuersalius ipso ceu animali animatum est vniuersalius. (Inquit) oportet igitur

tur magis in ipsum K Z respicere quam in Z solum.i.cõsequens id quod sequitur, ceu inanimatũ, vel in animal, hoc autẽ patet, quia oportet facere similiter si cõtingit idem & per particulare & per vniuersale. Nam prius co gnoscendum est vniuersalius. Pulchre autem dicit sequens ipsum Z esse ipsum K Z, quia particulare cõtinetur in vniuersaliore, & in animato animal.

Ipsius autem A ad K C quàm ad C solum: si.n. A inest K Z & Z & E inerit. quòd si non sequitur ex hoc accidit ipsum Z sequi, consimiliter autem & in quibus ipsum sequitur considerandum: si enim prima, & quæ sub illa sequitur, quòd si nõ hac, sed quæ sub hac accidit.

Rursus ea, quæ A sequebatur, & ea in quibus C erat accipit. Rursus igitur accipit. K C velut vniuersaliora C, ideo & K C idem appellat tanquam continens in seipso C, nam continentur particulariora sub vniuersalioribus. Respicere igitur oportet si contingit per K C magis syllogismum effici quã per C solum. Accepit autem in his ipsius E sequentia, & ipsius A quæ sequitur, quia p hæc ostendebatur vniuersale affirmatiuum in vno problemate tanquã exemplo exercens rationem. Sed illud sciendum est quod cum ponit ea quæ insunt terminis dixit oportere vt in sequentibus, quod non oportet accipere etiam ea quæ sequuntur sequentia, sed quæ velut A vt A sequuntur. i. quæ sunt proxime vniuersaliora ipsis. sic autem & in assumptione eorum quæ sequebatur A & E ea quæ A vt A sequitur accipere oportet. Si autem fuerint aliquã quæ etiam illa sequuntur, non amplius. nam iussitilla propria eligenda esse propositis terminis supra & infra, quare proxime subiecta vniuersalissima sunt eorum, quæ sequuntur idem, nam proxime sequentia particulare maxime sunt respectu eorum quæ sequuntur, & proxime subiecta. Eadem autem sunt ea quæ sequitur, & vniuersalissima eorum quæ sequitur. i. subiectorum, ceu animal proxime sequitur animatum, & est particularius corpore, & substantia, sequens vero aĩal. Sequitur autẽ proxime animal ipsum rationale. & hoc est vniuersalius reliquis quæ sequitur, ceu homine Socrate. His igitur sic ordinatis assumptione mediorum terminorum dicendo oportere si cõtingit vniuersalissima accipere, oportet solum in prædicatis. i. sequentibus terminis hoc facere, nam Z de ipso E proxime prędicatur, & erat particularius prædicatorum, merito igitur accipit vniuersaliora ipso K Z, sed in subiectis A subiicitur ipsi C, si proxime subiecta accipiebantur. sidem autem est quod vniuersalissima subiectorum, nam ipso C in his est vniuersalius, quo igitur accipit ipsõ vniuersalius K C. Dico igitur quod opposite propinquissima accepit, vt quæ per se sunt prædicata & subiecta acciperet & non quæ sunt per aliud, nam de rationali prędicatur animatum per animal, & homo subiicitur aĩali p rationale, sed in expositione medij cum censeat respiciendum esse ad vniuersalissima si fieri potest exempli solius & explicationis causa ipso K velut particulariori vsus est, vt doceat diligenter medium non in sola descripta respicere, sed si quid est subiectis vniuersalius hoc accipere, & si contingit in hoc medio talis methodus, vtatur.

Palam vero & quòd per tres terminos ac binas propositiones cõsideratio, & per prædictas figuras syllogismi ostẽ.

Vult ostendere Philosophus etiam per hæc ostensa in hac sectione dico. s. de abundantia propositionum & prorsus necesse esse omnem syllogismum per solos tres terminos fieri, & per prædictas tres figuras, & aliàs est impossibile, si bene accepta fuerit electio eorũ quæ sequuntur terminos, & quæ ipsi sequuntur. Adhuc etiam aliena ab ipsis in vnoquoq; problemate oportet horum aliquid idem inueniri, ceu de vniuersali affirmatiuo. Et ea quæ sequitur prædicatum, & quæ sequuntur subiectum & in alijs vt ostensum est. Habentibus igitur nobis duos terminos illius de quo fit ratio. s. subiectum, & prædicatũ, & accipientibus quendam alium, & erat subiectum prædicati, & subiecti prædicati, tres solos necesse est fieri terminos. Idem etiã in alijs problematibus similiter. Sic igitur tres soli accepti in syllogismum sunt. Quod vero tres solæ figuræ & hic rursus per hæc ostenderit patet, nam ostendebatur vniuersale affirmatiuum per primam & per secundã figuram particulare affirmatiuum per tertiam & per primã, sed & particulare negatiuum per tertiam & primam. Hæc sunt ab Aristo. ostensa sed plana sunt verba contextus.

Monstratur nanque A inesse omni E, quando eorum quæ C & Z idem aliquid acceptum fuerit: hoc autẽ erit medium.

Hoc quale, patet quod C & Z, nam hæc idem sunt. Medium autẽ (inquit), i. medius terminus per quod infert.

Extrema vero A & E fit itaq; prima figura. Sed alicui quando C & G sumptum sit: hæc autem vltima figura, medium. n. fit G. Nulli vero quando D & Z idem: sic autem & prima figura & media: prima quòd A inest nulli Z, siquidem conuertitur priuatiuum, Z autem omni E. media vero quoniam D nulli A, E autem omni inest. Verum alicui non inesse, quando D & G idem sit: hoc autem vltima figura A: A nanque nulli G inerit: E vero omni G.

Id est termini extremi maior & vltima, hoc autẽ erit prima figura, medium autem H: quia C & H idem, hoc autem est medium patet quod nil differt dicere C vel medium H, nam idem ambo.

Planum itaq; quòd per prædictas figuras syllogismi omnes, & quòd nõ eligenda quæcunq; omnia sequuntur eo quòd nullus ex ipsis fit syllogismus, construere nanque penitus non erat ex sequentibus: priuare autem non cõtingit per id quod oĩa sequitur, oportet. n. huic quidẽ inesse, illi vero non inesse.

Ex facta descriptione sequentium terminos, & eorum quæ ipsi sequuntur, & alienorum ab ipsis nouem fiunt coniugationes, vt ostendimus, aliæ vero sex nobis vtiles sunt ad considerationem proponendum, quas etiã iam tradidit, & tres sunt inutiles, quas nũc exponit, & causas assignat per quas sunt inutiles, & (inquit) quæ sunt sequentia terminos inutilia, quia per hæc neque probare, neq; confutare possumus. Nõ possumus quidem probare, quia in secunda fig. faciunt ex duabus affirmatiuis coniugationem quæ est assyllogistica. Nam B & Z quod est idem ipsi A & ipsi omni E necesse est inesse. Hæc autem (vt dixi) coniugatio inutilis est, neq; per hæc reprobare possumus, quia oportet confutantem in syllogismum habere alteram propositionem negatiuam, sed hę ambæ sunt affirmatiuæ. Et rursus si acceperimus eadem entia & ea quæ sequitur prædicatum & altera a subiecto, i. C T H fit in prima figura syllogismus minorem propositionem habens negatiuam, itaq; assyllogistica erat hæc coniugatio, ceu A omni C quod est idem dictu T H & ipsum T H nulli B, quare minor negatiua, igitur assyllogistica. Si vero ambo aliena acceperimus vel hæc perspicuo inutile erit. Nã ambo fiunt negationes siue aliquis fecerit secundum primam figuram syllogismum, siue in secunda. Secundum primam. sic, A nulli D quod est dictu nulli T H & T H nulli B. Item secunda sic D & T H. Nam ambo idem sunt A & B nulli, quare & hæc assyllogistica coniugatio,

quòd A contingit inesse nulli eorum quæ sunt E: sed non ex ipsis, verum ex prædicto modo.


Inquit quod non oporteat quærere qualia in descriptis sint diuersa, sed qualia sint eadē patet, nā volumus mediū terminum inuenire, per quod medium habens habitudinem ad vtrūq; terminum, vel affirmatiuę, vel negatiuæ poterimus extremum de extremo prædicare vel negare. Si ergo quæstio medij gratia fit & cōsideramus quę oportet accipere ex descriptis medium terminū. Equidē oportet mediū esse vnum & idem, patet igiť ꝙ qualia eadem in descriptis in vtroq; extremorū terminorum oportet accipere, & non qualia diuersa aut contraria, cum duo accipiemus media & non vnum, & sic duas faciamus ꝓpōnes non cōicantes inter se, ceu B oī A & Z oī E. si aūt aliqñ (inquit) accideret ex tali assumptione sylľm fieri hoc fit non simpliciter, quia contraria accipiebamus, nā quātū ex hoc duæ separatæ ꝓpōnes fiebant, sed ꝙ accidat vt hi nescientes incidāt in methodum à nobis traditam diximus iam quo modo,

Nam B A quidem omni, E vero nulli inerit: quare necesse B idem eße alicui H.

Nam quia B omni A inest, & contrarium E est ipsi Z vel diuersum, & ob id H nulli Z & C est pars ipsius Z, igitur E nulli eorum quæ E inerit, sed habemus descripta aliena ab E, hæc autem erāt T H: igitur B idem alicui eorum quæ T H erit, quare rursus per nostram methodum conclusio fit, nam dicimus vniuersale negatiuum concludi, acceptis D Z eisdem, vel B & T H.

Rursus si B & G non contingunt eidem inesse: quod A non inerit alicui eorum quæ sunt E, sic etenim media erit figura: nā B A quidē oī: G vero nulli īerit: quare necesse B alicui eorū quæ H idem esse: nanque non contingere B & G eidem inesse nihil differt quam B, idem esse alicui eorumq; H. omnia enim accepta sunt non contingentia inesse ipsi E. Manifestum igitur quòd ex his ipsis inspectionibus nullus fit syllogismus. Quod si E & Z contraria, necesse B idem esse alicui eorum quæ H & syllogismum per hæc fieri.

Cum ostenderit ꝙ in quibus & concluditur vniuersale negatiuum contrariis quibusdam acceptis vel non contingentibus eidem inesse, non per assumptionem contrariorum concluditur, sed quia incidit in traditam methodum ab ipso, idipsum ostendit etiā in particulari negatiuo. Concluderetur aūt ex contrariis sic. Cum B omni A & H nulli, & A nulli eorū quæ H & H alicui A, & A igitur, non omni E. rursus (inquit) igitur ignorant in his ꝙ in traditam à nobis methodum incidunt, nam nihil aliud (inquit) dicunt accipientibus B & H non contingentia eidē inesse, ꝗ̄ ꝙ B alicui eorū quę T H. idē, nā si nulli eorū q̄ H & H pars ipsius E est, sed oīa ipsius B aliena accepimus ī ipsis T H, igiť erit B idē alicui eorū q̄ T H,



quare rursus per B nostram methodum fit conclusio. Et hic quidem phs dicit, sed vř vel errasse in his, vel ob traditam methodum hic indifferenter vti terminis, nā oportebat ipsum sic dicere, nam non contingere B ipsi & H idem inesse nihil differt H, vel alicui eorū quę D inesse. nunc aūt dixit vel B eorū aliquid esse quæ T H. nā ꝙ hoc falsum sit, patet, nam E & H possunt non eidem inesse, neq; B esse alicui eorum quę T H. nam si accipiamus E genus & B & H spēs contra diuisas, ceu E aīal, & B hominem, & H equum, hō & equus nō recidūt eidē inesse, nulli tñ eorum quæ T H, dico, s. alienorum ab aiali nō est hō, qñquidem etiam hō sit aīal. Eodem modo etiā in contrariis ceu si acceperimus colorem E & B album, & H nigrum, igitur eidem inesse B & H non accidet, tñ nulli eorum quæ T H idem erit B quæ erant aliena ab E. Nā & ipsum est color, tñ si accipiamus H & D idem verificabiť rō, nam si A, nulli H idē, quia in quibus nulli H. igitur neq; H nulli A quare alienū est A ab ipso H, sed aliena ab ipso A erāt D: quare idē, aliquid erit H alicui eorū quę D.

Accidit itaque ita speculantibus inspicere aliam viam à necessaria, propterea quòd latet identitas eorum quæ B & eorum quæ H.

Inquit putarunt dicentes hæc aliam viam abundandi propositionibus se inuenisse, quæ est per contraria, ignorantes quod in his quæ dicunt, nostra rursus apparet methodus, quare per hāc & non ob eam quam ipsi dicunt accidit conclusio, quare putantes per hanc methodum concludi aliquid plusquam necesse sit per quendam circulum meant circa eandem methodum nostram semper circumuoluti, oportet autem rursus pro B T H ipsum D H accipere.

Eodem autem pacto se habent & syllogismi ad impossibile deducentes cum ostensiuis: nanque & hi fiunt per consequentia: & quæ consequitur vtrunque & eadem inspectio in ambobus: quod enim ostensiue monstratur, & per impossibile est ratiocinari per eosdem terminos: & quod per impossibile & ostensiue.

Non solum (inquit) categorico per methodum hāc abundabimus syllogismo, sed etiam in ostensionem ꝑ impossibile eædem methodi nobis vtiles sunt, nam idē problema per eosdem terminos categorice simul per impossibile ratiocinabimur, & econtra, quod per impossibile ostendemus, hoc per eosdem terminos categorice habebimus syllogismum facere, sed quomodo hoc erit subiungit.

Vt quòd A nulli eorum quæ E inest. Ponatur enim alicui inesse: quoniam igitur B omni A, A vero alicui eorum quæ C, B alicui eorum quæ C B inerit: sed nulli inerat.

Inquit fit per impossibile ostendere vniuersalem negatiuam, rursus igitur sumatur aliquid sequentium ipsum A, idest B & alienorum ab ipso E, idest T H idem existens. Accidat igitur ostensio sic quia B idem ipsi T H, & B omni A, & T H omni A, & E nulli. His igitur existentibus dico quod A ipsi E nulli inest. Nam si hoc falsum, verum erit hoc alicui. igitur cum B omni A insit, & A alicui eorum quæ E concluditur quod B alicui eorum quæ E sed supponebatur nulli etiam, quod est impossibile. Nam B idem erat alicui eorum quæ T H quod erat alienum ab E, si ergo ex suppositione dicente A inesse alicui eorum quæ E aliquod impossibile sequutum est, idem B eidem E & nulli & alicui inerit, igitur falsum est ipsum inesse alicui eorum quæ E & verum nulli.

Rursus quòd alicui A inest E: si enim A nulli eorum quæ E. B vero omni G, nulli eorum quæ G inerit A sed omni inerat.

Similiter se habebit in particulari affirmatiua, nam eisdē methodis ostendemus per deductionem ad impossi & hoc problema, quia accipiūtur quædā eorū quæ ambo termini sequuntur dico, s. eorum quę E & eorū quæ H cum sint eadem inter se ostēdimus, igitur rursus

per impossibile, nam dico ꝙ A alicui eorum quæ C inest. Nam si hoc falsum, verum erit illud nulli, cum igitur A nulli E & ipsum E omni H, igitur & A nulli eorum quæ H: sed supponebatur & omni quod est impossibile, nam ipsius C existentes vlis erat ipsum A quod idē cum H, quare & H, omni inest A, igitur falsa suppositio dicēs A nulli E, igitur vera illa alicui quod oportebat ostēdere.

Consimiliter autē & in aliis problematibus: semper enim & in omnibus erit monstratio per impossibile.

Idest in vniuersali affirmatiuo & particulari negatiuo, ostendemus igitur & in his, demonstremus igitur vle affirmatiuum accipiētes C & Z idem erit, igitur per eosdem terminos idem etiam per impossibile ostendere. Nam dico ꝙ A omni E inest, si autem hoc falsum, verum erit non omni, quia igitur A non omni E: sed Z omni E concluditur in tertia figura, A non omni Z sed supponebatur & omni, quod est impossibile. Nam de omni C A & C idem erat cum ipso Z, quare & A de omni Z. Item in secunda figura idem potest concludi, nam cum A nō oī E vt suppositio, & erat omni Z A. Nam idem est C ipsi Z & C omni A, quare concluditur Z nō omni E: sed suppositum fuerat & omni, quod est impossibile, igitur falsa est suppositio ꝙ A non omni E insit, igitur vera A omni E. Similiter & particulare negatiuum ostenditur iisdem existentibus D & H. Rursus igitur ostendemus eisdem terminis etiam per impossibile, nam dico quod A non omni E inest. Si autem hoc falsum verum erit omni, quia igitur omni E A inest, & E omni H, igitur & A omni H: sed supponebatur etiam nulli ꝙ est impossibile, nam A nulli D. idem nanque est D cum ipso H, igitur nulli H A inest, igitur falsum est A omni E competere, igitur verum non oī. Pōt etiam in scđa figura & in tertia per impoſe deduci, in secunda quidem quia A oī E & nulli H, igitur & E nulli H sed supponebatur etiā oī. In tertia quoq; quia A oī E & H alicui eorū quæ E, igitur & A alicui eorū quæ H: sed supponebatē & nulli.

Ex consequentibus & quæ sequitur vtrunque.

Constat vtique ꝙ etiam in alienis.

Ac secundum vnumquodque problema, eadem cōsideratio, & ostensiue volenti ratiocinari et ad impossibile ducere: ex eisdem nanque terminis vtraque demonstrationes.

Vult ostendere ꝙ ipsæ ostensiones conuertuntur inter se. nam ꝙ per impossibile ostenditur, hoc per eosdem terminos & ostensiue, & quod ostensiue ostenditur, hoc etiam per eosdem terminos & per impossibile. Quia igitur posuit eā ostensionem per impossibilem, vult idem ostendere per eosdē terminos & ostensiue.

Quemadmodum si monstratum est A inesse nulli E, quoniam accidit & B inesse alicui eorum quæ E quòd impossibile: si acceptū fuerit B inesse A quidē nulli. A vero omni, planū itaque quòd A inerit nulli E.

Si (inquit) vniuersale negatiuum ostendimus per impossibile supponentes oppositum & ex hoc inuenientes aliquod impoſe sequi, dico, s. H alicui eorum quæ E inesse nulli inesse, si autem hoc falsum, conclusionem mutabimus in veram, dico, s. quod A nulli eorum quæ E. Deinde addamus alteram propositionem, quæ etiam in ostensione per impossibile inerat, illam videlicet ꝙ B omni A concluditur in secunda figura ostensiue ꝙ A nulli E. Repetit igitur dicta vt ostendat ostensiones inuicem conuerti, s. ostensionem directam, & ostensionem per impossibile. Dubitaret autem aliquis in his merito quō (inquit) ostensionem per impossibilem & illam directam conuerti inter se? Nam ostensum est in sermone de tribus figuris, quod quartus modus secundæ figuræ, & quintus tertiæ, duntaxat deductione ad impossibile ostenduntur, sed ostensione directa minime. Nam vtram propositionum quis conuertere voluerit, vt directam efficiat ostensionem, assyllogisticam efficiet complicationem propositionum. Item neque in quarto modo secundæ figuræ poterat conuerti minor propō quandoquidē sit particularis negatiua quæ ad nullā cōuertitur, itaq; quō hic (inquit) quot oīa quæ ostenduntur per impossibile, & directa ostensione ostēduntur, & econtra quæ directa etiam per impossibile. Rñdeo igitur ad hæc primo quod hic non est sermo de modis figurarum, sed de problematibus oībus vniuersali, s. particulari affirmatio negatiuo, quod vnumquodque horum directa ostenditur & per impoſe, non tñ ſm vnumquemque modum figurarum. Deinde neque in ipsis modis est falsus sermo. Nam ad memoriā reuocemus cur dixit non posse in prædictis modis illos duos ostendi ostensione directa. Patet certe quod etiam iam dixi quod altera propōnum non pōt conuerti, & aliæ cōuersæ efficiunt assyllogisticam figurā. Cur autem vlr eguit conuersionibus ipse plane in sermone de ipsis dixit. Nam quia imperfecti sunt syllogismi in secunda & tertia figura (inquit) indigemus conuersionibus, non ad faciēdum necessarium in his figuris, sed vt appareat necessarium. Non. n. conuersio efficit necessitatem sylls, nam ipsæ figuræ per se habent necessarium, sed non apparens quod conuersio efficit esse apparens, & deductio ad primum figuram. Nam hac ratione dicuntur esse imperfectæ figuræ secunda & tertia, quia non perspicuam necessitatem habent, quare, si non facerent necessarium per conuersionem, tñ solū ostēdunt. Contingit certe & in dictis duobus modis recta ostensione sylm fieri: sed quia necessarium non apparet, nec conuersionem propōnum contingit hoc ostendi, ꝓpter hoc solum (inquit) hos modos ostendi ꝑ impossibile, nam ob id videtur ipsorū necessarium, quare etiam in cunctis modis verum est ſm idem & directa ostensione & per impoſe ostendi, & quod vlr inter se conuertuntur ostensio directa & per impossibile.

Rursus si ostensiue rōcinatum fuerit A inesse nulli E, supponētibus inesse per īpossibile monstrabitur nulli inexistēs.

Cū conuerterit ad ostensionē per impoſe illam ostēsiuam, nunc econtra conuertit illam per impoſe ad ostēsiuā, nā si ostensum fuerit ostensiue, & per scđam figurā ꝙ A nulli E si oppositū huic acceperimus illud alicui rursus ostēdemus idem ēt ꝑ īpoſe, nā si alicui eorū quæ E A & B oī A, rursus concluditur in prima figura ipsum B alicui eorū quæ E sed suppositū fuerat nulli, igitꝰ falsum est A alicui eorum quæ E, igitur nulli, igitur ostensum est per hæc ꝙ ambæ ostēsiones conuertuntur, illa, s. categorica & illa per impoſe, & per eādē methodum, dico scilicet per abundantiam propōnum ambæ procedūt.

Consimiliter autem & in aliis.

Quia in sola velut vlī negatiua sermonē exercuit cōuersionū. Eadē (īquit) & ī reliquis ꝓblematibus īquit.

In oībus. n. necesse cōem aliquē accipere terminū alium à suppositis. ad quem erit falsi syllogismus: quare conuersa hac propōne, altera vero similiter se habente, ostēsiuus erit sylls per eosdē terminos. Differt nāq; ostensiuus ab eo qui ad īpossibile, quoniā in ostēsiuo secūdū veritatē vtraq; ponuntur propositiones, in eo autem qui ad impossibile solum vna.

In oībus inquit syllogismus ꝑ impossibile oportet quendam cōem terminū accipere præter vtraq; extrema,

ma, nam hæc significauit, quia dixit subiecta, nam hæc ex principio supposita fuerant de quibus est considera tio A & B. Communem autem dicit non pro medio habente conuenientiam cum vtroque, & per seipsum connectens extrema, sed cõem (inquit) eundem assumptũ in ostensione directa & per impossibile, nam quia dixit quod ex eisdem terminis ambæ ostensiones fiunt, hoc vult ostẽdere. Si ergo subiecti termini à principio dico, s. ipsis problematis, vt A & C de quibus consideratio, iidẽ in ambobus, oportet autem & alterum quendam circa hos in ambabus ostensionibus inueniri eundem, & manifestũ est, cũ ex eisdẽ terminis ambę ostensiones cõcludũtur. Quod igitur cõis terminus aliquis in ambobus circa subiectos accipitur ostendit. Etenim in propositis ostensionibus, s. directa & ad impossibile est communis terminus B. nam iste in ostensione directa verè negatur ab E & facit minorem propositionem, sed in ostensione per impossibile falsò affirmatur B de ipso E in conclusione. Ad hoc igitur (inquit) per communem terminum falsa fit conclusio, nam concludebatur falsò quod E alicui eorum quæ B. Hac igitur inquit falsa propositione occurrente quæ erat per deductionem ad impossibile conclusio, i. in veram mutata, ceu pro hac B alicui eorum quæ E vt accipiamus ꝙ nulli quod ex principio suppositum fuit, & altera propositione seruata, videlicet ea vbi est medium ad maiorẽ terminum, hac, scilicet ꝙ B inest ipsi A, sic erit (inquit) ostensiue syllogismus qui per impossibile erat, nam B omni A, & nulli E, igitur & A, nulli A inerit.

Hæc igitur magis erunt manifesta per sequentia, quando de impossibili dicemus, nunc vero tantum nobis sit manifestum, quòd ad eandem inspiciendum & ostensiue volenti ratiocinari, & ad impossibile ducere.

Quia dixit quod differt ostensiuus à syllogismo per impossibile. Hæc (inquit) in sequentibus diligentius sciemus. Dicit autem in secundo libro, nam ibi exactius exploratiusúe de his sententiam narrabit, nam dicit ibi quod differt rectus syllogismus ab eo qui ꝑ impossibile dicto modo, quia alter ambas ꝓpositiones veras accipit, alter vero alteram falsam.

Sed in aliis syllogismis qui ex suppositione, quemadmodum quicunque secundum transmutationem aut secundum qualitatem in subiectis, non in iis, quæ à principio, sed in transumptis erit consideratio.

In aliis, s. ex suppositione, nam postquam ostendit quod categorici syllogismi & syllogismi per impossibile per eandem methodum concluduntur, nunc inquit quod etiam alij hypothetici syllogismi quicunque vtuntur transmutatione per hæc ostenduntur, nam in his (inquit) transumptio transmutatioũe indiget ostensione, sed non ostenduntur aliter quàm categorici per hos ostenduntur, igitur & hi per eandem methodum ostendentur. Verum non contradiuidit transumptionẽ contra qualitatem, nam transumptio mutatione vniuersalior est & vniuersale non diuiditur contra particulare, quare illud vel ſm qualitatem pro hoc dixit, & ſm qualitatem. Equidem iam diximus ꝙ Stoici assumptionem vocabant hoc quod peripatetici transumptionẽ dixere, omnes igiť hypothetici syllogismi sunt ſm transumptionem, ſcdm qualitatem illi dicuntur qui ex ipso magis ex minori vel simili probant. Sunt quoque qui confutant ex ipso magis & alij qui probant ex minori, alij autem ex simili qui se habent ad vtrunque similiter, ceu ex magis, si sanitas magis bonũ quam diuitiæ, non bonum autem prorsus sanitas, neq; igitur diuitiæ. Ex minori si sanitas minus bonum videtur esse quam virtus, tñ bonum est, igitur & bonum. Ex simili probamus sic, si similiter robur & pulchritudo sunt corporis vires, bonum autem est robur, igitur & pulchritudo. Rursus confutamus si similiter ambo à corpore sunt aliena, sic, robur non est bonũ, ergo nec pulchritudo (inquit) igitur in syllogismis secundum transumptionem & qualitatem. Non enim quia cuncti ſm transumptionem iam omnes etiam sunt ſm qualitatem, quæstio in subiectis fit, & suppositis subiectisq; non à principio, sed posterioribus. Verum ꝙ dicit hoc est, quod indiget ostẽsione in syllogismis hypotheticis transumptio qđ ẽt iam supra dixit, nam transumptionẽ volens significare, dixit in suppositis subiectiue à principio añs & consequens, subm dixit antecedẽs, & subm ex principio. nam dicimus si homo est & aĩal, sed homo est, quod est assumptio & hoc (inquit) subiectum, sed subiectum secundum trãsumptionẽ de quo inquit fieri quæstionem. Nam hoc est ꝙ indiget ostensione.

Modus vero inspectionis idem.

Et in his (inquit) syllogismis eadem methodo, s. abũdantia propositionum vtendum est, nam si demonstrauimus superius ꝙ cũcti hypothetici indigent categorico syllogismo ad profectionem, & syllogismi per impossibile nobis rõcinãtibus falsum categorice accipiũt, & reliqui assumptione categorice assumpta, & cuncti categoricũ eãdem methodum reducti sunt, patet qđ etiam hypothetici ad eãdem reducenť. Sed in his Alex. dubitat de his quæ dicuntur à Theophrasto per vniuersum de hypotheticis. Non. n. egent syllo categorico, quare nihil proderit his tradita methodus. Theophrastus vocat hypotheticos per totũ, quia accipiũt propositiones & conclusionem ex suppõne, ceu si A & B. si autem B & C, igitur si A & C. Nam considerat ꝙ etiam cõclusio accepta sit ex suppositione. Inquiunt igitur ad hoc, quod neq; vℏter sunt syllogismi qui per totum hypothetici. Nam solum illationem significant, quare methodus cõis est in oĩbus syllogismis. Dixit autem Theophrastus, quod hi etiam possunt ad tres figuras reduci. nam quando diximus si A & B, si B & C: deinde conclusiones, igitur A & B ꝙ assimilatur à minori termino & subiecto, & B assimilatur medio prædicato de ipso A, ꝙ C ipsi subiecto ꝙ assimilatur maiori termino, quare & sic erit prima figura. Fit rursus secunda quum sic dixero, si A & B non C, neque B. igitur si non A nec C. Similiter & tertia, si non B, neq; A, si B & C, igitur si non A neque aliquid eorum quæ C possunt etiam accipi ambæ categorice. Et illud est dictũ ꝙ si ex suppõne concľo sumpta fuerit & non ex necessitate, quia ẽt vnaquæq; ꝓpõnum sic est, patet igitur quod si voluerimus necessitatẽ imponere sylľo, vt reuera & sylľs fieret, oportet vnamquanque propõnem categorice ostendere. Nam dictum est à nobis in sermone de hypoteticis ꝙ sæpe solũ deductũ & cõtinuatũ indiget ꝓbatione, vel assumptio & sæpe ambo, quare si oportet & hoc reuera fieri syllogismos, sub eadem methodo abundantiæ propõnum cadent, probato deducto secundum vnamquanq; propositionem, si immanifestũ fuerit, vel assumptione.

Considerare autem & diuidere oportet, quot modis, qui ex suppositione, monstratur itaque vnumquodque problematum sic.

Hoc dicit quod iam diximus, dicentes quot modis dicuntur hypothetici.

Est autem & alio modo nonnulla horum ratiocinari, quemadmodum vniuersalia per particularem inspectionem ex suppositione.

Inquit quædam problemata possunt & aliter syllogismo concludi dico, s. vniuersale & quod potest ex eisdem ex quibus particularia syllogismo conclusimus. Equidem vniuersale per C & H. nam per eadem etiam particulare affirmatiuum ostendebatur. At vniuersale negatiuum per D & H. nam per eadem etiã particulare negatiuum demonstrabatur. Quo igitur modo per eadem vlẽ syllogismo concludimus, non, vt simpliciter inquit sed ex suppositione, dicitur autem ex suppositione non quia hypothetice, sed quia nos accipimus aliquid secundum suppositionem. Quid igitur hoc est, dixit à principio quod non solum secundum substantiam sunt eligenda ea & describenda quæ insunt rebus, sed etiam propria. Si ergo supposuerimus in subiectis ipsi E dico, s. ipsis H esse aliquid proprium, quia proprium conuertitur cum eo cuius est proprium, si E omni H & H omni E inerit, quia igitur A omni E: quod est dictum idẽ omni H: & H omni A, etiam omni E ierit. Rursus si ipsum A nulli D, quod idẽ dictum est nulli H: & H omni E, & A nulli E, idem profecto faciunt & definitiones conuertentes cum definito.

Si enim C & G eadem sint, solis vero G accipiatur E inesse A, inesset vtiq; omni E. Et rursus si D & G, eadem E autem de solis G prædicaretur, quod A inerit nulli eorum, quæ E. Planum itaque quòd & sic inspiciendum.

Oportet adhibere mentem sententiæ Philosophi, & sic contextum intelligere. Non enim diligenter & plane verba dicuntur, nam vult dicere quod si aliquid proprium inerit in his quæ H vel G, vt solum ipsi insit ipsum E per conuersionem erit vt diximus A omni E. nam si erit E homo, & H aliquod risibile, homo certe solum inest risibili non tamen solo risibili, nam inest etiam rationali mortali & recte progressiuo & Philosopho latiũgue & aliis prope infinitis. Si autem aliquis diceret quod neque solum risibili inest etiam animal, rationale, & superiora. Dico quod non bene is inquit, nam in homine superiora continentur, nam quod non valeant verba secundum sententiam Philosophi qui dicunt. Solis vero G vel H accipiatur E inesse, & hic patet. Nam vult aliquod proprium esse in his quæ sunt H vel G, quare poterit conuerti cum ipso, E igitur solis H inest E. Verum vero omnibus quæ sub H (inquit) vel proprio. si ergo cunctis semper hoc inest ipsis H & solis ipsum E. nam omnia accepta sunt quæ sequitur E quare aliis nequeunt inesse, quomodo igitur inquit ex suppositione oportet accipere semper inexistens? Si autem proprio falsa erit ratio, non enim solo proprio inest H: sed etiam plerisque aliis & maxime his quæ sequitur secundum substantiam, quare pulcherrimũ optimũq; erit dicere, solum accipiatur ipsis H E inesse.

Eodem autem modo & in necessariis & contingentibus, eadem nanque cõsideratio & per eosdẽ terminos erit ordine eius, quod est cõtingere & eius quod est ĩesse syllogismus.

Posteaquam exet.uit sermonem in propositionibus de inesse, inquit, quæcunque dicta sunt de illis, eadẽ etiam de necessariis & cõtingentibus dicere possumus, nam sic electiones & inspectiones ipsarum secundum vnumquodq; problema facere possumus, significantes quid necessario insit, quidùe contingenter, nam eo duntaxat differt ipsum de inesse à contingenti, quia de inesse est prius ordine, quia iã est in actu, sed cõtingẽs futurũ est vt sit in actu, nã sic electa concludemus ex necessariis propositionibus necessariũ, & ex cõtingẽtibus cõtingẽs.

Accipiendum autem in contingentibus & quæ nõ insint sed possunt inesse, monstratum enim est quod & per hæc fit eius, quod est contingere syllogismus.

Quia dicitur contingens etiam id quod inest iam. Equidẽ contingenter inest & non necessario. Item dicitur contingens quod nondum inest, sed põt inesse, quod etiam proprie est contingens, nam illud de inesse erat (inquit) propositiones assumendas in contingentibus, & hoc cõtingens quod vt dicebam est proprie cõtingens.

Consimiliter autem se habebit, & in aliis prædicamẽtis.

Idest in reliquis modis ceu his plane, vtiliter, laudabiliter, & eiusmodi, nã dictum est in lib. de Interpretatione infinitos modos esse, tamen tribus contineri, quibus eadem quoque methodus abundantiæ seruit.

Planum igitur ex dictis non solum quòd accidit per hanc viam fieri omnes syllogismos, sed & quòd per aliam impossibile, monstratum nanque est syllogismum omnem per aliquã prædictarum effici figurarum, hæc autem non accidit per alia constitui quam per consequentia, & quæ vnumquodq; consequitur, ex his enim propositiones & medij acceptio, quare neque syllogismum accidit per alia fieri.

Laudat inuentam methodum ab ipso de abundantia propositionum quod non possumus per aliam quã per hanc in omni syllogismo abundare propositionibus, nam paulopost ostendet, quod etiam si aliqua intellecta est à veteribus alia methodus, inutilis est ad demonstrationem, & nunc breuiter hoc probat, nam si ostensum est quod oẽs syllõ reducuntur ad tres figuras, & ostensum est quod oĩa problemata in tribus figuris ob traditã methodum sunt, itaque videtur etiam nulla alia esse methodus præter hanc de abundãtia propositionum.

Via igitur de omnibus eadem & circa Philosophiam & circa artem qualẽcunque & disciplinam, oportet enim inexistentia & quibus insunt, circa vtrunque videre & his quàm plurimis abũdare atq; hæc per tres terminos cõsiderare, destruentem quidem sic, construentem vero sic, secundum veritatem quidem ex iis quæ secundum veritatem describuntur inesse, ad dialecticos autẽ syllogismos ex propõnibus secundũ opinionem. Principia vero syllogismorũ vniter dicta sunt & quo modo se habẽt, & quomodo oportet ipsa venari.

Quia qui vtuntur syllogismo non solum rationalibus artibus incumbunt, sed etiam mechanicis, vt alias diximus, Et simpliciter cuncti idonei aptiq; sunt ex cõmunibus conceptionibus quippiam syllogismo concludere etiam si methodum ignorarint. Cum igitur dicit circa philosophiam, indicauit eos qui reuera syllogismo & scientifice concludunt. Nam philosophiæ instrumentum proprium est logica. Sed quia dixit & circa artem qualecunque significauit reliquas, siue logisticas, siue mechanicas, & disciplinam dixit forte quia vniuersalior est aliis. nam dicendo circa philosophiam & qualemcunque artem reduxit sermonem ad vniuersale dicendo simpliciter & circa omnem disciplinã vtilis est nobis assignata methodus syllogismo vtentibus.

Ne aspiciamus ad omnia quæ dicuntur, neque ad eadem construentes ac destruentes, neque construentes de omni, aut aliquo, & destruentes ab omnibus, aut aliquibus, sed ad pauciora & determinata.

Inquit ne in cuncta quæ descripsimus indefinite inspiciamus, sed videamus ad quæ respiciẽdũ nobis est volentibus affirmatiuum concludere, quia ad subiecta & prædicata & cõcludere volumus negatiuũ l aliena. Etenim volẽtes concludere affirmatiuũ si aliquid eorũ

quæ c & z idem videndum est, si vero negatiuum num aliquid eorum quæ n & z & in aliis vt diximus. Vocat autem principia syllogismorum propositiones de quarum abundantia docuit.

Secundum vero vnumquodque entium eligere vt de bono, aut scientia, priuate autem secundum vnamquanq; sunt plurima. Quare principia quidem quæ secundum vnuquodque sunt, experimenti est tradere, dico autem vt astrologicã experientiam astrologicæ scientiæ, acceptis enim apparentibus sufficienter, ita inuentæ sunt astrologicæ demonstrationes, consimiliter autem se habet & circa aliam qualemcunque artem ac scientiam, quare si accepta fuerint quæ insunt circa vnumquodque, nostrum iam erit demõstrationes propalare, si enim nihil secundum historiam derelictum fuerit eorum, quæ vere insunt rebus, habebimus de omni, cuius est demonstratio, hanc inuenire & demonstrare, cuius autem non est naturaliter demonstratio, hoc facere manifestum.

Oportet (inquit) facere electionem vniuscuiusque rei seorsum, & non cõiter, ceu boni seorsum, & separatim de voluptate simili, nam plures (inquit) res propositæ nobis in consideratione, s. quæ insunt, & hæ quibus aliquid inest, atq; alienæ sunt separandæ sm vnãquanq; sciam, ceu qñ astrologicũ fuerit theorema de quo oportet ostendere aliquid, tum eligenda sunt propria ipsius astronomiæ quæ insunt propositis, & ea quibus insunt, & qñ geometricum quæ attinẽt ad geometriam eligenda, & qñ naturale quæcunque intersunt naturali facultati. & idem in aliis, idcirco (inquit) oportet demonstrationem, qñ eidem aliquid adderetur, in demonstrationem petere de particularibus artibus vel sciẽtiis quę consequuntur proposita & ea que aliquid sequitur. nam illa (inquit) ex experientia scientes hæc nobis tradunt, nihil relinquentes propositi deinceps vel syllogismo cõcludendum vel asyllogistice ostendendum, nam plura sunt quæ demonstrari nequeunt, nam definitionum non est demonstratio, vt ostensum est in lib. de Demonstratione, neq; vltimorum generum, nam de ipsis nihil prædicatur, neq; de singularibus, nam hæc de illo prædicantur. Verum dixit plurima, quia sunt electiones in oĩbus scientiis, dico, s. axiomata communes conceptiones, ceu de omni affirmatio vel negatio, & quæ sunt eidẽ æqualia, sunt æqualia ĩter se, & si ab æqualibus æqualia demantur, relicta erũt æqualia, & q̃cunq; eiusmodi.

Vniuersaliter itaque quomodo opus est propositiones eligere, ferme dictum est, cum diligentia vero percurrimus in negocio circa dialecticam.

Hic inquit vñus tradidimus methodum abundandi propositionibus, sed particularius & diligentius de his in topicis disseruimus. nam hunc librum vocat nunc negocium circa dialecticam, nam ibi assignabimus locos inutiles ad ostendendum vnumquodq; problema.

De via diuisionis & illius syllogismo. *Quod autem diuisio per genera parua quædam particula est, dictæ methodi, facile est conspicere, est enim diuisio velut imbecillis syllogismus.*

Vult per hæc laudare traditam methodum ab ipso, nam nullus (inquit) ante nos hanc nouit, sed cuncti vsi sunt methodo diuisiua, & per hanc putarunt ostendendum esse. Aiunt quidam ipsum inuehi in Platonem. nam videtur Plato laudans methodum diuidendi maxime illam quæ fit sm contradictionem tanq̃ maxime ineuitabilem, tñ non dicit hanc esse demonstratiuam, nam plane sciuit differentiam diuisiuæ methodi & demonstratiuæ, nam quatuor inquit esse methodos sm philosophiam quæ sunt instrumenta dialectica, s. diuisiua, diffinitiua, demonstratiua, & resolutiua. Sed forte innuitur in aliquos alios existimantes methodum diuidendi & demonstrandi. Quid igitur (inquit) ꝙ maxime nihil est ostendere per diuisiuam methodum. Deinde & si aliqui ostendunt aliquid, ipsa tamen per se non demõstrat, sed adiuta ab alia methodo à nobis assignata, idcirco vocauit eam imbecillem syllogismum, quia eget omnino hac methodo & ꝙ, vt ipse inquit, ꝙ proponitur non ostendunt, sed aliud circa ipsum, & illud idem sine syllogismo petit, ceu vult ostendere ꝙ homo rõnalis est, primum quidem accipit genus concessum, nam sine demonstratione accipit genus, deinde diuidit genus in proprias differentias, s. rõnale, vel irrõnale, & sic facit syllogismum, quia oĩs homo aĩal, & oẽ aĩal vel rõnale vel irrõnale, igitur homo vel rõnalis vel irrõnalis, atqui non irrõnalis, ergo rationalis, hic igitur hoĩem esse vel rõnalem vel irrõnalem conclusum est, ꝙ non proponebatur ostendere, & hæc diuisiua methodus ꝑ seipsam ostendit, sed assumens primam figuram, sed qđ erat propositum ostendere, hoc non conclusum est, s. rõnale, sed velut dignitatem accepit, nam accepit tanquam concessum ꝙ non irrõnalis, & hoc diuisiua methodus syllogismo cõcludere non põt, & quod (inquit) velut dignitatem accipit hoc patet in ambiguis. Nam quæratur de diametro, num sit commensurabilis lateri, vel incommensurabilis, si syllogismo concludit, cõmensurabilem vel incõmensurabilem esse, & hoc non ipsa per se concludit, sed patet incommensurabilẽ esse. Nam sic dicet diameter & latus magnitudines, oĩs magnitudo vel alicui magnitudini commensurabilis vel incommensurabilis, igitur diameter vel cõmensurabilis lateri, vel incõmensurabilis, sed non est cõmensurabilis vt concludat oppositũ. Inquit autem methodum diuisiua esse exiguã partẽ methodi syllogisticæ. qa demõstratio ꝓprie fit per definitiones, & definitiones fiũt non sine diuisiua methodo, quare breuis particula diuisiua methodus est demonstratiuæ methodi. Inquit ipsam esse exiguam partem assignatæ methodi, quod etsi concederemus ꝙ per ipsam ostenditur vniuersale affirmatiuum, nihil tamen reliquorum ostenderet, neque accidentium aliquid, neque propriorum vt ostẽdet, sed solum ea quæ insunt secundum substantiam.

Quod enim oportet monstrare petitur.

Nam oportet ostendere ꝙ homo est rationalis, hoc igitur ipsa petit dicendo, sed non irrationalis. nam vnde patet in ambiguis illud, sed hoc autem aliquid.

Ratiocinantur autem semper aliquid superiorum.

Semper inquit conclusio in his vñor est proposito, nam superius posuit pro vniuersalius, ceu proponitur ostendere ꝙ rationalis, & hoc quidem petit. Ostendit autem hoc vniuersaliora, s. ꝙ rationalis vel irrationalis.

Primum vero ipsum hoc latuerat omnes vtentes ipsa, & persuadere conabantur, quòd esset impossibile de substantia demonstrationem fieri & eo quod est quid.

Inquit in quibus antiqui plus scire & magnificare aliquid videntur, tanq̃ potentes per diuisiuam methodum definitiones ostendere in his maxime confutantur & reprehenduntur, ignari illius quod est impossibile fieri demõnem definitionũ & generum. nã ipse ostendit in lib. de Demonstratione quod demonstratio fieri non potest ex generibus & diffinitionibus, ceu ipsi nitebantur, hoc fieri posse, aliis persuadere. nam quia generis diuisio fit sm proprias differentias, & omnis definitio est ex genere & differẽtijs, existimarunt post vniuscuiusq;

cuiusq; ostensionem differentiæ quæ inest speciei, & copulantes hanc cum genere eam posse prędicari de genere. Nam dicebant si homo animal & animal rationale vel irrationale, igitur & homo rationalis vel irrationalis, sed non irrationalis, igitur rationalis. Rursus quia animal vel mortale, vel immortale, sed homo non immortalis, ergo mortalis, deinde quæ videbantur diuisim ostendi, hęc connectentes cum genere existimarunt posse prædicari, & sic ostęndunt definitiones. Sed ostensum est in lib. de Interp. quod nō prædicata particulariter & diuisim possunt oīno simul etiā prædicari.

Quare neque quod contingit ratiocinari diuidentes intellexere, neque quod sic contingebat quemadmodū diximus.

Neque (inquit) traditā methodum à nobis sciuerūt, neq; valent per diuisiuam methodum aliquid ratiocinari, nam quid ratiocinio concludendum esset ꝙ homo vel rationalis vel irrationalis idipsum ignorarunt, & existimarunt ꝙ cōcludendum esset ipsum esse rōnale.

In demonstrationibus itaque, quando opus sit aliquid ratiocinari īesse, oportet medium, per quod fit syllogismus: & minus semper esse & non vniuersalius prima extremitatum, diuisio autem contrarium vult, ipsum nanque vniuersale accipit medium.

Cum ostenderit ꝙ methodus diuisiua inutilis sit ad syllogismum & ꝙ si vniuersaliter etiam ratiocinatur, imbecillis est syllogismus, quia quod proponitur non est, ostendit sed petit, & aliquid aliud probat, nunc rursus vult ostendere, quod etiam deductio per diuisionē eorum quæ syllogismo concluduntur, sit inutilis, & ꝙ cōtrariū accipit s̄m veritatem ipsi methodo syllogisticę, nā in propriis syllogismis medius terminus per quē copulantur extrema particularior est maiori termino & hoc merito, nam si maiorem de minori volumus ostendere prædicatum affirmatiue vel negatiue, & hoc ostendimus per medium qui seipso copulat extrema, planum est ꝙ oportet medium in plus esse quàm ipsa minor vt etiam prędicetur de ipso, & maiorem ipso medio vniuersaliorem. Si autem aliquis diceret ꝙ in secunda figura medius vtrorunque est maior & in tertia minor, quia forte per hæc dicimus ipsos syllogismos in secunda & tertia figura imperfectos, quia sic se habētibus mediis non apparet in his necessarium conclusionis, ob id indigemus conuersione, vt per hanc reducātur in primam figuram. Et rursus medius terminus suimet ordinem acciperet, ideo in secunda figura nunquam affirmatiua concluditur conclusio, sed vt fiat affirmatiua conclusio oportet ambas accipere affirmatiuas: vt autem reducamus ad primam figuram, oportet maiorem conuertere, & conuersa maior fit particularis, & ob id asyllogisticam efficit figuram, q̄m oportet (inquit) & hic maiorem in plus esse quàm minorem, sed in tertia figura nunquam vl̄e, quia vt vl̄e cōcludatur oportet duo accipere vl̄ia, vt autem reducatur ad primam figuram oportet minorem conuertere affirmatiuam existentem, & conuersa fit particulari, & sic rursus, medius terminus suum ordinem accepit. minor autem particularis facta efficit etiam conclusionem particularem, itaque in syllogisticis methodis, vt iā dictū est in plus est maior terminus quàm ipsum mediū, sed in methodo diuisiua econtrario medius terminus in plus accipitur quā maior. Nam volentes ostēdere ꝙ hō rōnalis est accipiūt medium terminum aīal, patet quod hoīe existente minori termino & rōnale maiori, in plus est animal quam rationale. Item hanc conclōnem quod etiam proponebant (vt ipse dixit) nō demōstrant, sed petunt. Quod autem probant est, hoc igitur homo, vel irrōnalis vel rōnalis, quod non est in plus quam medium ipsum aīal, sed æquale. Nam aīal vel rōnale vel irronale, sed quia non hoc proponunt, sed ꝙ si homo est rōnalis, ob id dixit ꝙ ipsi accipiunt medium in plus quam maior sit tanquam ad intentionem & scopum quem proponebant, sed non ad complicationem ipsam syllogismi, nam in syllogismo semper accipiunt maiorem adæquatum medio, siquidem diuidunt ipsum in substantiales dr̄ias eius, & his oībus tanquam vni termino vtūtur, sed quia propōnem est vnā differentiarum ostendere quæ subiecto termino insit. Equidem maior est prædicatum in conclusione, ob id inquit ipsos accipere in plus medium quam maior sit.

Sit enim animal in quo A, mortale in quo B, & immortale in quo C.

Exempla dictorum accipit dicens, ꝙ syllogismum facientes per methodum diuisiuam, quod proponunt, non concludunt & ostendunt, sed petunt, & quippiam aliud concludunt, atque medium terminum accipiunt in plus quàm maior sit. Illud D sit homo: & A sit id qđ est animal, A igitur vel ex B vel C, idest vel mortale vel īmortale, igitur D vel C est vel B, idest homo vel est mortale vel immortale, quare medium est animal & maior terminus mortale ꝙ volunt inesse homini ostendere, & patet quod non demonstrarunt, sed quippiā aliud. Vel enim mortale esse hominem vel immortale.

Homo aūt cuius rationem oportet accipere in quo D, omne igitur animal accipit, aut mortale aut immortale. Hoc autem est quodcunque sit aut A omne esse, aut B aut C.

Idest diffinitione, nam dixit iam ꝙ existimarūt vtentes diuisiua methodo se maxime p̄ ipsam diffinitiones posse ostendere. Nam semper diuiditur genus in proprias dr̄is & determinantes s̄m vnamquanque diuisionem constitutiuam hominis differentiam, sic oēs cum genere connectentes putarunt ostendere definitiones.

Rursus hominē semper diuidēs, ponit animal esse, quare de D accipit A inesse, syllogismus itaq; est quod D aut B aut C oē est, quare hoīem aut mortalem aut īmortalem necessarium esse, aīal vero mortale solum non necessarium esse sed petitur, hoc aūt est quod oportebat ratiocinari. Rursus ponens A quidem aīal mortale, in quo aūt B pedes habens, in quo vero C sine pedibus, hoīem aūt D consimiliter accipit, aut in B esse, aut in C. oē. n. aīal mortale aut cū pedibus, aut sine pedibus est, A vero de D hominem, nanq; aīal mortale esse accipit, quare cum pedibus, aut sine pedibus aīal necesse est hoīem esse, cum pedibus aūt nō necesse, sed accipit, sed hoc erat quod oportebat iterū monstrare. hoc igitur mō semper diuidētibus, accidit quidē ipsis vl̄e mediū accipere.

Semper, inquit, procedendo secundum diuisionem accipit hominem animal esse, & ratiocinatur aliquid ex diuisione ipsius, ceu homo aīal, omne aīal vel rōnale, vel irrationale, igitur hō vel rōnalis vel irrationalis, sed non irrationalis, igitur rationalis. Rursus hō animal, & omne animal vel mortale vel immortale, igitur homo vel mortalis vel immortalis, sed non immortalis, ergo mortalis, & sic in omnibus differentiis animalis facit, quare ꝙ proponunt non concludunt syllogismo, scilicet, illud vel hoc, vel hoc est, sed quod proponūt petunt, scilicet rationale vel mortale esse. Non enim ostendunt sed velut concessum accipiunt.

De quo aūt oportebat mōstrare & differētias extrema.

Idest

Idest hominem & differentias extrema. Nam accipit hominem minorem terminum & mortalem & immortalem, vel pedatum, vel sine pede maiorem.

Ad finem autem quòd hoc est homo, vel quodcunque sit quæsitum nihil dicunt planum, vt necessarium sit.

Sic (inquit) vnamquanque dr̃iarum non omnes sed petentes, nihil eorum tandem ostẽdunt quod proponunt. Nam proponunt diffinitiones rerum oñdere & putant si vnamquanque dr̃iarum in diffinitione ostenderint inexistentem ꝙ hæc sit diffinitio hominis. Sed hoc non est necessarium. Nam ostẽsum est vt diximus, ꝙ prædicata propria de aliquo eadem simul etiam pñt prædicari, quare ostendentes vnamquanq; differentiarum fuerunt, sed minime diffinitionem ostenderũt.

Etenim aliam viam faciunt omnem, neque contingentes abundantias existimantes.

Aliã viã, i. reliquã dico, s. vsq; ad indiuidua diuisionẽ. Nam diuidunt aïal in rõnale & irrõnale, & rationale in mortale, & immortale & mortale in habẽs pedes & sine pede, & habẽs pedes in bipedem & multipedem quousque inciderint in indiuiduam dr̃iam. Nam ponatur bipedem esse indiuiduam, igitur oẽm talem viã faciũt non contuentes ex quibus possimus abundare differẽtiis in demonstrationem, quarum complexione voluit facere diffinitionem, ceu ꝙ homo rõnalis, si acciperet medium terminum consultatiuum vel voluntarium, homo voluntarius, & voluntarium rationale, igitur homo rationalis, itaque eò videre nequeunt, quo percipiant, qui sit medius terminus potẽs copulare extrema.

Manifestum aũt quod neq; destruere licet hac methodo, neq; de accidente aut proprio rõcinari, neq; de genere, neque in quibus ignoratur vtrũ quod sic se habet, an ne vt vtrum diameter incommensurabilis, si.n. acceperit quòd oĩs longitudo aut commensurabilis aut incommensurabilis, diameter aũt est longitudo, ratiocinatum est quòd incommensurabilis aut commensurabilis est diameter. si aũt sumetur incommensurabile, quòd oportebat rõcinari acceptum est, non ergo est ostẽdere via.n. hac, per hanc aũt non est monstrare, incommensurabile aut commensurabile, in quo A longitudo B diameter. Planũ igitur quod neque ad omnem consideratiõnẽ conuenit inquisitionis modus neque in quibus maxime videtur decere, in his est vtilis. Ex quibus igitur demonstrationes fiunt, & quomodo & ad qualia inspiciendum secundum vnumquodque problema manifestum ex dictis.

Quod igit̃ diuidendi methodus inutilis sit ad sylsm iam dictũ est, & si poterit prorsus per ipsam effici sylls, patet ꝙ (inquit) sola affirmatiua poterunt per hæc ostẽdi, & neq; oia sed solum vña, sed negatiuum nullũ põt ostendi per ipsam. Nam si diuisio sit gñis sm proprias eius dr̃ias. ipsæ dr̃iæ taliter connexe perficiunt spẽs. patet aũt ꝙ de his solis quæ insunt rebus fiunt. Sed si quis diceret, imo possum negatiuam conclusionem facere etiam dicendo sic, hõ aïal, oẽ aïal vel rõnale, vel irrõnale, igitur hõ vel rõnalis vel irrõnalis, sed rõnalis est, igitur non irrõnalis. Eadem rursus ad hoc dicemus ꝙ hoc non est probatio, sed petitio, nam in illud vr̃ habet emphasim apparẽtiamúe demonstrationis vel rõnale vel irrõnale. At hæc est conclusio affirmatiua. Quod vero neq; particularis affirmatiua possit concludi ꝑ eãdem methodum, hinc patet, nam diuidunt medium terminum in oẽs differentias, quare necesse est oẽm hoiem vel esse rõnalem vel irrõnalem, vel mortalem vel immortalem, igitur semper vr̃e concludunt, & quod scopus est ostẽdere ea quæ assumuntur in termino qui est homo. Hæc aũt insunt necessario oĩ definito, neq; de accidente (inquit) vel proprio, merito, æquidem substantialia sunt, & sm accidens inexistentia. At diuisio sit in his quę insunt substantialiter. Forte aliquis dubitaret ꝙ etiam ostensio accidentium põt fieri per methodum diuisiuam, nam diceret homo albus sit, & oẽ coloratum, vel album, vel nigrum, vel aliquod itermedium. Sed ad hoc dico, quod methodus diuisiua vnũquodque decem prædicamentorum à generalissimis incipiens diuidit vsque ad specialissima, nõ tñ ope eius põt videri ꝙ aliquid accidẽtium insit alicui subæ, quare accipere ꝙ homo coloretur non est opus diuisiuæ methodi, nam qñ accipiebamus ꝙ hõ aïal hoc ex diuisione fecimus aïalis in specialissimas spẽs, neq; de genere (inquit.) Nam semper genus diuisio vt concessum accipit, & ostendit spẽs, & vt diximus, Arist. in demonstratiuis ostendit ꝙ demonstratio fieri nequit de genere, dico, s. hoc huius generis, neq; in quibus ignoratur vtrum sic vel sic se habet, in his videtur ostendere (inquit) in quibus conclusio conceditur, nam quia conceditur ꝙ homo rationalis, ob id ratio ipsorum procedit dicens, sed non irrõnalis, igitur rõnalis, cum in quibus ambiguum quale, oportet aliqñ de contra diuisis aliquid prædicari de ipso subiecto, reprahenditur diuisiua methodus non potens ostendere velut in diametro & latere se habet. Nam quia necesse est vel cõmensurabilem vel incommensurabilem esse ostendit siquidem diameter & latus sint magnitudines, & oĩs magnitudo sit commensurabilis magnitudini vel incommensurabilis & diameter est, igitur lateri commensurabilis vel incommensurabilis. Vtrũ aũt cõmensurabilis sit vel incommensurabilis, adhuc non demonstrauit. Nam hoc ambiguum est quare quo ad diuisiuam methodum nõ põt ostendi siue commensurabilis siue incommensurabilis sit, nam eadem via, per hanc aũt non est. Methodus, inquit, diuisiua eadem est illud accipere propõnẽ hoc esse vel hoc. Equidem per eandem viam non põt ostendi ꝙ hoc aliquid sit. Manifestum est igitur, ꝙ neque ad oẽm considerationem conuenit modus inquisitionis, neq; in quibus præsertim vr̃ decens est in his est vtilis. Nam ostensum est ꝙ neque ad ostendendum inexistentia sm accñs vel propria vtilis est. Et qđ problematum solũ vr̃e affirmatiuum vr̃ ostẽdere, & ꝙ diffinitiones promittens ostendere has non ostendit, sed petit & aliud quippiã oñdit qđ non vult, & qđ neq; de generibus, ꝙ hoc sit genus huius, contingit per diuisiuam methodũ ostendi. Sed si quis diceret ꝙ neq; per Aristo. methodũ est demõstrare genera. Sciat tñ ꝙ & si non demonstratiue eadem ostenderit, tñ tradidit in topicis quosdã modos per quos põt fieri fides dialectice de gñibus, & mirũ non est, si diuisiua methodus accipit genera vt concessa, qñ ex euidẽtia perspicua fuerint tanquã teste comprobata. Nam neq; methodi demonstratiuæ possunt aliquid ostendere non accipientes aliqua ex apparentibus indemonstrabiliter. Nã principiũ oĩs demonstrationis sunt cões conceptiones, & quę ab euidentia vti teste comprobata sunt. Nã si non acciperetur aliquid cõcessum sed semꝑ acceptũ indigeret demõstrari, tolleretur demõstratio per ipsum processum in infinitũ. Nã semꝑ opus erit assumptũ per aliã demõstrationem ostendi, & ostẽsum est in libro de Demonstratione idipsum ꝙ nõ ꝓcedit in infinitũ demões, sed habẽt principia ipsas cões conceptiones indemonstrabiles, & quæ sunt testimonio euidẽtiæ cõprobata.



IOANNIS GRAMMATICI DE PRIORI RESOLVTIONE.

Lucillo Philalthæo Interprete.

De ratiocinationum resolutione.

Caput primum. Quomodo omnes orationes in aliquam ex prædictas figuras reducantur.



VOMODO *autem reducemus ſyllogiſmos in prædictas figuras, eſſet vtique poſt hæc dicendum. Reliquum enim iſtud adhuc ex cõſideratione, ſi enim ſyllogiſmorum generationem ſpecularemur, & inueniendi poteſtatem haberemus. Amplius autem factos reſolueremus in prædictas figuras, finem habere poſſet, quod à principio propoſitum. Accidet autem ſimul & prius dicta confirmari & planiora eſſe, quod ita ſe habent, per ea quæ nunc dicentur, oportet enim verum omne ipſum ſibiipſi confeſſum vndecũque eſſe. Primum igitur tentare oportet duas ſyllogiſmi propoſitiones excerpere.*



INAM accepit ſecunda libri ſectio, quæ eſt de abundantia propoſitionum. Hinc deinceps ad tertiã deſcendit, quæ eſt quõ poterimus ſyllogiſmos pręter veteres, vel quot nobiſcũ diſputantes texũt, reducere ad prædictas tres figuras. Nam hoc oſtenſo (inquit) finem accipiet propoſita facultas, nam ſi generationem ſyllogiſmorũ didicimus, adhuc quõ poſsimus reducere ad tres figuras prædictas propoſitos ſyllogiſmos ſi oſtenderimus, tum habebimus perfectum habitum ſyllogiſticum. oportet igitur, inquit, ſylľm reducere, in duas proximas propoſitiones, nam ipſæ ſunt quæ proximæ concludunt concluſionem. Deinde terminos cõſiderare ex quibus ipſæ cõſtitutæ ſunt. Sæpe autem (inquit) neque ſcribentes neque diſputantes proponunt duas propoſitiones, ſed aliquando vnam omittunt ſiue maiorem ſiue minorem, & minorem quidem, vt qñ dixero ſic, omne frugiferum & familiare bonum, igitur ſanitas bonum, vel omne ſm naturam bonum, igitur voluptas bonum, nam hic patet quod minor propoſitio prætermiſſa eſt dicens in primo ſyllogiſmo ꝙ ſanitas frugiferum eſt, ſed in ſecunda ꝙ voluptas eſt ſecũdum naturam, fit quoque compertum in his prætermiſſum in concluſione, nam ſi inuenerimus terminum in concluſione exiſtentem in propoſitionibus, & non haberemus vt in his ſanitatem vel voluptatem, patet quod ab aliqua prætermiſſa propoſitione eſt hic terminus in concluſione. Cognoſcemus autẽ qualis ſit prætermiſſa vtrum maior aut minor ex ordine recentioris termini in concluſione, nam ſi ſubiectum fuerit, minor, ſi autem pręd icatum maior, ceu in his eſt voluptas & ſanitas, habet igitur hic ordinem ſubiecti in concluſione, & ſubiectum in concluſione eſt minoris propoſitionis ceu prædicatum eſt maioris, igitur patet ꝙ minor eſt prætermiſſa. Aliquando autem vt dixi, maiorẽ omittunt & dicunt minorem quales ſunt oẽs rhetorici ſyllogiſmi, ceu, de nocte errat, igitur fur eſt, aliquis laſciue ornatur, ergo mæchus. Nam habet concluſio, illa furem, altera vero mæchum, & hi termini prædicantur in concluſione, igitur maior eſt prætermiſſa, aliquis errat nocte, & omnis nocte errans fur eſt, igitur aliquis eſt fur. Item aliquis laſciue ornatur, & omnis qui laſciue ornatur mæchus, igitur aliquis mæchus. Aliquando autem (inquit) omittunt propoſitionem, & ſuperflua ponunt, vel etiam omittũt aliqua & alia ponunt ſuperflua. Et oportet conueni ꝙ prætermiſſum eſt, & hoc addere, & quid ſuperfluo dictum, & hoc demere quouſq; occurramus in duas propoſitiones. Et aliquando omittunt vnam propoſitionem, vt iam diximus, & addunt ſuperflua, ceu ſi dixero voluptas ſm naturã, voluptas leuis actus voluptas vita ſine moleſtia, omne ſm naturam bonum. Nam ĩ his ſolum vtile ad cõcluſionem eſt voluptas ſm naturam, & alia ſuperflua & fruſtra aſſumpta niſi per aliquam aliam cauſam aliquid prædictarũ aſſumeretur vel propter occultationẽ, vel ali quid aliud. Accidit igitur quando & addunt ſuperflua vt etiam aliquod neceſſariorum omittant, ceu vt diximus iam maiorem propoſitionem, vel minorem. Quidam igitur (inquit) propoſitorum ſyllogiſmorum defectuoſe dicti facilem habent reſolutionem in figuras, quidam vero difficiliorem. Nam quicunque (inquit) habent terminum aliquem in concluſione, quem in propoſitionibus non aſſumpſerunt facilius reducentur ad figuras. nam poteſt ex eodem termino faciliime perſpici id ꝙ eſt prætermiſſum, ceu in quibus adiecimus exemplis. Quicunque autem ſyllogiſmi dicti defectiue, eoſdem terminos habent in concluſione quos etiam in propoſitionibus aſſumpſerunt. hoc igitur (inquit) eſſe difficile reſolui in figuras, non enim ꝙ prætermiſſum eſt facile perſpici poteſt, ceu ipſi apponit ſyllogiſmum. Habet autem ſic, non deſtructa ſubſtantia non tolleretur ſubſtantia, ſed partibus deſtructis tolleretur totum, igitur partes ſubſtantię non ſunt non ſubſtantiæ, nam in concluſione ſyllogiſmi huius nullus terminus eſt qui non ſit in propoſitionibus, ſed eſt alter nõ ſubſtantia in vna. & partes in altera, difficilis igitur eſt in his reſolutio, quia neque aſſumptum facile conſpicitur, nam duabus exiſtentibus propoſitionibus in hoc ſyllogiſmo non copulatis inter ſe, termini in concluſione duo, vterque in vtraque eſt propoſitionum. Eſt igitur prætermiſſum in hoc non terminus ſed propoſitio. Scopus autem demõſtrare eſt per hæc ꝙ partes ſubſtantiarũ ſunt ſubſtãtiæ, & hoc oſtẽdit. Hic ſyllogiſmus eſt in ſecũda figura accipiens medium terminum ſubſtantiam, maiorem non ſubſtantiam, & minorem partes ſubſtantiæ, & dicit aliquo modo, non ſubſtantia ſublata non tolleretur ſubſtantia, partes igitur ſubſtantiæ non ſunt non ſubſtantiæ, ſed ſubſtantiæ, nam, ſi non eſt non ſuba, ſuba eſt ex neceſsitate: ſed in propoſito non vtebatur eodem medio termino in minori propoſitione, ſed accepit pro ſubſtantia totum. nam dicendo non ſubſtantia ſublata non tolleretur ſubſtantia, & decens eſt dicere partibus ſublatis tolleretur ſubſtantia. Sic igitur non dixit, ſed quod partibus ſublatis tolleretur totum. & vſus eſt pro medio termino ſubſtantiæ ipſo toto, quare in eodem ſyllogiſmo duo media aſſumpſit, ſcilicet ſubſtantiam & totum quod fecit errare. Sed cur ſic vſus eſt diximus qđ duobus exiſtentibus ſyllogiſmis, ſ. ꝓſyllogiſmo & ſyllogiſmo eodem ex vtroque vna propoſitio aſſumpta eſt, & omiſſæ ſunt reliquæ duæ. nam volens ſyllogiſmi

gismi propositionem minorem probare, quod partibus sublatis tolleretur substantia, ostendit ipsam per prosyllism, vsus medio termino ipso toto, vt sit prosyllis sic, partibus subae sublatis tolleretur totum, toto sublato tolleret subst, igitur partes subae. subae sunt, prima figura, occultationis igitur causa quàm breuiter accipiens minorem propositionem prosyllogismi dicentem partibus sublatis tolleretur totum, & syllogismi maiorem dicentem non substantia sublata, non tolleretur substantia, sic intulit cõclusionem quod partes non sunt substantiae. Vtebatur igitur in syllogismo medio termino non eodem, sed in maiore reuera medio dico, scilicet substantia, & minori pro substantia toto, quare huius speciei syllogismorum difficilis est resolutio cum nequeamus ex conclusione coniectura assequi qualis sit terminus praetermissus eorum qui ponunt in conclusione, qui fuerunt etiam in propositionis, ponit igitur etiam diuersas species occultationis syllogismorum, sed ne omnia simul dicamus, vnumquodque in proprio loco contemplabimur. Accidet autem in prius dicta confirmare & planiora esse, quod ita se habent per ea quae nunc dicentur. Oportet enim verum omne ipsum sibiipsi cõsessum vndecunque esse). Si (inquit) demonstrabimus quod qualitercunque syllogismi prolati, prorsus in tres figuras tantum resoluũtur, persuadebimus magis praedicta quod necesse est solas esse tres figuras. Nam si generationem ipsorum tradentes demonstramus has solas esse, & methodum abundandi syllogismis, & factos syllogismos resoluentes, inueniemus ut eadem resolui, & veritatem sibimet consonantem inueniemus. Non solum autem inueniemus per haec sermonem de tribus figuris confirmatum, sed etiam illum de syllogisticis & asyllogisticis coniugationibus. Nam ostendit in his quod quecunque ex indefinitis propositionibus aliquid probant secundum propriam naturã sunt asyllogistici, & vtrinque habemus necessarium. Item de reliquis hinc fidem obtinebimus.

Facilius nanque in maiora quam in minora diuidere, maiora autem sunt composita, quam ex quibus componuntur.

Nam facilius est diuidere in magnas partes, quàm in particulariora: ideo (inquit) nos oportet in duas magnas partes syllogismi, dico scilicet duas propositiones concludentes idem, diuisionem facere, aequidem magnitudo est opposita multitudini. Nam, quando diuisio in partes magnas fieret in pauciora multitudine fit: sed quando in plura multitudine, fit in minora magnitudine. Nam, si in duo diuiserimus cubitale lignum, & rursus aliud cubitale in quattuor diuiserimus: patet, quod illius partes magnitudine maiores sunt, deinde huius multitudo exigua magis. Vnde diuisio huius in illa facilior est, propter hoc, inquit, diuidendũ esse in duas propositiones concludentes. & sic prius diuidere quae sunt magnae partes syllogismi, & non ex quibus componitur. Dicit aũt in propositionibus prosyllogismorum. Etenim facilius est hoc illo, & nihil nos impedit quin propositum attingamus, idest reducere syllogismos ad figuras. Nam nihil nobis est opus de prosyllogismis ad hoc, cõposita igitur (inquit) ipsas duas propositiones. Nam cõponuntur ex prosyllogismis. Ex quibus autẽ paralogismos. Nisi forte intelligendum sit hoc modo ea ex quibus, scilicet tres terminos ex quibus propositiones duae, quia prius quaerendae sunt propositiones syllogismi & non termini. Nam facilius propositiones inueniemus quàm terminos, ex inuentione autem propositionum inueniuntur, & simul apparent tres termini, ex quibus propositiones componuntur.

Postea considerare vtra in toto, & vtra in parte, & si non sint ambae acceptae, ipsum ponentem alteram.

Non dicit, quod qualis est vniuersalis, & qualis particularis, sed qualis maior, & qualis minor. dixit autem vt se maiorem, & in parte minorẽ. quocirca semper in plus est maior quàm minor, & minor continetur in maiore Nam, quando dixero, omnis homo animal, & omne animal substantia, patet quod propositio dicens, omne animal substantia, in plus est quam minor, dico, scilicet animal quàm homo, & praedicatum quàm subiectum. Nã in plus est substantia quàm animal, sed cum dicitur omne animal substantia, nullum animal inanimatum. Nam in plus est inanimatum quàm animal. Nam aiato & inaito proxime diuiso ex corpore, ex animato habet subdiuisionem animal, quare non eiusdem coordinationis animal & inanimatum sunt, sed superius est inanimatum. Nam in plus est inanimatum quam animal & animal quam homo, similiter autem in hoc, nullum animal inanimatum continetur etiam homo.

Plerunque, nanque, vniuersalem proponentes quod est in hac non accipiunt, neque scribentes, neque interrogantes.

Iñ eadem dicit minorem, quia vt dicebam continet minor sub maiore, similiter in affirmatiuis & negatiuis.

Nam haec dicens omne animal substantia continet hanc omnis homo animal. Etenim substantia est contentiua animalis & animal hominis. Similiter etiam in negatione. Nam haec dicens nullum animal animatum cõtinet hanc, omnis homo animal. Nam si nullum animal inanimatum neque homo.

Aut has quidem proponunt, per quas vero hae concluduntur, praetermittunt, alia autem frustra interrogant. Considerandum itaque si quid superfluum acceptum est, & quid ex necessariis praetermissum fuit: & hoc quidem ponendum, illud vero auferendum, quousque ad duas propositiones quispiam deuenerit, absque enim his non est reducere sic interrogatas rationes. Quarũdã igitur facile defectum cõspicere.

Particulares videlicet quod est dictum minores. Nam de his proxime dixit, per quae autem ipse: idest vniuersales, quod est idem dictũ maiores. Nam minores concludunt propter maiores, nam quia omne animal substantia, ob id omnis homo est substantia, quia nullum animal inanimatum, neque homo.

Quaedam autem latent & videntur ratiocinari eo quòd necessarium aliquid accidit ex positis, veluti si acceptum fuerit, non substantia sublata, non auferri substantiam.

Quaeret autem aliquis & si ex positis aliquid necessarium significat, quomodo inquit quod videntur syllogismum efficere, & latent tanquam syllogismum efficientes, & non syllogismo habentur, & tamen ipse definiendo syllogismum dixit, quod syllogismus est oratio in qua positis quibusdam alterum quippiam ex positis ex necessitate accidit eo haec esse. Si ergo, scilicet propter posita esse aliquod necessarium concludit, quo hic inquit quod necessarium aliquid significat ex positis, non tamen syllogistice? Nam latent (inquit) & videntur syllogismum efficere, patet tamen quod non efficiunt syllogismum. Dico igitur quod ob id non sufficiebat definitioni dicere alterum quippiam à positis ex necessitate accidit eo quod haec sint, sed interpretandum est aliud aliquid eidem accidit hoc eo quod haec sint. Nam subiunxit dico eo quod haec sint propter haec accidere, & hoc propter haec accidere nullo extrinsecus termino

termino egere vt fiat necessarium. Hic igitur caret aliquando terminus alicubi propositio, & ob id vt(inquit)in nobis accidit necessarium, quia in plus est necessarium ipso syllogismo. Nam si quid est syllogismus, hoc etiam est necessarium, sed non si quid est necessarium, idest etiam syllogismus, quod profecto in syllogisticis coniugationibus ostendebamus, saepe.n. aliquid necessarium accidit sequi quod non accidit, quia propositiones complicantur syllogisticae, sed quia habent materiam sumptam necessariam, dico, s. quod propter vniuersalem propositionem oportet veram esse dicentem quod omnis non, non alicuius igitur partes omnes si tollerentur, cum his vna tolleretur etiam substantia, & quo hoc accidit iam diximus. Nam quia per quandam vniuersalem propositionem praetermissam, sequitur necessarium in talibus, vt etiam Alex. videtur & non propter hoc quia deductio est syllogistica, patet ex exemplis. Ponit igitur plures tales propositiones, ceu si ipsi A a aequale, & c est aequale, B igitur & A ipsi c aequale. Nam hic vera est conclusio & posita sequuta est, sed non syllogistice. Nam quod non syllogistice patet, ex quibus ambae propositiones particulares sunt in secunda figura affirmatiuae. Sic autem se habentibus propositionibus syllogismus non fiebat. Vnde igitur necessarium conclusum est? Dico quod ab aliqua vniuersali propositione praetermissa dicente, omnia quae sunt eidem aequalia & inuicem sunt aequalia, vt fiat syllogismi necessarium in hunc modum A, & c sunt aequalia a & omni A quae sunt aequalia eidem sunt aequalia inter se, igitur A, & c sunt inuicem aequalia. Quod autem vniuersalis propositio praetermissa & postea assumpta sit causa, vt hae rationes prolatae concludant aliquod necessarium, patet ex his in quibus non sic se habet. Nam sic dico A est frater B, sed etiam c est frater ipsius B, non amplius ex necessitate sequitur, igitur A est frater ipsius c: & hoc propter vniuersalem propositionem falsam, dicentem omnes qui sunt eiusdem fratres, & inter se sunt fratres, quia igitur propositio vniuersalis est falsa, ob id neque necessarium conclusum est. Quod vero sit falsa patet ex exemplo. Nam supponatur mulierem quandam ex homine habere filios, & hominem ex aliqua muliere habere filios, & mulier priuetur viro, & vir muliere, & coeant ad nuptias & pariant filium, patet igitur quod nato ex ambobus vterque progenitorum est frater alter ex matre, alter ex patre, & tamen non sunt inuicem fratres. Nam secundum matrem non conueniunt, nam alia est vtrisque mater, huius, s. viua, & alterius mortua, neque secundum patrem, quandoquidem sunt diuersi patres. Nam huius secundus est viuens mulieris vir, & primus eiusdem est mortuus, sit igitur omnis syllogismus habens falsam maiorem propositionem hunc in modum A & c, eiusdem B fratres sunt omnes qui sunt eiusdem fratres sunt inter se fratres, igitur A & c sunt inter se fratres. Cum igitur falsa sit maior, falsa etiam est conclusio, & tamen figura syllogistica est, in quibus igitur aliquod necessarium concluditur non syllogistice complicatis propositionibus per naturam positorum concluditur, non tamen ex syllogismo, quia (vt dixi) necessarium in plus est quàm syllogismus, quia si aliquid est syllogismus, etiam est necessarium, sed non adhuc si necessarium, statim iam & hoc est syllogismus. Verum pluribus etiam aliis exemplis vius est, ceu Dion dicit diem esse, sed etiam dies est, igitur Dion dicit verum. Nam & hic aliquod verum conclusum est ex necessitate propter posita, non tamen ex syllogismo. Nam maior terminus existens verificatur non assumptus in aliqua praemissarum. Sed oportebat prorsus (vt didicimus) maiorem terminum in maiore propositione esse. Et hic igitur necessarium conclusum est, non tamen est syllogismus, sed tamen necessarium est ob vniuersalem propositionem praetermissam. Est autem haec, omnis qui dicit aliquid esse dum est dicit verum, vt totus syllogismus sit talis, sed Dion dicit diem esse existente die, & omnis qui dicit, hoc esse dum est dicit verum, igitur Dion dicit verum.

Sublatis autem, ex quibus est quod ex his, corrumpi.

Loco huius partibus sublatis vt nos diximus, protulit sublatis autem ex quibus, substantia. Nam ex partibus totum, & totalitas vniuscuiusque est substantia eius. Rursus loco huius tollitur totum dixit illud ex his. Nam ex partibus totum, vt diximus.

His enim positis, necessarium est substantiae partem substantiam esse, non tamen per accepta ratiocinatum est, sed desunt propositiones.

Conclusio quam bis diximus, igitur partes substantiae non sunt non substantiae, ipse (inquit) igitur necesse est partem substantiae esse substantiam. Nam non existens non substantia certe non substantia est, nam de omni affirmatio vel negatio vera est.

Rursus, si homine existente, necesse animal esse, & animal substantiam, & homine existente necesse substantiam esse, verum nondum ratiocinatum est: non enim se habent propositiones, vt diximus.

Et alterum exemplum ponit per quod ostendit quod non prorsus si positis quibusdam aliquid sequitur ex necessitate iam hoc est syllogismus. Nam ostensum est in sermone de tribus figuris quod syllogismus nequit fieri ex duabus particularibus. Et ostensum est, quod indefinitae aequiualent particularibus, igitur in propositionibus positis indefinitis necessarium non syllogistice conclusum est, sed per ipsam materiam. Nam illa propositio vera est quae dicit vniuersaliter si aliquid ex necessitate sequeretur ex aliquo, & quaecunque sequuntur id quod sequitur, haec etiam ex necessitate, & illud sequuntur, quo enim id quod sequebatur sequitur? Nam hoc est dictum in praedicamentis, quod quaecunque dicuntur de praedicato vt de subiecto, eadem etiam de subiecto dicetur: sed cum sit etiam huius rationis causa vniuersalis propositio patet. Totus nanque syllogismus & sanis est talis si hominem sequitur animal, & animal substantia. Et omne quod sequitur aliquod sequens ex necessitate, etiam illud omnino sequitur quod medium sequebatur, igitur homine existente necesse est substantiam esse.

Decipimur autem in talibus, eo quòd ex positis necessarium aliquid accidit, quoniam & syllogismus necessarium est, in plus autem necessarium quàm syllogismus, syllogismus enim omnis necessarium, necessarium vero non omne syllogismus. Quare non, si quid accidit positis quibusdam, tentandum est statim reducere, sed primo accipiendae duae propositiones, deinde sic diuidendum in terminos. medius autem ponendus terminus, qui in vtrisque propositionibus dicitur, necesse enim medium esse in vtrisque in omnibus figuris. Si itaque praedicetur, ac subijciatur medium, aut ipsum quidem praedicetur, aliud autem ab illo negetur prima erit figura. quòd si & praedicetur & negetur ab aliquo, media, sin autem alia de illo praedicentur, aut hoc negetur, illud praedicetur, vltima.

Causam

Causam dicit per quam in prolatis rationibus sic decipimur,& putamus syllogismum fecisse non facientes, quia vt diximus,si aliquid necessarium accidit ex positis terminis etiã syllogismus est necessarius, putamus igitur φ si aliquid necessarium est iam & syllogismus est,& hoc modo ita se habet. Nam in plus est necessarium(vt ostensum est)si syllogismus est,omnino est necessarium, sed non econtra,si quid est necessariũ, omnino syllogismus. Si autem hæc ita se habẽt(inquit) nõ si positis quibusdam ex necessitate aliquid sequeretur, statim tentandum est talem figuram sub syllogisticis reducere.nõ enim prorsus syllogismus factus est,sed hæc prius sunt facienda quæ ipse prius plene exponit.

Consimiliter & si non vniuersaliter sint propositiones,eadem nanque medij determinatio. Planum itaque quoniam qua ratione non dicitur idem plerunque,quòd non fit syllogismus,non enim acceptum fuit medium.

Quia ex ambabus veluti propositionibus vniuersalibus existentibus syllogismis, fecit rationem, ipsa (inquit) ratio, & si particulares fuerint propositiones,cer te patet φ non ambæ,sed secundum vtraq; siue affirmatiua, siue negatiua, siue maior, siue minor, vt in scd'a & tertia figura, nã eadem methodo mediũ inueniemus.

Quoniam autem habemus quale problematum in vnaquaque concluditur figura, & in qua vniuersale & in qua quod in parte,manifestum quòd non in omnes figuras perspiciendum, sed in propriam cuiuscunque problematis, quæcunque vero in pluribus concluduntur, medij positione cognoscemus figuram.

Volens facere resolutionem in figura facilem, hæc proponit,vt qui voluerint syllogismos redigere ad figuras indeterminata respiciant. Cum igitur ostensum est(inquit)vnumquodque problema in qualibus figuris concluditur,quia vniuersale affirmatiuum solum in prima,& vniuersale negatiuum in prima, & secunda, & particulare negatiuum in prima,secunda,tertia,quia igitur patet in quali figura vnumquodque problematum concluditur, quando volumus propositam rationem in figuram syllogisticam reducere. Considerandũ igitur quale est problematum ostensum per ipsum, & sic in propria figura reducendum est, sed quia per plures ostẽditur figuras,medij põne discernẽda est figura.

Plerunque igitur decipi accidit circa syllogismos propter necessarium quemadmodum dictum est prius, aliquando autem iuxta similitudinem positionis terminorum, quod non oportet latere nos, veluti si A de E dicitur, & B de C. videri enim posset ita se habentibus terminis esse syllogismus, nõ fit autem neque necessarium quippiam, neque syllogismus, fit nanque in quo A semper esse in quo B intelligibilis Aristomenes, in quo C Aristomenes, verum itaque A ipsi B inesse, semper enim est intelligibilis Aristomenes, sed & B ipsi C Aristomenes, nanque est intelligibilis Aristomenes, A vero ipsi C non inest. Corruptibilis enim est Aristomenes, nam non efficiebatur syllogismus ita se habentibus terminis, sed oportebat vniuersaliter A a propositionem acceptam fuisse, hoc autem falsum, existimare omnem intelligibilem Aristomenem semper esse, quum sit corruptibilis Aristomenes.

Cum dixerit quõ reducendi sunt syllogismi ad figuras,quia prius ad propositiones respiciendum est, deinde in terminos & ex habitudine medij figuram inuenire,non solum autem ex hoc,sed etiam ex problemate aliqñ, nam si fuerit vl'e affirmatiuum & ad inuentionẽ medij,patet φ in prima figura reducitur,& in reliquis vt diximus,nunc vult docere nos in quæ alia nos oporteat respicere resoluturos syllogismos, nam plura sunt per quæ accidit nos decipi & existimare syllogismum, efficere vero existente concluso, non tamen concluso per syllogismum. Dicit igitur modos deceptionis, vt quando in aliqua ratione inueniemus aliqua, hoc modo scire poterimus, quando non syllogistica erit ratio non periclitabimur ipsam reducere in figuras, sed confutabimus tanquam asyllogisticam. Quod igitur accidat non decipi, & videri syllogismum esse, cum non sit propter necessarium diximus, & causam addentes quia in plus est necessarium quàm syllogismus. Nunc autem etiam aliquid aliud docet, φ fit deceptio propter similitudinem positionis terminorum. Nam sæpe terminis positis syllogistice videt fieri syllogismus propter necessariũ,vt liquet in exẽplis positis. Sed sæpe ponũtur termini syllogistice, & omittitur aliquid eorum quæ obseruanda sunt ad generationẽ syllogismorum. Deinde vera existente conclusione,si ita acciderit, putamus etiam syllogistice ipsam concludi, quia vt dixi termini syllogistice ponuntur, ceu si A sequitur B, a sequitur C, iam & A sequitur C per positionem terminorum. Sed hoc non ita se habet. Nam plerunque reprehenditur ratio falsa, dico autem sic (inquit) Aristomenes intelligibilis est. Nam est Aristomenis intelligentia & intelligibilis Aristomenes semper est. Nam semper est Aristomenis intelligentia, si etiam aliud in alio & concluditur falsum, igitur Aristom. semp est, & tñ termini syllogistice ponuntur, & propositiones verę sunt, igitur apparet syllogismus fieri ob positionem terminorum, sed non sufficit hoc solum, sed etiam oportet prorsus esse propositionem vl'em, & hic ambæ sunt particulares. Nam indefinitæ sunt, quia igitur falsa est vniuersalis, ob id etiam conclusio falsa est. Nam si dixero sic, Aristom. intelligibilis est, Aristom. oĩs intelligibilis, Aristomenes semper est falsam accipi vniuersalem propositionem, quamuis vera sit ea quæ dicit intelligibilis Aristom. semper est. Nam in propositionibus non eodem modo possunt articulus & determinatio. Nam quãdo dixero Socrates homo, & homo animal, vnam speciem hominis significo quatenus singuli homines dicuntur, sed quando dixero, omnis homo animal, non amplius accipio speciem vniformem, sed singulos homines quibus inest species, & quod hoc sit verum, patet ex his quibus potest dici, homo est species, non tamen dici potest omnis homo species. Hinc etiã illi paralogismi fiunt, cygnus albus, album color, igitur cygnus color. Nam non est amplius verum dicere, omne album esse colorem. Nam omne singula significat quæ albo participant, sed non est verum dicere de his quòd sint color, sed quando album dixero, quia speciem albi accipio verum dicam φ color est, quia propositio vniuersalis est falsa & conclusio falsa, vt igitur in his se habet, ita etiam in proposito. Nam quando dixero intelligibilis Aristomenes, ipsam speciem intellectiuam Aristomenis indico, sed si dixero omnis intelligibilis Aristomenes nullum alterum dico quam omnes singuli Aristom. quibus accidit intellectiuum esse, ideo in his non est verum dicere φ semper sunt. Hinc igitur etiam falsa est cõclusio, quare quoties sic positas inueniemus orationes, nullum periclitabimur reducere, sed reprehendemus eas, quia non habent propositionem vniuersalem syllogisticam, sine qua syllogismus non fiebat, cætera contextus plana sunt.

Rursus

Rursus sit in quo c Miccalus, in quo b musicus Miccalus, i quo a corrūpi cras, verum igitur b prædicari de c. nā Miccalus musicus Miccalus, sed & a de b. corrumpi enim posset cras musicus Miccalus, a vero de c falsum, hoc igitur idem est ei, quod prius, non enim verum vniuersaliter, Miccalus musicus quòd corrumpitur cras, hoc autem non sumpto non erat syllogismus.

Aliud exemplum eiusdem ponit, sed in suppositione ratio, nā supponitur Miccalus musicus esse, & cras amittere musicā & ipse nō corrumpitur. His suppositis fit syllogismus talis, Miccalus musicus est Miccalus. musicus Miccalus cras corrumpitur, & videbitur concludi, igitur Miccalus cras corrumpitur, q̃ est falsum. Nam suppositum fuit ipsum non corrumpi: igitur eadem causa, & si propositionibus veris existentibus falsa conclusio concludatur, quia illud vniuersale nec sumatur, nec verificatur, dico, s. illā vniuersalem propositionem, omnis musicus Miccalus corrumpitur cras. Nam hoc falsum cum suppositum sit Miccalum cras non corrumpi. Nam musicus Miccalus cras corrumpif in eadē specie musici Miccali prolatus tanq̃ de musico verificetur, sed illud omnis musicus Miccalus, dicit singularia oīa quibus accidit musicū esse, igitur hoc falsum est corrumpi cras. Nam simile est huic, ebenus niger, nigrum est color, igitur ebenus est color, nam falsa est vniuersalis, omne nigrum est color, nam neque verum hoc de omnibus nigris quibus accidit quòd sint hæc colores.

Hæc itaque deceptio fit eo, quòd pene, tanquam enim nihil differat dicere hoc huic inesse, aut hoc huic omni inesse concedimus.

Hæc deceptio in dictis rationibus per quàm putamus syllogismos esse non existens, fit, quia parum animaduertitur si quicquā negatur q̃ ostendat. Nam nihil interesse videtur si pro vniuersali vtatur indefinita propositione, dico, s. pro hac, verbi gratia, omnis homo animal, quod homo sit animal. Hoc autem non est pauci momenti, neque aliquod parum exiguum neglectum, nam inter hæc non paruum est discrimen, vt ostendemus.

Cæterum plerunque mentiri accidet iuxta id quod non bene exponuntur termini, qui sunt secundum propositionē, vt si a sanitas, in quo b morbus, in quo vero c homo. Verum enim dicere quòd a nulli b contingit inesse, nulli nanque morbo sanitas insit & rursus quòd a omni c inest, omnis enim homo susceptiuus est morbi, videri posset accidere nulli homini contingere sanitatem inesse, huius autem causa est, non bene expositos fuisse terminos secundum dictionem, quoniā si transmutantur, qui sunt secundum habitudines, non erit syllogismus, vt pro sanitate, si positum fuerit sanum, pro morbo autem morbidum, non enim verum, quòd non contingit morbido sanum inesse.

Ad aliud peccatum descendit. Nam & sæpe ponuntur termini syllostice secundum positionem, & veræ sunt propositiones, & maior propositio vna vel duæ assumptæ sunt. Sed præter verba contextus fit quoque defectus. Nam sæpe (inquit) habitus pro participantib⁹ assumimus, & hinc falsum fit, ceu sanitas nulli morbo ex necessitate inest & morbus omni homini contingenter, concluditur secundum Aristo. sanitatem nulli homini ex necessitate inesse, quod est falsum. Nam cō tingit omni inesse, & contingens non inest, & hoc fit circa verba, cum (inquit) si pro habitibus participantia illis acceperimus, falsa maior fit propositio, si hoc modo dixero, sanum nulli morbido contingit inesse, i. ex necessitate non inest, hoc autem est falsum. Nam morbidum omni homini inesse potest, quare falsa existente maiore, merito etiam conclusio falsa est. Nam cō cluditur sanū nulli homini ex necessitate. Idem (inquit) in secunda figura, nam dico sic sanitas nulli morbo ex necessitate & omni homini contingenter, concluditur morbus nulli homini ex necessitate quod est falsum, nam omni contingit inesse. Rursus autem si pro habitibus acceperis participantia falsa existente negatiua, merito falsa erit conclusio, nam sanum non est verum dicere, vel nulli morbido ex necessitate contingit inesse, vel omni, quare falsa conclusio esse per hanc accideret Deceptio autem fit adesse syllogismum, quia in terminis ponuntur habitus pro participantibus, itaq; in prima & secunda figura habituum positorum in terminis s̄m Arist. concludebatur falsum. Nam eadem videtur conclusio sequi maiorem necessariam existentē. Quamquam Theophra. non ita sentiat, sed vult sequi contingentem, vt dictum est, tñ in tertia figura iuxta ea quæ videntur omnibus ob dictam causam falsum concluditur, dico, s. quia ponuntur habitus in terminis. Nam omnibus videtur esse necessarium, vt duabus p̄positionibus existentibus contingentibus contingens sit conclusio: & duabus necessariis necessaria, & duabus de inesse, cōclusio de inesse prorsus, & omnino vnā propositionem sequetur conclusio. Non enim extrinsecus oportet ipsum esse & alterum omnino ab ipsis propositionibus habens nullam communionem cum ipsis. Hoc igitur existante vero, vide quō in tertia figura habitibus pɔsitis in terminis & ambabus propositionibus existentibus, conclusio non contingens, sed necessaria concluditur, tñ si pro habitibus acciperentur participantia, etiam fit contingens tanquam manifesta fit causa deceptionis, quia fit circa verba & dictiones, dico, s. eo q̃ habitus ponuntur pro participantibus in terminis. Nam sic dico, sanitas omni homini contingit non inesse, morbus contingit omni homini inesse, & quantum in propositionibus concluditur, q̃ sanitas nulli morbo contingit inesse, & hoc falsum est, nam ex necessitate non inest. Hæc igitur sunt quæ in his dicuntur. Sed aliquis ambigeret, nunquid etiam assumptis participantibus secundum habitus, & sic fit aliqua deceptio. Nam q̄n dixero sanum nulli morbido inest contingenter, quō accipio illud morbidum? nam si compositum ex morbido & sano, nō erit vera ratio. Nam nunquam erit verum vt morbido insit sanum vt morbido, nam cōtraria simul iungi adesseq; nequeunt, igitur morbido vt tali non inent, sed velut animali, vel quia erit receptiuum morbi & sanitatis. Rursus quando dixero morbidum omni homini contingit inesse, vtrū sit cōpositum? dico morbidum inesse homini, vel quatenus simplex, dico autem quatenus æger est perspicuū erit quod qua æger est. Nam morbidum est aliquod singularium, sed nullum singulare potest alicui inesse, planum erit autē si singularia accepta fuerint, ceu Miccalus, intelligibilis est Miccalus, nam patet quod Miccalum intelligibilem, qua intelligibile de ipso subiecto, prædico, non qua intelligibilis est Miccalus. Nam ipse de seipso prædicaretur, similiter si dixero Socrates morbidus est Socrates, nō qua morbidum est Socrates, terminus totus prædicatus vt totus prædicatur de Socrate, sed qua æger est. Nam idem est dictu Socr. æger est, vel morbidus ægrotans est. Si ergo hoc ita se habet, patet

patet q medius terminus secundum aliam partem sui subiicitur maiori, & secundum aliam prædicatur de minori. Nam quando dixero sanum nulli morbido contingit inesse, non qua ægrum est hoc dico. Nam sic ex necessitate non inerat. Nam nunquam morbidum qua tenus ægrotat sanatur, sed quatenus homo est morbidus, vel aliquod aliud animal. Rursus autem quando dixero morbidum omni homini contingit inesse, patet q qua ægrotat, non qua alterum est aliquid subiectum ipsi morbo, quare medius non idem sumptum est. Si autem non solum medius in compositionem sumeretur, sed etiam maior, adhuc plus extenditur dubitatio. Videtur igitur quòd etiam si ex habitibus acciperentur participantia, & hæc esset deceptionis causa, si quidem alios terminos ex aliis mutare necesse sit, & non idem medius seruatur, quare neque complexio fit. Sed adhæc respondens Philosophus dixit tanquam ostensum sit in libro de Interpretatione quia participia æquiualent verbis. Nam dicendo Socrates ambulat, æquale est Socrates ambulans est, & in omnibus idem similiter. Si ergo hoc ita se habet, patet etiam quod si accepero in medio ægrotans quod sit participium, æquiualebit huic verbo ægrotare, quare si transmutaretur pro participio verbum nullum impossibile fit, quia vt dictum est æquiualent inter se, qn igitur dixero, sanum nulli morbido, simul vero morbidum in ipsum ægrotare patiq; morbum, & dixero q ægrotare omni homini inest, non alterum pro altero accepi, siquidem æquiualet participium verbo. Sed ad hoc illud dicendum est q non omni verbo æquiualet participium, sed solis definitis ex quibus generationem etiam habet, & minime in ipsis infinitiuis, siquidē alia verba sint significatiua actionis vel passionis cum agente vel patiente, ceu hoc scribo ambulo, eadem hæc etiam participia significant, tñ infinitiua significatiua sunt solius actionis vel passionis, non tamen participantis his, quare neque æquiualent participiis. Nam non est idem ipsum verberare cum ipso verberans est, quare non possunt accipi pro participiis ipsa infinita, nisi igitur qn potest addatur eis verbum {oportet} ceu oportet Socratem ambulare, & Socratem oportet ambulantem esse, q dictu nil aliud est quàm Socrati deest ambulare, & Socratem deest ambulantem esse. Sed in nulla alia constructione fit ob dictam causam. Dixit autem in propositum, & illud quod quando dixero sanum esse ægrotanti inesse contingit, vel contingenter non inest non qua homo est ægrotans, vel quoduis aliud, hac ratione dico ipsi contingere sanitatem inesse, vel non inesse, sed qua ægrotat. Nā quatenus ægrotat, hac ratione contingit ipsi sanum esse, & hac ratione contingenter non inest ipsi sanitas. Nā si non qua ægrotat, sed qua homo forte fortuna est, vel aliud quoduis receptiuum morbi, non amplius erit verum dicere ipsum contingere sanum fieri vel non fieri, sed de inesse est sanus, & tunc contrarium, s. morbus contingere eidē inesse vel non inesse dicimus, qui vtrūque oppositorū contingit inesse vel non inesse, si alterū actu inerit vel hoc inest, hac ratione, & reliquum potest inesse vel non inesse in quibus immediate est contrarietas, sed in ipsis mediatis contrariis si intermedium fuerit ad vtrunque extremorum similiter se habet, & hoc prorsus si intermedio participat, ceu fusco contingit album inesse, contingit autem & nigrum, & patet quod non qua indumentum est fuscum. Nam si qua indumētum est hac ratione etiam inesse iam album vel nigrum potuit, non tamen contingere inesse, qua tamen fusco participat. Sed cum extremis non participat & potest participare, hac ratione dicitur contingere ipsi inesse album vel nigrum, vel non contingere. Nam si non quatenus fusco participat supponatur non esse fuscum & non amplius erit verum dicere idem contingere album esse vel nigrum. Nam necesse prorsus est, vt id qđ est aptum participare contrariis, altero actu participet vel aliquo intermediorum si media fuerint, quare de inesse vel nigrum, vel album erat, quare & quando dicit Aristo. ipsum sanare ægrotanti inesse non qua homo est ægrotans sed qua ægrotans erat, contingere ipsi dicimus, inesse ipsum sanum esse, vel contingenter non inesse, quare cum ægrotans qua ægrotans acceptū sit, si pro ægrotante accipiatur ægrotare non quippiā aliud accipio, nam secundum ipsum ægrotare subiiciebatur maiori, & sm idipsum prædicatur de minori, quare si etiam cōpositum subiectū in maiori accepit, quia sm ipsum simplex specificatur, s. ægrotare, & hac ratione de ipso maior prædicatur, consentaneum sm id ipsum prædicari de minori, quare & si hoc modo dixero q ægrotans omni homini inest, non secundum compositum facio ipsum prædicatum de minori, sed secundum ægrotare quatenus subiiciebatur maiori. Et si idē simplex assumpsero, modo aliquid alterum accipiam, sed idem forsitan non est verum dicere, quod qn dixero sanum fieri contingere morbido ægrotantiue inesse vel non inesse, quatenus ægrotat de seipso sanum fieri prædicatum efficio. Nam vt ostensum est non qua homo simpliciter, est prædicaretur, profecto, neque qua ægrotat simpliciter neque de composito sm ipsum ægrotare, sed de composito vt compositum. Nam ægrotans qua ægrotans est totum hoc aptum aliquando sanari, nam neque aliud est hoc quam q contingit postquam ipsum morbum abiecerit recipere sanitatem, nā si non secundum ambo, profecto secundum simplex, sed impossibile est ipsum ægrotare recipere sanitatem, quare si de composito vt composito prædicatur, oportet ipsum & de minori termino prædicari, sed hoc est impossibile. Hæc igitur hactenus, considerabimus autem de hoc etiam statim.

Hoc autem non accepto, non fit syllogismus nisi eius, quod est contingere, hoc vero non impossibile, contingit enim nulli homini inesse sanitatem. Rursus in media figura consimiliter erit falsum, sanitatem nanque morbo nulli, homini vero omni contingit inesse, quare nulli homini ægritudinem.

Nam ambabus propositionibus contingentibus existentibus, contingens fit conclusio vera, & non necessaria falsa, vt prius.

In tertia autem figura secundum contingere accidit falsum, nanque & sanitatem, & morbum, & scientiam, & ignorantiam, & omnino contraria eidem contingit inesse, sibi autem inuicem impossibile.

Si habitus accipiendo coniunxero in tertia figura syllogismum, concluditur falsa conclusio non vniuersalis sed contingens, ceu sanitatem contingit nulli homini inesse, morbus omni homini contingit inesse, & quantum in propositionibus contingit sanitatem nulli morbo inesse, sed nō contingit, sed quatenus necesse non inesse, secundum igitur ipsum contingens falsum.

Hoc autem dissonum à prædictis, quando enim eidem contingerent plura inesse, contingebant & sibi inuicem. Planū igitur quod in omnibus his deceptio fit iuxta terminorum expositionem. Si enim transumpti fuerint, qui sunt secūdum habitudines,

habitudines, nullum efficitur falsum. Manifestum igitur, quòd secundum tales propositiones semper quod secundū habitudinē pro habitudine transumendū & ponendū terminū.

Sanitatem inesse morbo impossibile est, verum quidem est & contrarium iam ordinatis. Nam dictum est, quod si ambæ fuerint contingentes, prorsus conclusio contingens erit. ceu etiam, si necessariæ necessaria conclusio, nunc igitur ambabus existentibus contingentibus conclusa est necessaria vel ipossibilis; sed hoc accideret quia assumpti omnes habitus pro participātibus,

Non oportet autem semper quærere, vt terminos nomine exponamus, plerunque enim erunt orationes, quibus non est positum nomen: quapropter difficile est reducere tales syllogismos. Aliquando autem & decipi accidet ob talem inquisitionem, vt quod immediatorum est syllogismus. Sit A duo recti. in quo B triangulus. in quo C. æquicrus ipsi itaque C inest A. per B: ipsi vero A non amplius per aliud. per se nanque triangulus habet duos rectos: quare non erit medium ipsius A B quum sit demonstrabile, manifestum enim quòd medium non ita semper accipiendum, vt hoc aliquid, verum aliquando & orationē, quod accidit & in eo quod diximus.

Ad quippiam aliud descendit, quod etiam obseruandum est dum reducuntur syllogismi ad figuras. Nam rerum aliæ nomine significantur, vt homo, equûs, ambulo, scribo, & cætera alia, quæcunque per vnam dictionem significantur, & aliæ non per nomen significantur, sed per orationem. Nam quasdam naturales proprietates, vel non potuerunt, vel non adhibito studio aduerterunt, vel impositioni nominis non addicti, impositiones per nomen significare, oratione harum naturam interpretati sunt, inquit igitur non oportet existimare ꝙ prorsus & omniquaque nomine oportet tres terminos syllogismi significari. Nam aliquando non inuenientes nomen huius cum deest copia, actione significamus quosdam terminos, ceu si voluerimus ostēdere quod trianguli isochelis tres anguli duobus rectis sunt æquales. Primum quidem igitur ipsum prædicatum vides, quō non habet vnum nomen, sed orationē. Quærentes autem medium, per quod oportet concludere problema, hic quidem abundabimus, nomine ipsum exponendo dicentes, sic isocheles triangulus est: & omnis trianguli tres anguli duobus rectis sunt æquales: igitur isochelis trianguli tres anguli duobus rectis sunt æquales. Si autem maiorem voluerimus probare propositionem, vnde patet, ꝙ omnis trianguli tres anguli sunt æquales duobus rectis, non potuerimus amplius nomine medium ponere per quod concluditur conclusio, sed oportet oratione ipsum interpretari, ceu ꝙ omnis trianguli tres anguli duobus deinceps, æquales sunt & cuncti duobus proximis & deinceps æquales existētes sunt æquales duobus rectis, igitur oīs trianguli tres anguli duobus rectis æquales sunt, si ergo, inquit tentauero omniquaque & omnino nomine exponere terminos, nobis fiet deceptionis causa. Nam putabimus quod contingit syllogismum esse ex immediatis. ꝙ quidem ostensum est impossibile esse in lib. de Demonstratione. Nam omnis demonstratio per aliquem terminum medium fit. Nam ꝙ trianguli tres anguli duobus rectis sint æquales, est demonstratiuum, vt ipsa de ipso ostēdit demōstratio. Si ergo aliquis putaret ꝙ oporteret prorsus nomine ponere terminos, non inueniens nomina significare medium terminum per quem demonstratio fit ipsius, putabit immediate prædicatum inesse subiecto, & immediate existimabit problematis demonstrationem eius esse quod est impossibile, quare (inquit) non omnino putandum est ꝙ nomine oporteat exponi terminos, sed aliquando per orationem ipsius significare, iccirco inquit tales syllogismos esse difficile reducere ad figuras. Nam quia non ponitur in cōsuetudine nomen medio termino, & non inuenitur aliqua oratio quæ explicet naturam rerum, difficilis est resolutio. Quæ igitur dicuntur in his hæc sunt, cætera vero, verba contextus perspicua sunt, illud autem hoc aliquid pro hoc vt nomen ceu homo, equus, Philosophatur, ambulat. a

Quod autem insit primum medio & hoc extremo, non oportet accipere tanquam quæ semper de se inuicem prædicentur, aut similiter primum de medio, & hoc de vltimo.

Alterū rursus theorema tradit, non oportet (inquit) existimare ꝙ prorsus oportet secundum rectum casum exponere terminos, ceu homo animal, animal substantia, igitur homo substantia. Nam cuncti termini in hoc syllogismo secundum rectum casum ponuntur. Nam quia non de natura sola rerum existimamus, sed etiam de ornatu verborum vt græce constructiones orationis tradere, & non solœcismos proferre, oportet etiam curam habere de ipso recto vsu nominum secundum propositiones, & non sufficit solum ꝙ hæc significat aliquid intelligere, sed verbis vtemur, quibus significetur res non solum rectis, sed etiam obliquis casibus. Nam alterius habitudinis subiecti alius casus est significatiuus, ob id prorsus necesse est non solum secundum rectum casum, sed etiam secundum obliquos ponere terminos. Sæpe igitur cuncti termini ſm rectū casum ponuntur, ceu Socrates Philosophus est, oīs Philosophus bonus, igitur Socrates bonus. Nam omnes termini ſm rectum casum ponūtur. Aliqñ aūt (inquit) & ambæ propositiones secundum oliquum casum exponuntur, vel secundum obliquum vel ſm rectum, & conclusio similiter equidem sæpe recto casu concluditur, sæpe autem obliquo. Sciendum autem ꝙ quando dicit vel recto vel obliquo, terminos poni de subiectis dicit in propositionibus. Nam prædicata semper sunt in recto casu, & si aliquando casus obliquus in prædicato inuentus fuerit, omnino & rectus extrinsecus intelligitur, vel prorsus ꝑ verbum, siquidem esse verbum rectum est casu præter curat & curæ est, ceu Socra. Philosophantem oportet nos audire, nam in ipso, oportet, est rectus casus. Nam nullum aliud est, quàm nobis decens est ꝙ est recti casus & verbi, sed in quo rectus non consideratur, ratio non perficitur, igitur orationes ex subiecto & prædicato prorsus proferuntur, recto casu, & illę ex tertio adiacente, & illæ cum modo, aliquando recto casu, aliquando obliquo, recto quidem. Socr. bonus est, obliquo vero Socr. Plato audiuit, vel discipulus est Plato Socr. ipse consulit, vel consultator est. Socratem Atheniēses interfecerunt, Socrates potest ambulare, Socratem contingit audire, Socratem contingit disputare. Socratem verberare contingit. Sententia igitur hic assignatorum talis est, sed quo modo singulis exemplis vtatur examinantes verba sciemus. Quod autem insit primum medio & cætera) dicit primum maiorem terminum, & extremum minorem, de prædicantibus inquit pro hoc secundum rectum casum. Nam in his sunt proprie prædicationes, dico scilicet hoc inest huic, homo animal est, & sic præceptor. Existimo autem ipsum dicere simplicius omnem prædicationem. Nam dicendo, vt semper, prædicatis inuicem subiungit, similiter primum de medio,

medio, & hoc de extremo. Si autem prædicatum non recto casu ponitur, erat præter opportunitatem inducere similiter primum de medio, & hoc de extremo.

Et in eo quòd est non inesse consimiliter.

Id est in negatiuis propositionibus. Etenim hæc aliquando recto casu proferuntur, aliquando autem obliquo, ceu homo non est inanimatum, indiuiduorum non est genus, substantiæ nihil est contrarium, bonum hominem nihil nocere potest.

Sed quot modis esse dicitur & verum dicere ipsum hoc, tot modis existimare oportet significare & inesse & nõ inesse.

Inquit quot modis vnum quod ens dicitur, totidem aliud de alio prædicari potest, dicit autem vnumquodque esse secundum casus nominum. Nam fertur Socr. est Socrate existente, Socratem esse, quot igitur modis vnumquodque dicitur esse & vere esse, totidem possumus propositiones complicare, vel ambas eodem modo, vel aliam sic, & aliam aliter.

Veluti quòd contrariorum est vna scientia. Sit enim A vnam esse scientiam, contraria inter se in quo B.

Reliquum dicta exempla tradit, & tandem quod cõtingit secundum generalem casum conuerti propositiones, vt quãdo dixero contrariorum vna est scientia.

A itaque ipsi B inest, non tanquam contraria vnam esse ipsorum scientiam, sed quòd verum de ipsis dicere, vnam esse ipsorum scientiam.

Id est non recto casu A inest B. Nam hoc significat apud ipsum illud non velut contraria, tanquam si quis dixit contraria hostilia & pugnantia sunt, sed secundũ genitiuum, contrariorum vna est scientia. Verum dicendo non velut contraria, adiecit vnam esse ipsorum scientiam. Quid igitur vult? vel igitur hoc inquit quia dicit eorum vnam esse scientiã non sunt vt contraria, i. secundum rectum casum, sed quia verum est dicere de ipsis vnam esse ipsorum scientiam, i. secundum genitiuum, vel quia non est proprium contrariis vt ipsorũ sit vna scientia, ideo neque recto casu possunt poni, vt Socr. esse in homine continetur, ideo dicimus Socrates homo est, non sit autem vnam esse cõtrariorũ scientiã, ideo non dicimus contraria sunt sciẽtia, sed cõtrariorũ.

Accidit autem quandoq; de medio primum dici, mediũ vero de tertio non dici, quemadmodum si sapientia est sciẽ.

Quia vt in vna propositione posuit exemplum non recto casu, sed secundum genitiuum complicita, ob id nũc in ambabus ponit exemplum. Et illud dici (inquit) pro secundum rectum casum. Nam ipse est nominatiuus casus secundum quem vnumquodq; dicitur. Accidit igit (inquit) aliquando poni maiorem secundum casum rectum, & minorem secundum aliquem obliquum. Exemplum autem tale est boni sapientia est. Sapientia scientia est, igitur boni scientia est. Nam in hoc minor secundum genitiuum casum adducitur, & maior secundum rectum, & conclusio est similis minori.

Boni autem est sapientia scientia.

Minorem propositionem volens ponere. (Nam exposuit iam maiorem dicens, sapientia est scientia) cumplicuit tres terminos, dicendo boni sapientia est scientia. Nam quia dicere boni sapientia est aliquo modo videtur occultum, significas sapientiam esse boni, volens ostendere, dixit q; boni scientia sapientia est, quare in plus est scientia quam sapientia, ceu si quis diceret geometria est de planis, tanquam si quis dicat planorum est geometria, vel plana attinent ad geometriam, & geometria est scientia, igitur sciẽtia planorũ est. [Equidem bonum non est scientia, sed sapientia est scientia.]

Quod vult dicere, hoc est q; conclusio secũdum casum genitiuum infertur non recto & minor propositio. Nõ enim conclusum est bonum, igitur scientia est, sed boni est scientia. At maior propositio recto profertur casu. Nam dicimus sapientia est scientia.

Quandoque vero medium in tertio dicitur, primum autem in medio non dicitur, quemadmodum si omnis qualis est scientia vel contrarij, bonum autem & contrarium & quale, conclusio quòd boni est scientia.

Conuertit propositiones, & minorem recto casu complicat, & maiorem genitiuo, & rursus conclusionẽ in genitiuo concludit, ceu bonum quale est, qualis est scientia, igitur boni est scientia, vel sic bonum contrarium est. Nam patet q; est contrarium malo, sed contrarij est scientia, ergo boni est scientia.

Non est autem bonum scientia, neque quale neque contrarium, sed bonum hæc.

Id est neq; conclusio recto casu infertur. Non enim dicimus bonum igitur est sciẽtia, sed boni, sed neq; maior. Non enim dicimus quod quale est scientia vel q; contraria sint scientia, sed qualis, & contrariorum est scientia, tamen minor recto casu profertur. Nam hoc significauit dicendo, sed bonũ hæc. Nam sic dicimus, bonum quale est, vel contrarium.

Est autem quando neque primum de medio, neque hoc de tertio, quum primum de tertio aliquando dicatur, aliquã do non dicatur, veluti si cuius est scientia, huius est genus, boni autem est scientia, conclusio quòd boni est genus.

Quoniã in præceptis vnam propositionem accepit casu genitiuo, & vno recto & concludit conclusionem genitiuo casu, nunc ambas genitiuo casu complicat, & concludit conclusionem, aliquando in recto casu, aliquã genitiuo. Nam illud primum de tertio aliquã dicatur, aliqñ non dicatur hoc significat, i. maior de minore prædicatur. Nam tunc dicitur q; hoc est, ceu q; hõ est aial. Nam dr aial esse, non tñ qñ dixero contrariorũ scia. Non. n. dr de subiecto prædicatũ. Nõ. n. dicitur quod scientia est contraria, sed quod inest de ipsi scientia. Exemplum autem tale est, boni est scientia, cuius est scientia huius est genus. Conclusio, igitur boni est genus. Item Socratis pater est cuius pater est huius est causa, igitur Socratis est causa, & hæ propositiones, igitur & conclusio in genitiuo complicitæ sunt.

Prædicatur autem nullum de nullo.

Id est nihil recto casu prolatum est, & vide quomodo illud prædicari in recto (inquit) prædicari, quocirca & superius dixit illud tanquam semper prædicãtibus, id est pro recto casu prolatis.

Si vero cuius est scientia, genus est hoc, boni autem est scientia, conclusio quod bonum est genus, de extremo igitur prædicatur primum, de seinuicem autem non dicuntur.

Cum dixerit q; ambabus propositionibus complicitis in genitiuo casu, conclusio aliquando in genitiuo, & aliquando in recto concluditur, & ostenderit quõ in genitiuo, ostendit etiam sic in recto, boni est scientia, cuius est scientia idem est genus, igitur bonum est genus, genus autem accipiatur simpliciter vniuersalius & plurium contentiuum. Nam vniuersalium scientia est, siue genera sint, siue species, siue etiam accidentia, ceu etiam est bonum, Nam in omnibus consideratur existentibus non vt genus ipsorum, sed velut etiam existens æquiuocum his quibus inest q; prius vni competit quàm alteri. Sed animaduertenda sunt exempla. Nũquid

quid vt etiam in prioribus diximus, quod non eosdem medios seruant, hic habet, boni est scientia, cuius sciētia est huius est genus. Nam in minori propositione scientiam accepimus prædicatum terminum, & in maiore non amplius eundem seruamus, i. scientiā, sed diximus cuius est scientia. Si aliud quippiam est scibile, & alia est de ipso scientia, igitur non seruauimus idem medium. Nam de minori termino prædicatū facimus scientiam, & in maiori non sciētiam, sed hoc cuius est scientia construimus, & hoc est scibile. Similiter etiam in omnibus consimilibus, & sic scibile est bonum, i. minor terminus, æquidem scibile assumptum est subiectū in maiori termino minor terminus in maiori propositione subiicitur ꝙ est impossibile. Dicimus igitur ad hanc dubitationem illud quod termini prædicati in plus esse volunt quam subiecti sine conuertentibus. Et vniuersaliores continent in seipsis particulariores, certe prorsus necesse est in prima figura in medio termino contineri minorem, & in maiore ambo, ceu quando dixero, homo animal, patet ꝙ in animali homo cōtinetur, & quando dixero omne animal est animatum, dicendo omne animal profecto complexus sum, & hominem in ipso animato, quare & omnis homo animal, & hæc est causa concludendi extrema, alioquin nunquam poterimus concludere extrema, quia igitur hoc ita se habet, quando dixero boni est sciētia, deinde accepero omnium quorum est scia, profecto compræhendo etiam bonum. Non solum enim idem bonum simpliciter ꝙ scibile erat, sed in aliis omnibus quæ sunt scibilia, quod idem est quorum est sciētia, quare si eūdem per se subiiciamus minorem terminum maiori, dicendo cuius est scientia, reuera absurda erit ratio: sed accipientes vniuersalem subiectum terminum in maiore propositione, compræhendimus etiam minorem, tanquam complexam & contentam in ipso, ꝙ non modo non est absurdum, sed etiam necessarium. Nam subiectum oportet contioeri in prædicato in affirmatione vel negatione. Nam quando dixero, nullus homo immortalis, in ipsis immortalibus continetur etiam homo. Quod igitur non minorem medium faciamus, perspicuum factum est, ꝙ neque aliud & aliud accipimus medium hinc patet. Nam neque simpliciter scientia solum est medius terminus. ceu si dicamus, geometria est scientia, sed illud esse alicuius scientiam. Nā diximus boni est scientia, i. de bono est scientia, igitur esse alicuius scientiam est hoc prædicatum, sed dictu hoc nil aliud est quàm quod bonum est scibile. Nam quid interest dicere boni est scientia, vel ꝙ bonum est scibile? Porro docebit paulopost ꝙ quando æquiualent termini, oportet æquiualentium id quod dicitur apertius assumere, quare si boni est scientia, est perinde ac si diceretur bonum est scibile, quando igitur dicimus cuius est scientia nō aliud & aliud medium assumimus & mutamus, sed idem. Nam hoc cuius est scientia id scibile est vnum, igitur & idē mediū est in ambabus propositionibus assumptum. Equidem primum prædicatur de extremo, sed de seinuicem non dicuntur, i. conclusio recto casu producitur, & propositiones non recto casu. Arist. igitur adiecit exempla de solo recto casu, & genitiuo, sed eadem methodo potest eadem ratio exerceri in reliquis casibus ceu bonum necesse est esse iustum, omnis iustus est sciens iustorum, igitur bonus est sciens iustorum. Vel sic, bonus est iustus, omnē iustum necesse est scientem esse iustorum, igitur bonum necesse est esse scientem iustorum. Nam propositionum altera recto casu ponitur, & altera accusatiuo casu & conclusiones similiter. Illud quoque sic, sed etiā ambæ propositiones in actiuo casu proferri possunt, bonum necesse est esse iustum, & iustum oportet scientem esse iustorum, igitur bonum opōrtet scientem esse iustorum, vel bonus sciens est iustorum. Similiter etiā in datiuo, qualibus inest contrarietas, & contrarietatibus inest corrumpi inter se, igitur qualibus inest corrumpi vicissim, qualitates igitur sunt corruptiuæ vicissim, patet autem ꝙ particularis minor. Nam in omnibus qualitatibus non est contrarietas. Rursus iustitia accidens est bonū, accidenti bono esse contrarium: igiť iustitiæ est contrarium. Vnde non solum cū recto possunt aliqui obliqui casus connecti, sed etiam cum obliquis obliqui, ceu studiosum sequitur fœlicem esse, & fœlicem nemo offendere lædereq; potest, igitur studiosum nemo offendere potest. Item secundum genitiuum potest vterque complicari.

Eodem itaque modo & in non inesse accipiendum.

Idest in negatiuis syllogismis. Etenim in his necesse est dicto modo variari propositiones.

Non enim semper significat non inesse hoc huic non esse hoc hoc, sed aliquando non esse hoc huius, aut hoc huic.

Idest non semper in negatiuis ꝓpositionibus, sicut neque in affirmatiuis, termini complicantur in recto. Hoc indicat dicens, non hoc esse hoc, i. nō esse hominē immortalem, sed aliqū ſm alium casum genitiuum, vel datiuum, vel accusatiuum, ceu definitionum non est demonstratio, in cōtradictione nullum medium, substantiæ nil contrarium, bonum nemo iniuria afficere potest, & in cunctis similiter.

Quemadmodum, vt quòd non est motionis motio, vel generationis generatio, voluptatis autem est, non igitur voluptas generatio, aut rursus quòd ipsius risus non est signum, sed signi non est signum, quare risus non est signum.

Rursus rationem facit exemplis euidentem. Est igitur syllogismus talis motionis non est motio voluptatis est motus, igitur voluptas non est motus. Similiter generationis non est generatio, & voluptatis est generatio, igitur voluptas non est generatio. Nam in his ꝓpositiones genitiuo casu processerunt, & conclusio in recto. Vel rursus ꝙ risus non est signum. Signi non est signum, quare risus non est signum. Exempli gratia ponit terminos, quia res non indagat, propter quod non sunt diligenter perquirendæ res. Nam est risus signum cuiusdam affectionis animæ, ceu voluptatis & hilaritatis. Est autem etiā signi signum, ceu fumus facis. Nam fax est signū belli, & fumus facis, & in pariete alter, alter vero, cum sit cinis, fuligoúe proxime fumi signum est, sed neque aliquod signum erit risus. Nam si diceret aliquis quod labia aperire, aut talem strepitum efficere non sunt hęc signa risus, sed materia risus? (Nam ex his constitutus est) quare non sunt perquirendę in his res.

Consimiliter & in aliis, in quotcunque tollitur problema eo quòd ad ipsum quodammodo dicitur genus. Rursus quòd tempora non sunt tempus opportunum, Deo enim sunt tempora, non autem est tēpus opportunū, eo quòd nihil Deo vtile, termini nanque ponendi, tempora, & tempus opportunum & Deus, propositio vero accipienda secundum nominis casum.

Idest & in aliis figuris, in quibus conclusio negatiua cōcluditur, & genus in scđa figura mediū vocauit, quia est vniuersalius ambobus extremis, ceu generati

nulli

nulli generationi, generatio omni voluptati, igitur nulli voluptati generatio, est rursus ꝙ non est occasio tempus decens. Nam aliqui sic definiunt occasionem opportunitatemúe, quod est tempus aptum conuenienśq;. Nam tollitur hoc modo in tertia figura. Deo occasio est quippe qui omnia opportune facit, & Deo tempus decens non est. (Nam decens tempus est in naturis quæ hoc participant, sed nihil Deo est iuuans,) igitur nō est occasio tempus aptum figura tertia. Et propositiones datiuo casu, & conclusio recto. Patet etiam hic quod non versatur circa diligentiā rerum, sed exempli gratia hæc ponit. Nam patet quod sicut est Deo occasio non ad ipsum est, sed ad ea quę fiunt ab ipso, & sic tempus aptum & decens est ad illa.

Simpliciter.n.dicimus hoc de oībus, quod termini semper ponendi sunt secundū vocationes noīum, vt homo, aut bonū, aut contraria, non hominis, aut boni aut contrariorum, propositiones autem accipiendæ vniuscuiusq; casus.

Quod in his dicere vult hoc est, quod in positione terminorū in quibus quærimus quę insunt & cōsequuntur, recto casu oportet ponere terminos, posteaquam complicauerimus inter se, vt faciamus propositiones syllogismi ſm aliquem casum nominis, & nō solum in recto. Nam secundum inflexiones vocationesq; nominum dixit pro hoc secundum rectos casus. Nam ipsæ sunt per quas vnumquodq; vocatum est.

Vel enim quoniam huic, vt æquale, aut quoniam huius vt duplum, aut quoniam hoc vt verberās, aut videns, vel quoniam hic vt homo animal.

Exemplum propositionum, & genitiui, duplum dimidij duplum est. Exemplum datiui, æquale, æquali, æquale. Accusatiui verberans verberat verberantem, & videns videt videndum, sed etiam (inquit) in recto homo animal.

Vel si aliquo modo aliter cadit nomē secundū propōnem.

At quinque posuit casus sine vocatiuo. Nō enim negatiuę orationi cōmodus est, Quomodo igitur (inquit) vel si aliquo modo aliter cadit nomen? Nisi quia sæpe etiam verbis vtimur in positis terminis, ceu Philosophari bonum est, ob id dixit, vel si aliquo modo cadit nomen. Etenim hæc sunt nomina verborum, ideo cum articulis dicuntur.

Inesse autem hoc huic & verificari hoc de hoc, tot modis accipiendum, quot modis prædicamenta distincta sunt.

Cum dixerit de complicatione secundum casus terminorum, nunc dicit de formula ipsorum, quod non semper ex substantia accipiuntur, sed etiam ex alijs prædicamentis, equidem ex substantia, homo, animal, ex qualitate æthiops niger est, vel album color est. Nam potest etiam alter terminorum & ambo accipi ex eodem prędicamento, & in quanto numerus est quantitas discreta, vel homo tricubitus est. Ex prædicamēto ad aliquid Socrates pater est, vel pater causa est, & in alijs similiter.

Et hæc, aut aliquo modo, aut simpliciter. Amplius simplicia, aut complicita.

Idest, vel ſm aliquā specierum, ceu Socrates albus, vel ſm genera, ceu Socrates coloratus est, vel qualificatus, omnis inquam substantia est cum qualitate, & negatiue nulla substātia est qualitas, & ipsa simplicia prædicamenta ex accidentibus, vel aliquo modo, vel simpliciter, complicite autem, vt quando dixero, Socrates ambulans dicit. Nam complicui quale cum quātitate. Vel igitur hoc (inquit) per illud cōplicita, vel quod in vno termino prædicato duo prædicamēta complicita esse possunt, vel etiam in tota propositione complicari possunt, vt vnum terminorum ex alio prædicamēto, & alium ex alio accipiamus, ceu ambulans sanatur. Verum non semper complicari possunt. Nam sæpe prædicamenta possunt de aliquo seorsum prædicari, sed complicite non amplius. Nam sic dico Socrates bonus est Socrates medicus est: sed si coniunxerimus simul non erit verum dicere prorsus, Socrates medicus bonus est. Nam contingit vt hominem bonum, vt autem medicum malum esse, sed neque complicita vt prędicata, prorsus & seorsum. Nam contingit dicere aliquem quod bonus medicus, non tamen quia & simpliciter bonus.

Consimiliter autem & non inesse.

Idest in negatiuis propositionibus.

Verum considerandæ hæc, ac distinguendæ melius.

Aut tanquā determinaturus de his hæc inquit equidem quæ sint prædicamēta quæ possunt seorsum prędicari, non tñ complicite, & quæ complicite possent, vel hoc nobis facere iubet, vt simus pparati ad hoc.

Reduplicatum autem in propositionibus ad primum extremum ponendum, non ad medium. Dico autem quoniam si fieret syllogismus, quòd iustitiæ est scientia, quoniam bonum hoc quod est, quoniam bonum vel inquantum bonum. ad primum ponendum. Sit enim A scientia quoniam bonum, in quo B bonum, in quo C iustitia A, itaque verum de A prædicare, bonū enim est scientia quoniam bonum, sed & B de C iustitia enim quoddam bonū, ita igitur fit resolutio, si vero ad B positum fuisset hoc, quod est, quoniā bonum non erit, A nanq; de A verum erit, B aūt de C non verum, bonū enim quoniā bonū prædicare de iustitia falsum & nō ītelligibile.

Sed rursus tradit theorema. Nam postquam inuenimus sæpe, apud veteres positas orationes quosdam terminos bis accipere in eadem propositione, & in conclusiones, docet nos in his quomodo oportet & tales soluere syllogismos, & quæ sint propositiones quibus connectendus est terminus reduplicatiuus. Reduplicatio autem est ꝙ dixi, eiusdem termini bis in eadem propositione assumptio, quia etiam in cōclusione omnino inuenitur. verbi gratia, sit ostendendum ꝙ iustitiæ sit scientia, quia bonum. nā simpliciter iustitiæ sit scientia, quod ipsa sit vnicuique pro meritis distributiua, de qua scientia habenda est, quod sit virtus vtilis, vel aliquid eius modi, vt habeat etiam tunc ratio. Illud igitur quod bonum non est connectendum inquit minori ppōni, sed maiori in termino prædicato, i. maiori, & hoc merito, quia in conclōne ad prędicatum terminum ponitur, vt iustitia bonum est, & boni scientia est, ꝙ bonum, igitur iustitiæ est scientia, idest quatenus bonum. Nam si non sic poneretur (inquit) reduplicatus terminus, sed ad minorē ceu iustitia bonum, inconstans erit dictum & falsum. Nam quando diximus iustitia bonum, quia bonum. si ergo hoc dicimus, quia bonum est, quoniam bonum est, ridiculum & nō intelligibile dictum, quasi dicamus, Socrates homo est, quia homo est, si autem nō sic dicimus, quia bonū, sed pro hoc ꝙ bonum, quia bonum est iustitia, non quoduis, sed aliquod bonum, falsa erit ratio. Non enim est generale bonū iustitia. Nam & alia bona sunt, ceu prudentia, sanitas, temperantia, igitur solum in maiori termino ponendus est terminus reduplicatiuus.

Similiter itaque etsi sanabile demonstraretur quòd est scibile inquantum bonum.

Alterum exemplum, sanari bonum, bonum scibile est, quia bonum, igitur sanari scibile est, quia bonum.

Aut hircoceruus opinabile inquantum non ens.

Tertium exemplum, hircoceruus non ens, non ens opinabile, quatenus non ens, igitur hircoceruus opinabilis, qua non ens. Assumptum est opinabile.

Aut homo corruptibile inquantum sensibile, in omnibus enim superpraedicatis ad extremum reduplicatio ponenda.

Hō sensibile, sensibile corruptibile, qua sensibile, igitur homo corruptibilis qua sensibile, & in omnibus idem modus.

Non est autem eadem terminorum positio, quando simpliciter aliquid ratiocinatum fuerit, & quando hoc aliquid, aut quo, aut quomodo. Dico autem quemadmodum quando bonum scibile quid, quoniam bonum verum si simpliciter scibile monstratum fuerit, medium ponendum ens, si autem quoniam bonum, hoc quod est, aliquod ens.

Rursus ad alterū proficiscitur. Saepe (inquit) volumus ostēdere ꝙ hoc iest huic, ceu ꝙ homo scibilis est, & saepe non simpliciter ꝙ scibile ipsi inest ostendere volumus, sed quatenus albus est, vel quatenus Philosophus. Vnde (inquit) non oportet ponere eundem medium terminum, quando simpliciter inesse, vel alicui aliquid ostendere volumus. & quando non inesse, sed si simpliciter inesse praedicatum vniuersalem oportet ponere medium terminum, si autem aliquo modo & medius terminus particularis erit, ceu (inquit) si bonū scibile simpliciter ostendere volumus, & rursus si non simpliciter ꝙ scibile, sed qua bonum est scibile. Nam erit medius terminus per quem ostenditur problema ipsum ens, patet igitur ꝙ in priore ens simpliciter medium positum fuit, & in secūdo aliquod ens, ceu bonū ens est, ens scibile est, quia ens: igitur bonum scibile qua ens. Et in secundo fit medium aliquod ens, vt vtile vel eligendum, vel expetendum, vel aliquid, eiusmodi bonum vtile, vtile scibile quia bonū, igitur bonū scibile, quia bonum. Nam eligendum & vtile non sunt simpliciter entia, sed aliqua entia, sed videamus verba.

Sit enim A scientia quoniam ens, in quo a ens aliquod, in quo C bonum. Verum itaque A de B praedicare, erat enim scientia alicuius entis, quoniam aliquid ens, sed & B de C, quod enim in quo C ens aliquod, quare & A de C. Erit igitur scientia boni quoniam bonum.

Primum huius aliquo modo & non simpliciter exēplum ponit ceu bonum aliquod ens, alicuius entis sciētia est, quia aliquod ens: igitur boni est scia, quia aliqđ ens posuimus, autem iam in terminis propositiones.

Namque aliquod ens erat propria substantiae signum.

Ceu vtile, vel eligendum propriae substantiae, boni significatiua sunt. At ens simpliciter non praedicatur de propria substantia, sed de communi.

Si vero ens medium positum fuisset, & ad extremū ens simpliciter, & non dictum esset aliquod ens, non esset vtiq; syllogismus quòd est scientia boni quoniam bonum, sed quoniam ens, vt si sit in quo A scientia quoniam ens, in quo B ens in quo C bonum. Manifestum igitur quòd in syllogismis qui in parte ita accipiendi sunt termini.

Si in medio termino (inquit) non aliquod ens poneretur, sed simpliciter ens, & in maiori termino non secundū aliquod scibile, sed simpliciter scibile, vel ens, & conclusio talis erit simpliciter & non aliquo modo, ceu ꝙ bonum est scibile, non qua bonum, sed simpliciter qua ens.

Oportet aūt & transumere qua idem possunt nōia pro nominibus, & orōnes pro orōnibus, & nomen & orōnem.

Ad quoddam aliud enuntiabile proficiscitur. Nam quia praeter alia etiam explicationem dictorum assequi contendimus, quoniam inueniuntur plures termini iidem, se consequentes, oportet accipere ex occultioribus manifestiores. Ex pronomine hic sumenda est oratio, & pro oratione oratio, & pro oratione nomē. Nam saepe fit mutatio cum voluerimus ostendere aliquid apertius, ceu si minorem quis diceret esse partiū animae ipsam actionem, poterit trāsmutando aliquam orationem apertius dicere conuenientem actionem vniuscuiusque partis animae. Nam oratio pro oratione transmittitur. Rursus pro hoc, quia homo non est genus. Nam quod vere animal, generale animal significat, vel pro hoc. Socrates animal pedestre bipes recte progressiuus ad latus delatiuum dicendum est nomen, Socrates homo est. vel econtra pro nomine oratio si apertior est ad propositionē problema, sed etiam pro nomine nomē, ceu pro hoc iustitia vtili diceretur ꝙ iustitia est conferens, vel bonum, vel vtile.

Et semper pro oratione nomen accipere. facilior nanque terminorum expositio, quemadmodum si nihil differat dicere suspicabile non esse genus opinabilis, aut opinabile non esse quod suspicabile quid, idem enim significatum, pro dicta oratione suspicabile & opinabile termini ponendi.

Inquit oportet tentare maxime nomina pro orationibus accidere. Nā facilis erit nobis (inquit) terminorum positio praesertim ad problema ea abundantia ꝓpositionum vbi facile erit inuenire ea quae consequuntur terminos, vel ea quae consequuntur totas orationes & vniuersaliter si idem potest nomen seruire orationi. Nam in potentia vtimur terminis, & in complicatione propositionum orationibus. Nam ad hoc nobis cōferet, ceu ex eo exemplo quod positum, ceu quia opinabile quod non est suspicandū, vel opinabilis suspicabile nō est genus. Nā ambae sunt orōnes, & idē possunt significare, sed in expositione nō oportet orationes ponere, sed solos terminos dico opinabile & suspicabile.

Quoniam vero non est idem voluptatem esse bonum & voluptatem esse ipsum bonum non similiter ponendi termini sed si est syllogismus quòd voluptas ipsum bonū, terminus sit bonū, si autem quòd bonū, bonū, consimiliter & in aliis.

Rursus aliud theorema tradit, quod non oportet nihil putare ob parū poni terminos ꝙ etiam superioribus dixit ceu cum articulo, & sexto articulo. Nam toto & omni propositus articulus vel non appositus facit variare terminos, ceu si quis diceret ꝙ voluptas est bonum. Nam dicere ꝙ voluptas est bonum, hoc significat ꝙ bonum est voluptas, & dicere, ꝙ voluptas bonum, i. quod omne bonum est voluptas, quia generis bonorum est, quare inquit considerare oportet quid volumus concludere. Nam si quia voluptas est aliquod bonum in maiori termino ponendum est bonum vt voluptas naturalis est actio, & omnis naturalis actio bonum, igitur voluptas bonum, si autem quòd simpliciter bonum est voluptas, idest id quod vere est bonum cum articulo ponendus est maior terminus. Apponit autem Alexand. aptissimum exēplum quoddam, ostendes ꝙ toto & omni positio ob parum terminorum facit mutationē. Nam sic dicit, si nihil est, neq; nox est, si non est nox, dies est, si ergo nil est, dies est. Et vide quō breuis mutatio tantam varietatem fecit Nam neq; nox est decēs sic accipere, & in maiori propositione. Nā sic falsa fiebat maior propositio, sine-

que

que nox dies est. Nam hoc falsum, verum autem, si neque nox est, neque dies est, & cóclusum erit si nihil est, neque dies est, igitur pro hoc si neque nox est, dixit si non nox est, & sic reliquum potuit inducere, dies est.

Non est autem idem neque esse neque dicere, quòd cui B inest, huic omni A inest, & dicere, cui omni B inest, & A omni inest, nihil enim prohibet B ipsi C inesse, non omni autem; vt sit B honestum quid, C vero album, si igitur albo alicui inest honestū quid, verum dicere, quòd albo inest honestum, sed non omni fortasse.

Quoniam sæpe quidam veterum vel etiam disputantes non duas propositiones syllogismi dicunt, vt etiam prius dictum est, sed aliquando minorē solam dicentes statim inducunt conclusionem, decet docere nos quomodo etiam hos resoluemus syllos, & quō se habentes recte se habent & quō non recte. Sint autem tres termini syllogismi, ceu A B C, maior vero A minor C, medius vero B. Si ergo (inquit) sic aliquis diceret, qđ cui omni inest B & huic etiam omni inest A hæc oratio syllogistica. Est autem minor propositio hæc B C, conclusio autem A C. Et maior quæ prætermissa est hæc A B si autem sic aliquis diceret (inquit) quod cui inest B eidem omni A inest, paralogismus fit, & B inest C. Nā contingit A non solum omni C inesse, sed neque nulli. Hoc autem accidit ob indefinitam assumptam quæ est B C propositio dico, s. minorem, æquiualent nanque indefinitæ cum particularibus. Nam esto A album, & B volatile & C animal, verum autem dicere est ꝙ volatile insit animali. Nam alicui animali inest, & indefinitæ æquiualent particularibus, sed non amplius verum dicere, ꝙ album omni animali inest. Nam alicui inest, ceu cygno. Si autem acciperetur pars animalis, cui non inest album, ceu coruo, hoc volatile, inest, & album non inerit, hæc igitur dicta sunt, non solum autem quando sic dicimus quod in B inest, huic omni A inest. Nam contingit A aliquando alicui, aliquando non omni C, aliquando autem nulli, sed & si sic diximus, quod cui B omni, huic etiam A omni. Nam neque sic semper verum illud cui B omni huic, etiam A omni. Nam contingit & nulli, nam si A B negatiua assumeretur, equidē B omni C inerit, & A nulli. Nam sit A inanimatum, & B animal, & C volatile, igitur B omni C inerit, & A nulli, inquam contingit, ceu si pro inanimato animatum accepero, & in altera complexione idem contingit. Nam si accepero album, irrationale, cygnū, cui inest irrationale, ceu cygno huic oī inest albū, sed syllogisticæ coniugationes non in aliqua materia vera fuerūt, & in aliqua non sed in omni. Nam hoc inerat assyllogisticis, illud vero de aliqua materia verificari & de aliqua mentiri id fit: profecto & quando verificatæ fuerunt, quia etiam ex falsis propositionibus poterat aliquod falsum cócludi ꝑpter assumptam materiam, in his dixit Philosophus quod Aristo. per ea quæ nunc traduntur, nil aliud vult ostendere, quàm quod iam docuit, ꝙ impossibile est in prima figura aliquam conclusionem vniuersalem concludi, nisi prorsus fuerit minor vniuersalis. Nam ꝙ maiorē oporteat esse semper vniuersalem patet, hoc igitur supposito, dico, s. vniuersalem esse maiorem, si etiam minor vlis accepta fuerit, prorsus erit conclusio vlis, si autem indefinita non oīno, sed si hoc dicit, primū quidem superfluum est de hoc nunc dicere, de quo sufficienter in sectione de generatione syllorum docuit. At in præsentia de resolutione & non de generatione syllorum docere vult, deinde oportebat maiorem vt concessam . . . .

vlem affirmatiuam accipere, non amplius verificatur de Infinita dicens ꝙ contingit cui B inest huic nulli inesse A. Si enim A omni B & B inest C; idest alicui, prorsus & A alicui C inerit & nunquam nulli. Nam impossibile est ex duabus affirmatiuis conclusionē negatiuā concludi. Quantum itaque mihi videtur, non apparet propositum locum recte intelligere, tñ verba consideremus. Non est autem idem est esse neque dicere cui B inest, huic omnia inest, idest neque secundum subsistentiam rerum, neque secundum prolationem verborum idem est inesse, & simpliciter & indefinite & omni inesse. Nam si non omni inest diceretur simpliciter inesse, vt dicimus Philosophari homini inesse, quamuis non omnis homo Philosophetur, sed quia alicui non inesse.

Si itaque A inest ipsi B non omni autem de quo B, neque si B omni C: neque si solum inest, necesse A non quod non omni, sed neque inesse C.

Idest si maior propositio hęc A B particularis fuerit, & si vniuersalis fuerit minor hæc B C & si particularis contingit A nulli C inesse, vt in quibus posuimus exemplis, qui igitur ad hæc videbitur quod iam diximus maiorem propositionem confesso vniuersale affirmatiuum accipere, procedens in assyllogistica coniugatione hoc non amplius accipit, vt iam diximus.

Sin autem de quocunque B vere dicatur: huic omni inest A accidet A de quo omni dicitur, de hoc omni dici.

Syllogisticam ponit coniugationem quod si B omni C inest, hoc proposito, & A omni B inesse concluditur quod A omni C inerit, illud igitur de quo B dicitur vere pro hoc de omni intelligendum est, porro deinceps (inquit) accidet A de quo C omni B dici.

Si tamē A dicitur de quo vtiq; B dicatur de oī, nihil prohibet B inesse ipsi C. nō omni autē ipsum A aut oīno nō inesse.

Assyllogisticam coniugationem repetit, & hyperbatos est dictio. Verūtamen si A dicitur de omni de quo B dicitur, si ergo sic se habuerit, vt minor propositio indefinita sit, cótingit (inquit) A aliquando non omni C, aliquando autem nulli inesse prorsus. Et considera ex his ꝙ si confesso maiorem vlem affirmatiuam accepit, non habet locum dicere quod cōtingit A nulli C inesse. Nam maiore existente vniuersali negatiua, & minore indefinita affirmatiua, prorsus necesse est, conclusionē etiam esse particularem affirmatiuam, quomodo igitur inquit quod contingit A ipsi C prorsus non inesse?

In tribus itaque terminis manifestū quòd, de quo B oī A dici hoc est de quotcunque dicitur, de omnibus dici & A.

Inquit dicere de quo oī B dicitur, hoc signat, quot de quibuscunq; B dicetur, etiam A de his oībus dicitur.

Et si B de omni & A itidem, si vero non de omni non necesse A de omni.

Idest si minor vniuersalis affirmatiua fuerit, & conclusio talis, ceu si B omni C & A omni C, si autem nō de omni inest C, non necesse est A omni C inesse, sed cótingit etiam non inesse.

Non oportet autem existimare, penes id quod exponimus aliquid, accidere absurdum, nihil enim vtimur eo quod est hoc aliquid esse sed quemadmodum geometra pedalem & rectam hanc & sine latitudine dicit, quæ non sunt.

Qm̄ per totum librum per positionem elementorū doctrinam fecit, ne aliquis suspicetur ꝙ positio elemētorum sit cā, cur complicationes sint syllogisticæ, vel assyllogisticæ, idipsum docet, quod non circa pōnem elementorum quæ accidunt fiunt, & quid dico elemētorum? quādoquidem neq; circa naturam eorum ter-

minorum qui assumpti sunt, non per accidētia hæc accidunt, sed quemadmodum geometra gratia explicationis alicui discenti ponit aliquam rectam, & hanc petit esse sine latitudine, licet non sit, vel ipsam esse infinitam licet non sit, nam & circulum describit, quamuis non sit circulus & non diametrum & centrum & reliqua quæ assumit, & non opposita accidunt quæ ostenduntur, sed ob intellecta, seu esse lineam sine latitudine, & si posita non sit sine latitudine, & ob centrum circuli, & diametrum, & si posita nō sic se haberet, sed doctrinæ causa tantum talia ponit, quia introducēdi egēt aliqua deductione per sensum nondum ipsa intellecta per se aggredi potentes, sic (inquit) nos vti sumus elementis & terminis ad declarationem doctrinæ non circa hæc ostendentes demonstrata, sed circa complicationem vniuersalis & particularis affirmatiui, & negatiui. Nam sine talium & tali ac tali compositione nihil ostendebatur, porro sic dicebamus, quod si A omni B inest omnibus partibus eiusdem inest, & si a ipsi c inest vel omni, vel alicui, pars erit ipsius B ipsum c, quare & A omni vel alicui c inerit. Et si in omnibus ex his fiebat demonstratio & non ex positis.

Verum non sic vtitur tanquam ex his ratiocinans.

Inquit, non ita vtitur positis vt sunt in natura. Nam neque exposita recta est sine latitudine, neque pedalis, sic igitur neque nos secundum naturam elementorum vel terminorum demonstrauimus, vnde subiungit.

Omnino enim quod non est vt totum ad partem, & aliud ad hoc vt pars ad totum, ex nullo talium monstrat ipse monstrans, neque fit syllogismus.


Idest nisi sic se habuerint termini, vt maior contineat medium, & medius minorē, ex nullo positorum, sine terminorum, siue elementorū demōstratio fiebat.

Expositione vero sic vtimur, quemadmodum & sensatione, addiscentem docentes, non. n. sic, tanquā quòd sine hoc demōstrari non possit, quemadmodū ex quibus syllogismus.

Idest vt in mathematicis indigemus sensu discentis describētes pedalem & si non pedalis sit, similiter sine latitudine quia non potest sola phantasia aggredi demonstratio ea ex quibus, sic etiam nos gratia apertioris doctrinæ terminis & elementis vtimur. Non enim sic, inquit, ipsis vtimur tanquam sine his, non potentes ostendere perinde, ac nequit ostendi sine his, ex quibus fit syllogismus, dico vniuersali particulari affirmatiuo negatiuo, nam sine his nihil potest ostendi.


Ne lateat aūt nos quòd in eodem syllogismo non oēs conclusiones per vnā figurā sunt, verum hæc per hanc, illa vero per aliā. Planum igitur quòd resolutiones ita facienda, quoniā aūt non oē problema in omni figura, sed in vnaquaque ordinatæ, manifestum ex conclusione in qua figura quærendum, & ex rationibus quæ sunt ad definitionem quæcunque ad vnum aliquid redarguunt eorum quæ sunt in definitione ad quod redargutum est, ponendum terminum, & non totā rationem. accidet enim minus conturbari propter longitudinem, quemadmodum si aquam monstrauit, quoniam humidum potabile, potabile & aquam termini ponendi.

Quod vult per hæc ostēdere illud est, quia syllogismorum alij simplices sunt, alij vero compositi & vniuersales ex prosyllogismis ostenduntur, quarum propositiones non sunt immediatæ, neque per se fide dignæ, alij vero neque indigent prosyllogismis, quia sunt immediatæ propositiones, & per se credendæ. (Inquit) ergo non oportet ignorare q͂ quando ex prosyllogismis aliquis concluderet syllogismum non omnino secundum vnam & eandem figuram omnes conclusiones concluduntur, sed aliquando in duabus, vel etiam in tribus. Nam si volueris ostendere q͂ Socrates substātia est, vtemur intermedio animali, quia Socr. animal, & quia non immediatę propositiones, iccirco opus est vtraque probatione, pono intermedium inter Socratem & animal hominem, & inter animal & substantiā animatum, & rursus inter animatum & substantiā corpus, & patet q͂ omnes conclusiones in hac fiunt in prima figura, Socra. homo, homo animal, igitur Socr. animal, animal animatum: igitur Socr. animatū & sic vsq; ad substantiam & compositæ omnes propōnes vnum compositum in prima figura faciūt syllogismum, Socr. homo, homo animal, animal animatū, animatum corpus, corpus substantia, igitur Socra. substantia.




Similiter in secunda figura sola possunt omnes conclusiones concludi, ceu si voluero ostendere q͂ plantæ non sunt animalia, ostendā hoc in secunda figura, medium terminum ponendo sensum, omne aial sensum habet, nulla planta sensum habet, igitur nulla plāta est animal, si ergo prædicatiua propositio indigeret probatione, dico, q͂ omne animal sensum habet, prorsus per primā figuram ostenditur cum sit vniuersalis, si aūt particularis fuerit etiam per primam & tertiam, si aūt negatiua indigeret probatione cum sit vniuersalis aliquando, & ipsa per primam ostendetur aliquando per secundam figuram, ceu nulla planta habet vim cognoscendi & discernendi, quæ occurrūt & accidunt, & oīs sensus est vis cognoscens & discernens quæ adueniunt, & occurrunt, igiť nulla plāta habet sensum, & sic cōponendus est sylls, omne aial sensum habet, oīs sensus vis est cognoscendi & discernendi quædam, & nulla planta habet vī cognoscendi vel discernēdi, igitur nulla planta est aial. Nam negatiuum quod in syllo primo est conclusio prosyllogismi, nō assumemus in syllogismo

Sensus




Animal conclu. de nullo Planta complica.

Animal neque Planta




Sensituum conclu. non omni Animatum Animal

Animal conclu. non omnis Aiatum.



composito. Nam componentes syllos syllogismorum cõclusiones omittimus, ceu de Socrate animal, & animal animatum, & animatum corpus, & corpus substãtia, igitur Socrates substantia. potest etiam in secunda & tertia si particulare fuerit quod debet probari p prosyllogismum. Nam, sit rursus propositum ostendere, quod non omne animatum sit sensitiuum, & Imptũ sit medius terminus animal, igitur animal oi sensi-

Sensitiuum conclõsio animal nutritum.



tiuo inest, & aiato non oi, igitur non oẽ aiatũ sensitiuo vel sensitiuum non oi animato. Si ergo aliquis quæreret vnde patet ꝗ animal non omni animato, ostendemus hoc in tertia figura medium accipientes plantam sic, animal nulli plantæ, & animatum omni plantæ, igitur animal non omni animato, & rursus componemus syllogismum, dico animal omni sensitiuo, animal nulli plantæ, & concluditur sensitiuum non omni animato. Eodem modo etiam in tertia figura contingit aliquando, vt omnes conclusiones per seipsas concludantur. Contingit etiam per secundam figuram & tertiã, quod animal non omni animato, ostensum autem est per medium plantam, animal nulli plantæ animatum omni plantæ, igitur animal non omni animato, vnde autem liquet ꝗ animal nulli plantæ. Ostendemus autem per medium figuram accipientes medium sensitiuum. Nã sensitiuum omni animali, & plantæ nulli, igitur animal nulli plantæ, componendo igitur syllogismum dico, sensitiuum omni animali, & plantæ nulli, animatum omni plantæ, igitur animal non omni animato. Nam quia sensitiuum nulli plantę, neq; planta nulli sensitiuo & sensitiuum oi aiali, igitur planta nulli aiali, quare & aial nulli plantæ, & aiatũ oi plantæ, aial igitur non omni aiato. Quod si voluerimus affirmatiuam per prosyllogismum probare, probabimus in prima medium accipientes nutriendum vel nutribile, omnis planta nutritur, oẽ ꝗ nutritur est aiatum, igitur concluditur aial non omni animato, cum autem ois planta nutritur, & omne nutritũ animatum est, igitur ois planta aiata, & nulla planta est aial, igitur non omne aiatum est aial, sic igitur in prima & secunda figura potest etiam per eandem, dico, s. tertiam, ois conclusio cõcludi. Nã põnatur gratia ostensionis, ꝗ aliquod nutritum habeat sensum, & ostendatur in tertia figura medio assumpto aiatum. Nam nutritum oĩ animato, sensus aũt alicui animato, igitur sensus alicui nutrito. Si ergo opus esset ostendere, vnde quod sensus alicui aiato, oñdemus rursus in tertia figura per mediũ aial, sensus oĩ aiali, sed etiã aiatum oi aiali, & concludemus sensus alicui aiato, & cõponendo syllm dicã, nutritum oĩ aiato, aiatum oi aiali, & sensitiuum oi aiali, igitur sensitiuũ alicui nutrito. Nã quia nutritũ oi aiato, & aiatũ oi aiali, & nutritũ oĩ aiali. Nã oẽ aial nutritur, sed etiã sensitiuũ inest oĩ aiali, aliqđ igitur nutritũ est sensitiuũ. Sed in his oĩbus illud sciẽdũ est, ꝗ qñ differentibus figuris concl'ones concludẽtur cõpositę propõnes seruant proprietatẽ figurarũ, sed qñ in eadẽ oẽs concl'ones cõcluderent, in compõne ppõnũ non per oẽs eadẽ apparet figura, sed duæ cõplicatiões seruant ꝓprietatẽ figuræ, & aliæ minime. Nã omittitur (vt diximus) ꝓbanda propõ vt fiat prosylli cõclusio, & quia prosyllorum conclusiones non assumũtur in compõne propõnum, quo facto soluitur figura & in primam reducitur. Nam ostendendum sit in secunda figura, ꝗ nulli c B per mediũ A, igitur A nulli eorum quæ B & oĩ A ostensum, igitur rursus A B propõne negatiua per medium D. Nam D nulli A & omni B non amplius A B assumitur propõ, sed hæc D A, D A, A C, quarũ hæc D A A C primam efficiunt figurã & D A D A secũdã. Nam D omni A & nulli eorum quæ A & A oi C, quare hæc D A D A secundam efficeret figuram, & D A & A C primam. Idem ẽt in oĩbus, quia vero ꝓsyllogismorum conclusiones accipientes & copulantes alteram propõnẽ sic syllos plicamus. At illud sciendum est, vt etiã Alex. inquit ꝗ si in tertia figura fuerit prosylls, ex eodẽ ẽt in primam proficiscemur, & semꝑ oportet diuersam propõnẽ addere, nã cum sint concl'ones particulares, si non inferius adderẽ ꝓpõ, figura fieret asyllogistica, in prima maiore existente particulari, & profecto si negatiuum fuerit conclusum in tertia, nihil cõtingit ad primam figurã proficisci. Nam vnde fit additio, fit asyllogistica complicatio, silr & si ex secunda in primã fieret mutatio, silr oportet additionem facere qđ minor negatiua sit, nam negatiuæ sunt concl'ones scdæ figuræ. Silr & si ex prima, in primam fieret progressus, existente concl'one vlĩ affirmatiua, incertũ est vnde sit facienda additio, si fuerit propõ addenda vlĩs, si aũt particularis prorsus deorsum, si ãt negatiua fuerit conclusio vlĩs desuper, si autem particularis nõ accidit addẽtibus ꝓpõnẽ rursus efficere primã figurã. nã siue desu p negatiuã feceris minorẽ, siue deorsum particularẽ maiorẽ. Idẽ quoq; in scdã & tertia particularibus negatiuis de quibus iã diximus. Nã ex his non põt fieri processus in primã, qđ si à secũda in secundã fieret progressus, vlĩ quidem exñte concl'one, si addenda & ipsa vlĩs fuerit, incertũ est, si aũt particularis prorsus deorsum, i. ad minorem, ne maiorem particularẽ faciamus, & vlr est dicendum ꝗ oportet efficere, nequid dematur per additionẽ in vnaquaque figura eorũ quæ sunt conseruanda. Etsi per additionẽ seruanẽ propriæ figuræ addẽdũ est, sin vero per aliã figurã oñdendũ est. Ex rõnibus quæ sunt ad definitiõẽ, quæcunq; ad vnũ aliquid redarguũt eorũ quæ sunt in diffinitione ad ꝗ redargutũ est. Aliud rursus ꝑ hæc nos docet. Eydẽ syllm efficiẽtes sæpe volumus ꝗ hoc nõ sit huius diffinitio, nõ prorsus volẽtes cõfutare totã diffinitionẽ, sed aliquã partẽ diffinitionis. Cũ igitur cõfutatur ꝗ hoc nõ est huius diffinitio, nõ est ponenda (inquit) tota diffinitio vt terminus Nam sic difficulter inueniemus medium per quod

ostendemus totam diffinitionem non inesse diffinito, sed quod erit in diffinitione prane sumptum hoc ponendum est loco termini. Nam ostenso ꝙ hoc non inest subiecto per hoc & terminns diffinitione simul redarguta erit, siquidē cōpræhendat aliquid quod non inest, ceu(inquit,) Siquis definiret aquam esse potum humidum, nnn est ponēda diffinitio esse potum humidum, nam confesso inest aquæ humidum, sed potus ponendus est & medium mare, quia igitur oē mare est aqua, & nulli mare est potus, igitur non omnis aqua est potus, male igitur in diffinitione assumptus est cum humido potus, quandoquidem non omni aquæ insit.

Amplius autem ex suppositione syllogismos non tentandum reducere, non enim est ex positis reducere, nanque non sunt ostensi per syllogismum, sed per compositionem confessi omnes, quemadmodum si supponens, si vna quadam potentia non sit contrariorum, neque scientiam vnam esse, postea disputatum sit quòd non est vna potentia contrariorum vt sit sanabilis & ægrotabilis, simul enim idem erit sanabile & ægrotabile, quòd itaque non est vna omnium contrariorum potentia, monstratum est, quod autem scientia non est, non fuit monstratum, atqui confiteri necessarium, sed non ex syllogismo, verum ex suppositione, hanc igitur non est reducere, quòd autem non vna est potentia, sic enim fortasse & syllogismus esset, illud vero suppositio.

Non oportet(inquit) omnes hypotheticos syllogismos tētare in figuras resoluere, sed solam ipsorū assumptionem, & deductum minime, quia non ostenditur per syllogismum, sed ex confesso accipitur. Porro(inquit,) hypotheticos omnes in his minime, sed eos qui vocantur ex concesso, dico, s. eos qui accipiunt deductum & continuatum iuxta consuetudinem, ceu ipse Arist. in lib. de Cœlo de figuris astrorum probabit, nā petendo ꝙ idem ꝙ est in vno astro etiam in reliquis est, & hoc accipiēdo ex concesso, ꝙ si vnum qualitercunque sphæricum, & reliqua erunt oīa, deinde assumptionem probando(inquit.) Atqui vnum astrorum est luna quæ etiam sphærica, igitur conclusio, reliqua sunt sphærica, tales(inquit) syllogismos non omnes reducendos esse sed solam assumptionem, nam ipsa est quæ syllogismo ostenditur, & deductum ex cōcesso assumptum est. Verum ꝙ in his quæ non sumuntur ex concesso sæpe etiam deductum per syllogismum ostendatur, patet. Porro Plato accipiēs quod si animal & mortale inuicē sunt, animæ nostræ sunt in inferis, sed prius ergo & posterius, non solum assumptionem sed etiam deductum probauit, & per impossibile vt deinceps(inquit) deductum eget probatione vt discamus. Nunc igitur de hypotheticis quæ sunt ex concesso fit sermo. Et vsus est tali exemplo. Si aliquis(inquit) peteret ex concessione, ꝙ si non erit contrariorum vna potentia, neque vna scientia est. Hoc quidem totum si sic hoc & hoc non est resoluendum, quandoquidem non syllogismo conclusum sit, sed ex confesso acceptum, illud tñ atqui non est contrariorum vna potentia resoluendum est. Nā hoc ostensum est per sylm, quod igitur non est contrariorum vna potentia ostēdetur per medium sanum & morbidū, nam sanabile & morbidū contraria sunt, & sanandi & morbidi non est vna potentia, igitur contrariorum non est vna potentia. Quod autē sanabilis & morbidi non sit vna potentia ostendit per medium, quia hæc non sunt ipsorum effectiua, nam sanabile & morbidum non sunt ipsorum efficientia & olum quorumcunque vna potentia est, hæc sunt ipsorū factiua, igit̃ sanabilis & morbidi nō est vna potētia.

Consimiliter autem & in ijs qui per impossibile concludūtur, neq; enim hos est resoluere, sed ad impossibile abductionem est, syllogismo nanque monstratur, alterum vero nō est, ex suppositione enim concluditur, differunt autem à prædictis. quoniam in illis quidem oportet præconfiteri, si debet assentiri, quemadmodum si monstrata fuerit vna cōtrariorum potentia & scientiam eandem esse, hic autem & non præconfessi concedunt, eo quod manifestū est falsum, veluti si posita fuerit diameter commensurabilis, imparia æqua esse paribus.

Quod non de oībus hypotheticis sit sermo patet ex his quos prius plane ex concesso vocauit. Hinc aūt descendit ad syllogismos per impoēe. Et similiter in his ꝑ impossibile non oēm syllogismum hypotheticum resoluimus. Hi nanque sub contrario modo se habēt cū his ex concesso, nā deductum ipsorum tanquam ambiguum probatur per syllogismum, & assumptio tanquā concessa non eget probatione, nam qui ducunt in absurdum nō in ambiguum, sed in concesso absurdum, deductionem faciunt, ceu etiam geometer volens ostēdere ꝙ diameter lateri sit incommensurabilis, vsus est deductione per impossibile per syllogismum hypotheticum hoc modo. Nam si non esset(inquit) incommensurabilis, erit cōmensurabilis, sed si cōmensurabilis inæqualia erunt atque imparia æqualia paribus, sed nequeunt imparia paribus esse æqualia, igitur non commensurabilis, igitur deductum in his per syllogismum ostenditur & assumptio non amplius. Differunt autem (inquit) deducentes ad impossibile ab his qui sunt ex concesso, quia qui deducūt ad impossibile, assumptionem, quam non ostendunt, non accipiunt ex consuetudine concessam, sed ex ipsa euidentia vti teste confirmatam. At illi ex consuetudine, tanquam si non concederet secum disputans, non solum assumptionem, sed etiam deductum probare necesse est, duplex igitur diuisio est eorum qui deducunt ad impossibile cum his quæ ex concesso fiunt, quia dico quod qui probāt deductum ad impossibile, concedunt quoq; assumptionem, sed illi contrarium, & quia hi ꝙ accipiunt non concessionem & confessionem accipiūt, sed velut ex euidentia vti teste confirmatam, illi autem ex consuetudine. Sed ad impossibile deductio est, Idest deductū, si commensurabilis, paria imparibus æqualia erunt, nā hoc per syllogismum ostenditur & alterum(inquit) nō est, i. assumptio dico, s. hoc, atqui impossibile est vt paria sint æqualia imparibus, nam hoc conceditur, & syllogismo non eget.

Multi vero & alij concluduntur ex suppositione, quos oportet cōsiderare & notare pure, quæ igitur sint horū differentia, & quot modis fit quod est ex suppōne, postea dicemus, nunc āt tm̄ sit nobis manifestum, quòd nō est resoluere tales syllogismos in figuras, & ob quam causam diximus.

Promisit in his de hypotheticis disserere, qui sint & quot sint horum species, tamen vt interpretes dicunt nondum videtur de ipsis tractasse.

Caput secundum. De mutua syllogismorum resolutione.

QVæcunque vero problematum in pluribus monstrātur figuris, si in altera ratiocinatum fuerit, est reducere syllogismum in alteram, quemadmodum priuatiuum qui est in prima, in secūdam, & eum qui est in media in prima, non omnes autem sed quosdam.

Docet per hęc quod non oĩno necesse est resolutionem syllogismorum in hanc figuram facere, in qua & ratiocinans syllogismum cõstituit, sed quæcunq; problematum in pluribus concluduntur figuris impose est hæc, in qualem igitur resoluenda sunt, ceu vle affirmatiuum problema concluderet syllo, necesse est facere resolutionem in solam primam, quinimmo etiam vle negatiuum per primam concluditur, & per secundam, siue igitur per primam syllogismo conclusum est, põt etiam per secundam reduci per conuersionem propositionis negatiuæ, siue in secunda eodem modo, si aliqñ indigemus conuersione conclusionis, vt qñ in secunda figura minor negatiua fuerit, in tertiam autem nullo pacto est vniuersalis conclusio reducenda, quia omnes particulares concluduntur in tertia, sed particulare affir matiuum in prima & tertia figura contingit resolui. Nam si in prima fuerit syllogismo conclusum, minore conuersa fit tertia figura, ceu si A omni B, & B alicui C. nam B C conuersa, dico ꝙ C alicui eorum quæ B tertia fit figura. Similiter autem & si in tertia syllogismo conclusum est, rursus per conuersionem primam fiet. Et particulare negatiuum in omnibus figuris ostenditur, quare & si ad omnes figuras, idẽ resolui contingit præter quartum modum secundæ figuræ, & quintum tertiæ ob causam quam sæpe diximus. Nam eis qui sic syllogismum efficiunt non contingit in primam reduci figuram. Et vlr dico ꝙ hi resoluendi sunt in primam & in secundam figuram qui negatiuum concludunt vle & in tertiam particulare & eos qui sunt in secunda negatiuos omnes esse, reducendos in primam prêter quartum assero & in tertia ꝙ vles non contingit reduci ꝑspicuum est. quandoquidem in tertia non ostenditur vniuersale, sed particularium alterum solum & tertium qui ex maiore vniuersali negatiua & minore particulari affirmatiua. Nam ambabus conuersis propositionibus fit prima figura ceu si A B nulli, & C alicui. Nam patet ꝙ vtraque conuersa, illa B nulli A & C alicui, sed succedens minime qui ex maiore vniuersali affirmatiua & minore particulari negatiua, nam neque particularis negatiua conuertitur, neque vlis, nam si conuerteretur particularis fit. Rursus omnes affirmatiuos in tertia figura resoluens ad primam & negatiuas præter quintum modum, reliquas duas in ambas figuras reduces, s. primam & secundam, sed in primam conuertendo alteram propositionum, in secundam ambas conuertẽdo, ceu sit maior negatiua & minor affirmatiua ambę vles, nam nulli B A & C omni, quare & B alicui eorum quæ C & fit prima figura, si autem & hãc B A cõuertero dicẽ dõ ꝙ A nulli B erit B, similiter & in altero modo haben tem minorem particularem affirmatiuam. Rursus conuersa affirmatiua fit prima figura, conuersus autem B.

Manifestum vero erit in sequentibus Si n. A nulli B. B aũt omni C A, nulli C sic igitur prima figura. Sin autem priuatiua conuersa fuerit, media erit, nam B nulli A, omni verò C inest. Consimiliter autem & si non vniuersaliter, sed in parte syllogismus sit. quemadmodum si A nulli B: B verò alicui C: cõuerso enim priuatiuo media erit figura. Syllogismorũ vero, qui in secunda, vniuersales quidem reducentur in primã.

Non omnes contingit reducere in omnes figuras. Manifestum (inquit) erit percurrentibus nobis omnes modos figurarum. nam vnumquodque aggredietur & ostendet, ꝙ quartus modus in secũda, & in tertia quintus non potest resolui in aliam figuram. Plane igitur per omnes discurrit, & perspicua sunt verba contextus.

Eorum autem, qui in parte alter solus. fit enim A B quidẽ nulli: C vero omni inexistens. Conuerso igitur priuatiuo prima erit figura, nam B nulli A, A vero omni C, inerit.

Diximus qualis, quia ille ex minore vniuersali negatiua & minore particulari affirmatiua, tamen quartus ex maiore vniuersali affirmatiua & minori particulari negatiua non reducitur.

Si vero prædicatiuum sit ad B. priuatiuum autem ad C primum terminum ponẽdum C. hoc enim nulli A, A vero omni B, quare C nulli B: & B igitur nulli C. nanque conuertitur priuatiuum. Sin autem in parte syllogismus, quando priuatiuum quidem sit ad maius extremum, reducetur ad primã, quemadmodum si A nulli B. C vero alicui, conuerso priuatiuo prima erit figura. nam B nulli A, A vero alicui C sed quum prædicatiuum non resoluatur, veluti si A B quidem omni, C vero non omni.

Idest si maior fuerit vel affirmatiua & minor negatiua & ambæ vles, nam de his est sermo, non aliter reducentur in secundam figuram, vel potentiam extremorum, mutatos uobis terminos facientibus, i. maiorem minorem, ceu minorem dico B & maiorẽ C. Nã cõuersa negatiua & facta prima figura concluditurꝙ C nulli eorum quæ B, & quia conuertitur vle priuatiuũ cõuersa conclusione fit illud ex principio, quod neq; ipsum B nulli C, nam hoc in secunda figura deductum erat.

Neque enim suscipit conuersionem A B neq; cum fit, erit syllogismus. Rursus qui in tertia figura, non omnes resoluentur in primam, qui vero in prima, omnes in tertiam, insit enim A omni B. B autem alicui C, ergo quoniam conuertitur & prædicatiuum in parte, inerit C alicui B, A vero omni inerat, quare efficitur tertia figura, & si priuatiuus syllogismus sit, consimiliter, conuertitur enim prædicatiuum in parte, quare A nulli B, C vero alicui inerit, syllogismorũ aũt qui in vltima figura, vnus solus non resoluitur in primam, quando priuatiuum fuerit non vniuersaliter positũ, alij vero oẽs resoluuntur, prædicẽtur nãq; A & B de omni C, igitur C cõuertetur in parte ad vtrunq; inest. ergo alicui B quare erit prima figura, si A quidem omni C, C vero alicui eorũ quæ B: & si A quidẽ oĩ C, B aũt alicui, eadem rõ, conuertitur. n. C ad B.

Vniuersalis (inquit) affirmatiua, nam hæc est A B quę maior erat si vlr qua potest conuerti erit conuertenda dico, scilicet ad particularem affirmatiuam (quare B alicui A iest pticulari) fiet maior & asyllogisticus modus.

Si vero B omni C, A autem alicui C primũ terminũ ponendum B. B nanque omni C, C vero alicui A quare B alicui A sed quoniam conuertitur quod in parte & A alicui B inerit, & si priuatiuus syllogismus terminis existentibus vniuersaliter similiter accipiendũ, insit. n. B omni C. A vero nulli, ergo alicui B inerit C. A aũt nulli C quare erit mediũ C. consimiliter aũt & si priuatiuum quidem vniuersaliter, prædicatiuum verò in parte, nanque A nulli C, C vero alicui eorũ quæ B inerit. Quod si in parte acceptũ fuerit priuatiuũ, non erit resolutio, quẽadmodum si B oĩ C. A vero alicui non insit. Conuerso. n. B C vtraq; propositiones erunt secundum partem.

Idest si ambabus existibus affirmatiuis minor fuerit vniuersalis, oportet rursus vt etiam prius, vim terminorum vicissim mutare & minorem maiorem ponere, & maiorẽ minorẽ. & concludere ꝙ B alicui eorũ quæ A. Equidem conuertentem cõclusionẽ ꝙ A alicui eorũ quæ B oportet propositionem A principio concludere.

Planũ aũt & quòd ad resoluendas figuras seinuicẽ, propositio, quæ ad minus extremũ cõuertẽda in vtrisq; figuris, hac. n. trãsposita transitio efficiebatur. Eorũ vero qui in media figura, alter quidẽ resoluit, alter ãt nõ resoluitur in ter-

tiam, quando enim quod vniuersale priuatiuum sit, resoluitur. Si enim A *nulli* B, C *vero alicui. vtraque similiter conuertuntur ad* A, *quare* B *quidē nulli* A. C *autem alicui, medium igitur* A. *sed quando* A *omni* B. *ipsi vero* C *alicui non insit, non erit resolutio, neutra enim propositionum ex conuersione vniuersalis, & qui tertia figura resoluentur in mediam, quando priuatiuum sit vniuersale, quemadmodum si* A *nulli* C. *ipsum autem* a *alicui, aut omni, nanque &* C A *quidem nulli, ipsi vero* B *alicui inerit. Quod si in parte sit priuatiuum, non resoluetur, non enim suscipit conuersionem negatiuum, in parte.*

Idest prima & tertia figura, nam de his nunc sermonem facit, siue igitur (inquit) ex prima in tertiam mutare volumus propositiones, siue econtra, prorsus minorem necesse est conuertere, nam in prima impossibile erat maiorem conuerti, nam sic secunda fit figura, nam medius de minore prædicaretur. Conuersa igitur maiore propositione, accident etiam ꝑ ipsum de minore prædicari, Hoc autem erat secunda figura, si autem ambæ fuerint prædicatiuæ rursus fiebat secunda figura, & secundum ambas assyllogistica, nam maior particularis & adhuc ambæ affirmatiuę, solum igitur minor conuertenda est, similiter & si ex tertia voluerimus mutare primam, nam si maior conuerteretur negatiua manens faciet assyllogisticam primam figuram, nam in minorem ex maiore transmutabitur, & erit in prima figura minor negatiua ceu si A nulli C & B omni, si ergo cōuerteretur A C erit B omni C, & C nulli eorum quę A, igitur negatiua minor, si autem fuerit B C particularis affirmatiua, erit etiam prima alterum aliquod absurdum, illud secundum maiorem particularem, si autem affirmatiua fuerit vniuersalis A C potest concludi ꝙ B alicui A & conuertere, quare & A alicui B, sed superfluum est duabus egere conuersionibus, cum minorem conuertere sufficiat, si autem particularis fuerit B C & conuertitur A C. ambę erunt particulares ꝙ est ipossibile, igitur solum in mutatione primæ in tertiā & tertiæ in primam minor conuertenda est, si autem ex prima in secundam fit mutatio, prorsus maior conuertitur, nam hæc est negatiua & minor impossibilis, quia tertia fit figura, similiter & si ex secunda in primā fieret mutatio, maior conuerteretur, preter vnum modum qui est ex maiori vniuersali affirmatiua, & minore particulari negatiua, nam conuersa maiore fit particularis in prima figura ꝙ est impossibile. Conuertitur igitur minor, cum vi terminorum, deinde conclusione conuersa fit illud quod est ex principio. Si autem ex secunda in tertiam, vel ex tertia in secundam fieret mutatio: oportet ambas conuertere propositiones. & causa manifesta est, nam medius in his vicissitudinem patitur in his. Nam in secūda de ambobus extremis prædicatur, & in tertia ambobus subiicitur, igitur id quod est ambobus subiectum nō potest prædicari de ambobus, non ambabus conuersis propositionibus. similiter & si de ambobus prędicatum indigebit ambobus subiici.

Manifestum igitur quòd ijdem syllogismi non resoluuntur in his figuris, qui neque in primam resoluebantur, & quòd quem syllogismi in primam reducantur figuram, isti solì per impossibile concluduntur, quomodo igitur oportet syllogismos reducere, & quod resoluuntur figuræ in seinuicem, planum ex dictis.

In his secunda & tertia syllogismi, scilicet quartus, sed ea, & quintus modus tertiæ, non potest reduci ad aliquam figuram ideo tantum per impossibile cū sint syllogistici ostenduntur, quia nequeunt resolui in primam, & alij omnes modi concludunt necessarium reductione ad primam.

Differt autem aliquid in construendo ac destruendo existimare, aut idem aut diuersum significare non esse hoc & esse non hoc, quemadmodum non esse album, & esse non album, neque enim idem significant, neque est negatio eius, quod est esse album, hoc quod est, esse non album, sed non esse album.

Per hæc nunc tradita vult Philosophus intellectum nostrum instruere, ne decipiamur: quandoquidem putemus affirmationes ex transpositione negationes esse. nam sæpe aliquo probante, quod hoc non album est, putaret aliquis negatiuum esse hoc problema, deinde ipse tentans resoluere ipsum, sibimet esset decipiendi errandiq; causa, quærens propositionem negatiuam, per quam tale conclusum est problema, non oportet igitur (inquit) putare ꝙ idem dictu sit ꝙ non est album & hæc, est non album, nam affirmatione dicente ꝙ album est, non est negatio dicens, non album est. Et hæc affirmatio est ex transpositione. & quod hæc verum sit ostendit ex propositione eius ad propositiones modales. Nam (inquit) vt se habet illud est album ad hanc est non album, sic se habet, potest ambulare ad potest nō ambulare, nam modus ex tertio prædicato & adiacente æquiualet & similiter ordinatur. Rursus, vt se habet, est album ad est non album ita se habet scitur bonum, ad hoc scitur non bonum, scit igitur A est album, & A est non album, & potest ambulare ipsum C: & potest non ambulare D, & scitur bonum E, & scitur non bonum Z, si ergo ita se habet A ad B vt se habet C ad D, & E ad Z, si non fuerit D negatio C, neque Z ipsius E, neque igitur B, est negatio ipsius A sed A est album, & B est hoc est nō album, igitur nec B sunt negatiua, nec C potest ambulare, nec D potest nō ambulare. nec hæc est negatio prioris, s. potest ambulare, similiter nec huius E, s. scitur bonum negatio non Z, s. scitur non bonum, nam huius potest ambulare non est negatio potest non ambulare, nam ambæ verificantur de eodem & eodem tempore, nam idem eodem tempore habet potentiam ambulandi & non ambulandi, nam ambulare & non ambulare eodem tempore sunt impossibilia nam inesse & nō inesse eidem eodem tempore est impossibile, tamen idem posse subire opposita eodem tempore contingit in materia contingenti, nam tale est contingens, quo non existente necessario nullum impossibile sequitur. Si ergo C & D simul eidem adesse contingit, sed affirmatio & negatio eidem simul inesse secundum idem nequeunt, igitur ipsius C, ipsum D non est negatio. Equidem vt se habuit A ad B, ita etiam se habet E ad D, igitur neque ipsius B A est negatio, dico, s. huius album est nō est negatio est non album. Similiter etiam in hoc scitur bonum & scitur non bonum. Non enim huius scitur bonum negatio est scitur non bonum, nam simul eidē adesse ambæ possunt, nam idem scire potest & bonum & non bonum, quia & contrariorum vna est scientia, quare si E non negatio Z, neque ipsius A B erit negatio, igitur huius est album non est negatio est non album ꝙ quidem oportebat ostendere, nam ostensum est in libro de Interpretatione ꝙ non aliter negatio fit in ꝓpositionibus ex tertio adiacente nisi ipsi est copuletur negatiua particula, nam hoc efficies affirmationem, ꝙ si nō negatio tolleretur nō fieret negatio ceu etiam in

in propositionibus cum modo facit, modus, nam æquivalet modus ipsi est. Si ergo huius est album negatio non est hæc, est non album, affirmatio erit & ex transpositione. Est igitur huius est album negatio hæc non est album, & huius est non albũ, hæc, non est album.

Hæc autem huius ratio nanque similiter se habet, potest ambulare & potest non ambulare, ei quod est, est album ad hoc, quod est, est non album, & scit bonum ad scit non bonũ.

Idest demonstratio, & causa, deinde inducit dictam à nobis proportionem, nam quia in hac est album, & est non album occulta erat ratio, accipit cum modo similiter habente affirmationes simplices & ex transpositione, vt iam posuimus, & ostendens ꝙ in illis non est simplicis affirmationis negatio ipsa ex transpositione affirmatio, sic proportionem in præpositis ostendit.

Nam scit bonum, aut est sciens bonum nihil differt, neque potest ambulare, aut est potens ambulare, quare & opposita non potest ambulare, non est potens ambulare.

Quia hoc est album, & est nõ album de quibus consideratio fuit verbum habuit ipsum {est} & hæ, potest ambulare & potest non ambulare, & scitur bonum & scitur non bonum non habuerunt illud {est} ex proportione ad hæc vult ostendere ꝙ non est simplicis affirmationis huius, est album, negatio ex transpositione affirmatio quę est hæc est nõ album, ne quis existimet qđ ob id, quia nõ additur illud est huius gratia fit paralogismus, vult huiuscemodi cã ondere ꝙ ęqualet ipsum est ipsi mõ, nã dicere (inquit) scitur bonũ idẽ est cũ hoc est sciens bonum. Silr & põt ambulare cum est potens ambulare, nam verbum in participium & ipsum est resoluitur ceu Socra. ambulat idem est cum hoc Socra. est ambulans, quare (inquit) apposita eadem erunt, i. negationes earundem, dico, s. illud non potest ambulare cum hoc non est potens ambulare, nam verbum, põt resolutum est in ipsum, est, & potens participium. Similiter etiam illud non scitur bonum, idem erit cum hoc non est sciens bonum.

Si igitur non est potens ambulare, idem significat & est potens non ambulare, aut haud ambulare, eadem vtique simul eidem inerunt, idem enim potest & ambulare & non ambulare, quod est consultus boni & non boni.

Cum ostenderit ꝙ nil interest dicere potest ambulare & est potens non ambulare & in negationibus similiter, idest quãdo proferuntur propositiones cum solo modo, resoluendi sunt modi in participium & verbum est. Ostendit rursus ꝙ nõ est simplicis affirmationis negatio affirmatio ex transpositione. Ostendit aũt transpositione ad impossibile, nam ponit esse idem affirmationem ex transpositione cum simplici negatione. Et rõcinatur sequens absurdum, nam si dicentis est potens ambulare, negatio est dicẽs est potens non ambulare, quia concesso hoc ꝙ huius est potẽs ambulare negatio sit dicens non est potẽs ambulare simplex existens etiã ipsa. Est quoque (secundum suppositionem) & hoc est potens non ambulare eiusdem negatio, igitur idem significant ambæ illa quę dicit non est potens ambulare, & hæc est potens non ambulare, nam ambæ sunt vnius & eiusdem affirmationis negatio, s. huius est potens ambulare. Si ergo idem significant, in quibus certe vna erit vera, etiam de eisdem reliquam necesse est verificari, sed quia contingit vnum & eundem posse ambulare & posse nõ ambulare, & magis necessarium (Nam qui non ambulat potest ambulare) patet certe, quod etiam non ambulare potest. Non enim tum ambulat quando dicit potest ambulare. Si ergo ambæ propositiones de eodem non verificantur simul alia simplex potest ambulare, & alia ex transpositione potest non ambulare, sed hæc iam potest non ambulare significauit idem secundum suppositionem cum hac non potest ambulare, nam ambæ negationes huius, potest ambulare, alia secundum veritatem, & alia secũdum suppositionem, igitur potest ambulare idem significat cum hac non potest ambulare, igitur de eodem contradictio simul verificatur, quod est impossibile, sed non possibile secutum est, quia supposuimus hanc, est potens non ambulare, negationem huius esse est potens ambulare, nã necessario in idem concludebatur cum hac non est potens ambulare, hæc est potens non ambulare, sed hæc est potens ambulare silr verificatur cũ hac est potens nõ ambulare, igr & nõ est potẽs ambulare, verificabir cũ hac est potẽs ambulare, cõtradictio itaq;, qđ est ĩposle. Si igitur non est potens ambulare, idem significat, & est potẽs nõ ambulare. (Non vt ipsi vr sed ſm suppositionem, nam si est potens non ambulare, negatio est huius est potens ambulare, & huius est potens ambulare, negatio est non est potẽs ambulare,) igitur idem significat, hæc est potens non ambulare cum hac non est potens ambulare, nam de eodem ambæ negationes, quare (inquit) & eidem simul inerit, nam si eadem sunt & simul eidem inerunt, possibile autem est, vt hęc etiam simul insint eidem & copulentur cum his quæ subdit. Inducit igitur, nam idem potest ambulare, & nõ ambulare, nam illud enim, & nam, est dictio reddẽs causam, nam hoc vult.

Dictio aũt & negatio oppositæ non insunt simul eidem.

Idest non põt cõtradictio de eodẽ verificari. Sed nõ sine defectu dictus est sylls, nam oportebat priusq̃ diceret, dictiones autem & negationes oppositę simul eidem non insunt (concludere absurdum, quod igitur idem põt ambulare & non põt ambulare) deinde inducere, dictio autem & negatio oppositæ non insunt simul eidem sed qũo concluditur absurdum diximus.

Quemadmodum igitur non est idem non scire bonum & scire non bonum, neque esse non bonum & non esse bonum idem. Eorum enim quæ proportionem habent inter se, si altera sint diuersa & altera.

Nam ob suppositionem dicentem simplicis nagationis esse negationem ex transpositione ipsam affirmationem, sequebatur ꝙ simul verificatur simplex negatio cum illa affirmatione ex transpositione. Hoc autem in absurdum ĩciderat ꝙ cõtradictio simul de eodem verificaretur, quam suppositionem est impossibile sequitur, s. ꝙ falsa est ipsa, igitur falsa dicens suppositio idẽ esse simplicem negationem cum affirmatione ex transpositione. Hæc autem suppositio sequebatur eam dicentem negationem esse simplicis affirmationis ipsam affirmationem ex transpositione, hæc igitur suppositio falsa est, quod quidem ostandere, propositionem erat, si ergo perfecta deductio syllogismi, est hæc, quia autem ꝙ dicebam ex propositionibus cum modo Arist. redarguit quod neque in simplicibus affirmationibus de tertio adiacente negationes sunt ex transpositione affirmationes, deinde verisimile erat aliqua existimare nõ similiter se habere in habentibus ipsum est, & in ipsis nõ habentibus ꝓpositionibus, & ob id modum resoluit in participium & ipsum est, ob id idem etiam nunc cõcluditur, quod si vt se habet nõ scitur bonum ad hanc scitur non bonum, ita se habet

dicens non est bonum & est non bonum, & ostensum est ꝙ non est idem A cum ipso B, igitur neque C cum ipso D idem erit, nam in his quę habent proportionem, vt se habet A ad B, ita & C se habet ad D, illis igitur eisdem non existentibus neque hec eadem erunt.

Neque esse non æquale, & non esse æquale, illi enim subiicitur aliquid existenti non æquali, & hoc est inæquale, huic vero nihil, quocirca æquale quidem aut inæquale non omne. æquale autem aut non æquale omne.

Rationem traducit ad euidentius exemplum, ostendens ꝙ non est idem simplex negatio cum affirmatione ex transpositione, nam, non est ęquale, non erit idē cum hac ex transpositione affirmatiua, nam non est æquale non est idem cum hac est non æquale, nam dicens est non æquale affirmat alicui inesse non æquale, idest inæquale, & dicens non est æquale negat solum æquale, & nihil affirmat, idcirco hoc est æquale, & non est æquale in omnibus entibus & non entibus diuidit verum & falsum, illud autem æquale & inæquale minime. Non enim omne vel æquale vel inæquale est, nā ꝙ non est quantum non est æquale nec inæquale, sed idem est illud, est non æquale, cum hoc est inæquale.

Non scitur bonum	Scitur non bonum
Non est bonum	Est non bonum
Non est æquale	Est non ęquale
Non est lignū album	Est lignum non album.

Amplius, est non album lignum & non est album lignū, non simul sunt, si enim est lignum non album, erit lignum, quod autem non est album lignum, non necesse lignum esse.

Rursus processit ad apertius, nam in superioribus sine aliquo subiecto dicens non esse bonum, vel est nō bonum, & est non æquale, non addens, quid sit hoc ꝙ hæc dicit esse vel non esse apertiorem rationem fecit. Nunc autem dicendo, non est lignum album & est lignum non album eo ꝙ additur etiam subiectum, fecit euidens etiam coexistens ex negatione simplici & affirmatione ex transpositione. Nam dicens est lignum nō album, dicit esse aliquid lignum de quo prædicatur nō album, & dicens non est lignum album, potest non solum album, sed etiam lignum negare, nam est verum dicere ꝙ anima & non ens non est lignum album, igitur hæc sunt eadem.

Quare manifestum quòd non est eius, quod est, est bonum negatio, est non bonum.

Conclusionem induxit per quam hæc omnia dixit ꝙ non est simplicis affirmationis negatio ipsa affirmatio ex transpositione, sed quomodo hoc cōclusum est sæpe dixi.

Si itaque de omni vno, aut dictio, aut negatio vera, si non est negatio, planum quòd affirmatio quodammodo esse posset, affirmationis vero omnis negatio est, & huius igitur, nō est non bonum.

Cum ostenderit ꝙ ex transpositione affirmatio non est negatio, necessario concludit ꝙ affirmatio est, nam necesse est, vt omnis oratio vel sit affirmatiua vel negatiua. si ergo non est negatiua, igitur est affirmatiua, & pulchre adiecit quodammodo, quia non simplex est affirmatio, sed ex transpositione equidem omnis affirmationis est aliqua negatio, igitur & dicentis est non bonum, quæ ostensa est esse affirmatiua, negatio erit, non est non bonum.

Habent autem ad seinuicem ordinem hunc. Sit esse bonū in quo A: non esse bonum, in quo B: esse non bonum, in quo C: sub B non esse, non bonum in quo D sub A: omni itaque inerit, aut A, aut B, & nulli eidem: & aut C, aut D, & nulli eidem, & cui C necesse a omni inesse. si enim verum dicere quod est non album, & quòd non est album verum, impossibile enim simul esse album & non esse albū, aut esse lignum non album & esse lignum album, quare si non affirmatio negatio inerit.

Propositum quidem fuit ostendere, ꝙ simplicis affirmationis non est negatio ipsa ex transpositione affirmatio, tanquam hoc existente nobis vtili ad resolutiones syllogismorum, ne affirmatiuum ex transpositione, problema putantes negatiuum esse in negatiuū syllogismum resoluant. Hoc igitur propositum erat. Arist. Deinde ad huius ostensionem dixit eūdem posse ambulare, & non ambulare, & eundem esse scientem boni & non boni, quarum aliæ fuere simplices affirmationes, aliæ vero ex transpositione. & ꝙ non idem est non scire bonum, & scire non bonum: quarum alia est simplex negatio, & alia affirmatio ex transpositione. quia igitur vniuersaliter mentionem fecit de his, quæ possunt ex simplicibus & ex transpositione idem & nō idem, ob id vult quædam intermedia de illatione simplicium propositionum, & ex transpositione nos docere, & quæ in lib. de Interpretatione insinuauit de ipsarum consecutione, & illatione, hæc plane hic docet & dicit, breuiter dicā ꝙ econuerso se habent illa secundum illationem simplicem, & illa ex transpositione. Nā ex simplici affirmatione sequitur negatio ex transpositione, & econtra ex affirmatione ex transpositione simplex negatio & simpliciter ex affirmationibus negationes sequuntur, non tamen econuerso affirmationes sequuntur ex negationibus. Nam in plus sunt negationes quàm affirmationes. vt igitur hoc ostēdit exponit ipsa in quadam descriptione, & simplicem affirmationem in qua A ceu dicentem est lignum album: huius negatio B, non est lignum album. Deinde sub A affirmationem ex transpositione in qua C est lignum non album, & sub A negationem ex transpositione in qua D non est lignum non album.

	Simplex affirmatio		Est lignum album
	Ex transpositio. negatio		Non est lignū non albū.
A	Non est lignum album	B	Simplex negatio.
B	Est lignum album	C	Ex trāspō. affirmatio.

His itaque se habentibus quia de omni existente & non existente vel affirmatio verificatur vel negatio cō tradictorie opposita, contradictorie opponantur A & B, & adhuc C & D. igitur de omni A, vel B, & vel C, vel D. quia igitur ipsi A impossibile est inesse C. (Nam potest idem album esse, & non esse,) igitur inest A ꝙ est lignū album, hoc non est lignum non album, quare ꝙ erit A hoc etiam prorsus erit D, igitur simplicem affirmationem, s. A sequitur negatio ex transpositione quæ est D, non tamen econtra sequitur ex ipso D ipsum A. nam in plus est D quam A. Nam non est lignum non album verificatur, & si omnino non fuerit lignum. Etenim anima non est lignum non album & non ens non est lignum non album, quod autem erit lignum album, omnino & lignum est, igitur ex negatione per transpositionem quæ est in qua D non sequitur simplex affirmatio in qua ipsum A, quia in plus est negatio ex transpositione, quam ipsa simplex affirmatio. Quemadmodū autem ex simplici affirmatione sequebatur negatio ex transpositione, sic secundum contrarium ex affirmatione secundum transpositionem sequitur simplex negatio, & non conuertitur, i. in quo C omnino & in hoc B, non tamen in quo B prorsus, & C quia in plus est, B quam

quam c. Quod igitur in quo c oino de eodē, & a eodē modo ostendit, nam si non a necesse oino a. Nam de omni affirmatio vel negatio, sed impossibile est, nam si est lignum non album, non potest hoc lignum esse al bum, quare oppositum necesse est, s. non est lignum al bum, ꝙ est verum, nam ꝙ erit lignum non album hoc non est lignum album, tamen non si quid non est lignū album, hoc erit lignum non album. Etenim ea quæ nō sunt ligna ceu anima angelus, & ꝙ non ens verum est dicere ꝙ non sunt ligna alba, tamen non amplius verum dicere est lignum non album.

C vero ipsi b non semper, quod enim omnino non lignum, neque lignum erit neque album.

Nam diximus ꝙ negatio etiam procedit vsq; ad nō entia, nam non est lignum album, fertur etiam de anima & de non ente, si ergo non est lignum anima, non ens, neque lignum non album est. Pulchre autem dixit illud non semper, nam contingit in quibusdam in quibus inerat c dico, s. nō albis lignis, nā in ebeno verū est dicere, ꝙ non est lignum album, quare verum est dicere, ꝙ non est lignum album, quare verum etiam ꝙ est lignum non album.

Econuerso igitur d omni cui a nāque aut c aut d. Quoniam vero non est possibile esse simul, non albū & esse, albū ipsum d inerit: de existente enim albo verum dicere, quòd non est non albū: a aūt de d non oīno: nanq; de eo quod penitus non est lignum, nō verum dicere quòd est lignum albū.

Econuerso quia non secundum vnum & eundem ordinem vel illæ ex transpositione sequūtur simplices, vel simplices illas ex transpositione, sed econuerso, ex simplici affirmatione sequitur negatio, ex trāspositione & ex affirmatione & trāspositione simplex negatio, tamen quatenus ad ambas ex affirmationibus sequunē negationes eandem seruarent coordinationem.

Quare d verum: a autem non verum: i quoniam lignum album.

Idest de non existēte ligno prorsus illud quidem d, verum ꝙ non est lignum non album, & hoc a non verum quod est lignum album, quare non sequitur simplex affirmatio ex negatione per transpositionem.

Planum vero quòd & a c nulli eidem & b d contingit alicui eidem inesse.

Cum dixerit quōo se habeāt ꝓpositiones subalternæ in descriptione. nūc quęrit quōo se habēt etiam angulares, & inquit ꝙ a & c nunquam eidem inerunt, idem ambæ affirmationes; alia simplex, & alia ex transpositione, nam ꝙ est lignum album, hoc est ipossibile esse lignum non album, tamen (inquit) negationes contingit aliquando simul verificari, dico, s. de non ente, nam verum est dicere ꝙ non ens non est lignum album, & & rursus non est lignum album, non solum autem de non ente, sed etiam de non existentibus lignis, ceu anima non est lignum album, sed etiam non est, lignum non album, quarū affirmationes nunquam possunt simul verificari, sed negationes contingit aliquādo, quia autem in lib. de Interpretatione dictas descriptiones Aristo. ponens, vnum in propositionibus indefinitis, alterum in ipsis determinatis signo dixit in ipsis indefinitis affirmationes nunquam simul verificari, sed negationes & ex affirmationibus semper sequi negationes, vt iam diximus, sed in ipsis determinatis non sic, sed solum particulares negationes sequi, ceu ex hac non omnis est iustus homo, hęc sequitur non omnis est non iustus homo. Nam vniuersales nunquam simul verificantur, dico, s. omnis est homo iustus cum hac omnis est homo non iustus & nullus est iustus homo cum hac nullus est non iustus homo. Si ergo quæ hic dicuntur conferre debent & conuenire bis quæ dicta sunt in libro de Interpretatione, vt Alexander (inquit) quando diceret Arist. ꝙ a c nulli eidem insunt, i. affirmationes, vel vt in indefinitis negationibus intelligemus, vel vt in particularibus negationibus. Etenim indefinitę particularibus æquiualēt, sed vel vt in ipsis determinatis affirmationibus. Quod autem velut de indefinitis hic faciat sermonē indicauit in lib. de Interpretatione, nam ibi exponendo descriptionem & figuram indefinitarum ꝓpositionum & dicendo quales sese vicissim inferunt & quæ non (inquit) hæc quemadmodum in resolutorijs dictum est sic ordinantur, perinde ac ista figura descriptione prius facta sit. Sed aliquis dubitaret quomodo superius ambas affirmationes dixit simul verificari, s. simplicem & illam ex transpositione, nam ipse dicebat; potest ambulare, & non ambulare idem, & sciens boni & non boni idem. Et hic (inquit) ꝙ a c nunquam eidem insunt, dico, s. simplicem affirmationem & illam ex transpositione. Est lignum album, & est lignum nō album, nam non potest idem album esse & non album, & rursus supra dixit non idem esse non scire bonum, & scire non bonum, i. simplicem negationem & affirmationem ex transpositione, & econtra. Hic autem ostendit ꝙ negationes sequuntur ex ipsis affirmationibus. Sciendum igitur primo quod non idem est dicere non esse idem hoc huic, & dicere hoc sequi ex hoc. Nam ex homine sequitur animal tamen animal & homo non sunt idem, & in aliis prope infinitis eodem modo. Item illatio propositionum quæ hic & in lib. de Interpretatione tradita est, dico, s. ꝙ in duabus contradictionibus simplici & illa ex transpositione negationes sequuntur ex affirmationibus, sed ex negationibus minime affirmationes, & hoc ꝙ affirmationes nunquam de eodem simul verificantur, sed negationes cōtingit simul verificari de eodem non in omnibus propositionibus dicitur, non enim in illis cum modo. Nam in his non amplius vera est talis illatio, nam in modalibus de modo contingenti nunc est simul verificari affirmationes, vt iam diximus, ceu potest ambulare, potest non ambulare. Nunquam autem negationes sequuntur ex affirmationibus, ceu ex hac potest ambulare, vel non potest non ambulare, vel ex hac potest non ambulare, vel non potest ambulare. Nam de eodem simul esse nequeunt, sed neque negationes aliquando simul verificātur, vel non potest ambulare, & non potest non ambulare, sed hic & ibi talis illatio dicitur de his quæ sunt ex tertio adiacente. Sic igitur & in illis dixit, quando autē est tertium adiacens, iam bifariam dicuntur oppōnes, quare ibi plane dixit hanc illationem esse de his quæ sunt ex tertio adiacente, remittitaūt nos ad hęc quæ hic dicuntur, in quibus inquit. Hæc igiē vt in resolutoriis dñr sic ordinantur, patet etiam ꝙ hic de ipsis docet, vt ēt indicant exempla. Nam propositiones posuit ex tertio adiacente. Sciendū aūt quod etiam in propōnibus modalibus extra materiam contingentem, dico, s. in necessaria & impossibili eadem seruatur illatio, vt

Necesse animal esse	Non necesse animal esse
Non necesse non aīal esse	Necesse non animal esse
Impossibile lapidem esse	Nō impoſe lapidem esse
Non impoſe nō lapidē esse	Impoſe non lapidē esse.

Considerat

Confiderat igitur & in his φ affirmationes negationes fequūtur, nā quod neceffe aial effe, hoc nō neceffe non aial effe, & rurfus φ neceffe non aial, hoc non neceffe aial effe, & affirmationes nunquam de eodem fimul verificantur, dico, fcilicet neceffe animal effe, & neceffe non animal effe at negationes contingit fimul verificari. Nam non ens verum dicere φ non neceffe animal effe, & φ non neceffe non animal effe. Nam nō eft prorfus verum dicere φ non neceffe non animal effe. Nam φ neceffe non animal effe hoc etiam effe neceffe eft, fi ergo affirmatio falfa de non ente, vera vtique negatio, fed iam & fine hoc eft vel effe verbo exponimus neceffariam materiam idem indifferenter fequitur, ceu neceffe non refpirare, non neceffe refpirare, & quod ne effe non refpirare, hoc non neceffe refpirare, & affirmationes nunquam fimul verificantur, hæc neceffe refpirare, & neceffe non refpirare, at negationes contingit. Nam non ens vniuerfaliter verum dicere & quod non neceffe refpirare, & quod non neceffe non refpirare, idest non neceffe non refpirantibus effe. Confiderandum autem nunquid non contingit in his neque negationes fimul verificari, quæcunque dicta funt de materia neceffaria, hæc etiam dicentur in materia impoffi. Nā quod impoffe eft volare, hoc nō impoffe non volare, & φ impoffe nō volare, hoc nō impoffe volare, & in reliquis fifr, videntur autem propofitę propofitiones differre ex tertio adiacente, & hac ratione φ in illis negationibus non fequebantur affirmationes. Non.n.cōuertitur illatio, fed in modalibus conuertif; nam non folū φ neceffe eft refpirare, hoc non neceffa nō refpirare, fed ēt quod nō neceffe nō refpirare, ceu ra nē, hoc nō neceffe refpirare, & rurfus φ nō neceffe refpirare, hoc neceffe non refpirare. Dico aūt φ in his ex tertio adiacente fi definierit aliquid effe φ dr albūeffe vel ambulare, vel tale aliquid neque in illis conuerfio feruaretur, nam in hoc eft lignum album, & non eft lignum album, & reliquis, quia determinatū eft aliquid φ dicitur effe album vel non album, ob id non eft vti conuerfione, quia fi abstuleris lignum inuenies hic cōuertentia, nam non folum φ eft album hoc non eft nō album, fed etiam φ non eft non album ceu ceruffa, hanc neceffe eft album effe, nam fic etiam dicuntur negationes ex tranfpofitione dico, fcilicet eas quæ non definiunt aliquod fubiectum cui ineffe prædicatum poteft vel de non ente dici vel vniuerfaliter de non fufcipientibus prædicatum. Non enim eft verum dicere φ anima vel non ens non eft non album, nam non albū vnum quidem tollit album, & omnia introducit præter alba, & entia, & non entia. fed tolluntur hæc ab ipfa negatione præter in non ente, vt exiftimo verificatur, nam propria eius affirmatio ex tranfpofitione mentitur, nam de non albis dicitur, fed de exiftentibus & rebus, tanquam igitur in folis recipientibus colores veræ fint negationes, ceu fi ceruffa non eft non alba & in his verificabitur & fimplex affirmatio dicens eft album, fimiliter in quibus verificabitur dicēs quod non eft album in hoc verificatur, & dicens eft non album, ceu anima, nam verum dicere, & φ non eft album & quod eft nō album, nam φ non eft vniuerfaliter, quomodo erit non album? Sed in materia contingenti fo læ affirmationes fefe mutuo fequuntur, poteft ambulare poteft non ambulare, & nulla alia complicatio, nā neque negationes, vt hic non poteft ambulare cū hac non poteft non ambulare, neque negationes cum affirmationibus, dico, fcilicet poteft ambulare cum non poteft ambulare, vel rurfus poteft non ambulare, cum hac non poteft non ambulare, nam quia fimul verificantur affirmationes & impoffibile de eodem cō tradictionem verificari, patet quòd non contingit neque ex fimplici affirmatione negationem ex tranfpofitione fimul verificari, neque ex affirmatione ex trāfpofitione fimplicem negationem. Hæc igitur intantum, redeundum autem eft ad ea quæ funt ex principio.

Confimiliter fe habebunt & priuationes ad prædicamenta hac pofitione, æquale in quo A, *nō æquale in quo* B, *inæquale in quo* C, *non inæquale in quo* D.

Vt fe habent (inquit) in illatione illæ ex tertio adiacēte ex tranfpofitione ad fimplices, ita fe habēt etiam priuatiuæ ad fimplices, nam has indicat quia dicit ad prædicamenta, conftat autem ex defcriptione.

A Eft æquale	B Non eft æquale
D Non eft inæquale	C Eft inæquale.

Quod vere erat æquale, hoc non eft inęquale, non tamen φ non eft inęquale, iam hoc ęquale eft, nam verum de non quanto vel non ente prorfus dicere φ nō eft inæquale, ceu animal non eft inæquale, vel color, nō in φ & ęquale eft, nam φ neq; quantū eft, hoc neq; æquale erit neque non inæquale, rurfus fi quid eft hoc non eft æquale, fed fi quid non ęquale non oīno & inæquale, quia æquale vel non æquale oē eft quantum, neque æquale eft, neque inæquale, & affirmationes nunquam fimul verificantur eft æquale, eft inæquale, fed negationes contingit de non ente, vel vniuerfaliter de non quanto, nam non ens vel color verum eft dicere, etiam φ eft æquale, & φ non eft inæquale, æquidem medium fortitę funt ipfę priuatiuæ inter fimplices, & eas ex tranfpofitione vt fubordinatum eft.

A Eft æquale	D Non eft æquale.
D Non eft inæquale	A Eft inæquale.
B Non eft non æquale	C Eft non æquale.

Et in pluribus autem, quorum bis quidem ineft, illis vero nō ineft, idem, negatio quidem fimiliter verificari poffet quòd non funt alba omnia, aut quod non eft album vnumquodque, quòd autem eft non album vnumquodque, aut omnia funt non alba, falfum. Confimiliter autem & eius quod eft, eft omne animal album, non hoc quod eft, eft non album omne animal negatio: ambæ enim falfæ: fed non eft omne animal album.

Recurrit ad id φ ex principio, dico, fcilicet φ fimplicis affirmationis non eft negatio ipfa affirmatio ex tranfpofitione, fed fimplex negatio. Hoc autē (inquit) maxime manifeftū erit in talibus materiis quæ aliquibus eifdē infunt, & aliquibus non infunt, ceu album, quibufdā quidē hoibus ineft, & quibufdā non ineft, in talibus igitur exnte affirmatione falfa, ceu φ oīs homo albus, neceffe eft negationem effe veram. Nam cōtradictionis altera pars neceffe eft effe vera & altera falfa, quod igitur huius omnis homo albus, negatio eft hęc, non oīs hō albus, patet ex bis quibus illa exiftente falfa hæc verificatur, hæc tamen omnis homo non albus eft ex tranfpofitione exiftens affirmatio falfa eft, igitur non negatio eft, huius eft omnis homo albus, quæ eft omnis homo non albus, nam ambæ falfæ, fed hæc, non eft omnis homo albus, & in omnibus talibus fimiliter. Plane igitur per hanc materiam redargutum eft φ fimplicis affirmationis non eft negatio ipfa ex tranfpofitione affirmatio, nam ambæ ex neceffitate falfæ funt, fed fimplex negatio. Illud autem negatio fimiliter verificatur

rificatur, id est in omni tali materia, similiter negatio vera est existente affirmatione falsa. Idem autem significat hæc non sunt alba omnia, & illud non est album vnumquodque, nam tanquam expositiuum prioris secundum induxit. Similiter autem & huius est omne animal album non hoc est non album esse animal negatio. Nam ambæ falsæ, sed illud non est omne animal album, per hæc etiam mentionem fecit de illatione propositionum, nam propositum est ostendere quod nõ sunt negationes simplicium affirmationum, ex transpositione affirmationes ad sermonem de illatione propositionum conferebat, quem explens rediit ad propositum. Vt igitur (inquit) in ipsis indefinitis simplicibus affirmationibus non sunt negationes affirmationes ex transpositione, sic neque indeterminatis. Quod igitur non est huius omne animal album negatio ea quæ est omne animal non album breuiter ostendit, nam affirmatio (inquit) & negatio contradictorie oppositæ & in entibus & non entibus diuidunt verum & falsum & in nullo simul falsificantur, ea autem dicens omne animal album, & hæc omne animal non album simul falsificantur, igitur negatio huius omne animal album nõ est omne animal non album, si autem ipsæ non contradictorie opponuntur, neque est simplicis affirmationis, huius omne animal album negatio hæc omne animal non album quæ est affirmatio ex trãspositione, neque in aliis omnibus idem erit. Etsi in quibusdã alia verificabit, & alia falsificabitur ceu in materia necessaria omne animal substantia, omne animal nõ substantia Non enim in aliquibus sic se habet cõtradictio, dico, scilicet diuidere verum & falsum, & in quibusdam non, sed semper in omnibus.

Quoniam vero manifestum quòd diuersum significat, est non album, & non est album: & illud quidem affirmatio: hoc autem negatio: manifestum quòd non est idem modus ostendendi vtrunque.

Rediit ad propositionem ab initio, ideo hæc omnia dixit. Nam propositum erat de resolutione syllogismorum docere, & ob id mentionem fecit de affirmationibus ex transpositione, quod si aliquando tale problema inueniemus, non oportet putare ipsum negatiuũ esse, & ob id ipsum reducere in syllogismum negatiuũ. Hoc igitur erat propositum, & ob id ostendit, quod nõ sunt negationes ipsæ affirmationes ex transpositione, & interim disseruit de illatione ipsarum. Hæc igitur cum expleuisset, reuersus est ad propositum, quia igitur demonstrauimus (inquit) quod non idem significat, hoc non est album, & est non album, & quia aliud est negatio & aliud affirmatio ex transpositione. Planum erit quod non vno modo vtrunque problema ostendetur, sed aliud non est album cum sit negatio per negatiuos syllogismos concluderetur, & illud non album cum sit affirmatio per affirmatiuos, quare & resolutiones tales.

Vt quoniam quodcunque sit animal non est album, aut contingit non esse album.

Idest vniuersalis negatio simplex quod nullum animal album vel contingit nullum animal esse album.

Et quod verum dicere non album: hoc enim est esse nõ album.

Idest affirmatio ex trãspositione cum sit vniuersalis & ipsa, nam de communi intelligendum est quod erit animal, i. omne animal verum dicere non album. Deinde ad apertius progrediens subinnxit. Nam hoc inesse non album. Nam dicere (inquit) quod omne animal verũ dicere non album, idem est cum hoc dicere quod omne animal non album est. Nam verum (inquit) cui est similiter ordinatum, i. æquiualent hæc inter se, quare inter se vicissim mutantur & sese inferunt, & ponit pro hoc est verum omnis homo animal est, omnis homo verũ dicere quod animal est quod æquiualet illud est verum. Ostendit ex hoc negationẽ ipsi esse addẽdam esse, & nõ aliter fieri negationem, nisi eidem negatio coordinaretur, ceu & hoc est. Huius verum dicere album, negatio est hæc, non verum dicere album, non tamen verum dicere non album ceu causa huius est album hæc non est album negatio non hæc est non album.

Sed de eo, quodcunque sit album, verum est dicere album, siue non album idem modus. Constructiue enim ambo per primam monstrantur figuram: verum enim & esse similiter ordinantur: eius enim quod est verum dicere album, non hoc quod est verum dicere non album negatio, sed hæc non verum dicere album.

Nam si ostensum est quod affirmatio est, & est vniuersalis, & vniuersale affirmatiuum in prima figura solum ostenditur, ambabus propositionibus existentibus affirmatiuis profecto in hoc resoluendum est tale problema.

Si itaque verum est dicere, quodcunque sit homo, musicum esse, aut non musicum esse, quodcunque sit aĩal accipiẽdum, aut esse musicum, aut esse non musicũ, & ostensum est.

Exemplum ponit quomodo concluderetur tale problema dico, scilicet affirmatiuum vniuersale simplex & ex transpositione, quod & sic de medio maior prædicari debet, ceu etiam de minore, ceu quod omnis homo musicus, omnis homo animal, omne animal musicum, igitur omnis homo musicus, rursus quia omnis homo non musicus, omnis homo animal, omne animal non musicum, igitur omnis homo non musicus.

Non esse autem musicum quodcunque sit homo destructiue monstratur secundum dictos modos tres.


Negationem posuit ex transumptione, dico, scilicet nullus homo non musicus, hæc igitur (inquit) monstrãda sunt per tres dictos modos. Hi autem sunt, quando secundus primæ figuræ, & duo primi secũdæ. Nam per hos solos vniuersale negatiuum ostenditur.

Simpliciter autem quando sic se habent A & B vt simul quidem eidem non contingant: omni autem ex necessitate alterum, & rursus C ad D eõsimiliter: sequitur autem ex C A & non conuertitur: & ex B D sequetur & non conuertetur: & A & D contingunt eidem: a vero & C non contingunt. Primum igitur quòd ex B sequitur D hinc manifestum: quoniam enim ex C D alterum ex necessitate omni, cui autem B non contingit, C eo quòd simul infert A, A vero & A non contingunt eidem, planum quod D sequetur a: Rursus quoniam C non conuertitur cum A, omni autem C aut D contingit A & D eidem inesse, a vero & C non contingit eo quòd A consequitur ex C. accidit enim quoddam impoßibile: manifestũ igitur quòd neque B cum D conuertitur, quoniam accidit simul D & A inesse.

Rursus repetit quæ dicta sunt de illatione propositionum simplicium & earum ex transpositione, nam quia superius in quadam materia exercuit sermonem accipiendo lignum album & lignum non album, hic vniuersaliorem efficiens demonstrationem producit illationem in elementis. Accipit igitur rursus duas oppositiones, simplicem, scilicet & illam ex transpositione, vnam quidem contradictionem A B. alteram autem C D, quia igit ex affirmationibus negationes sequuntur &

& nō conuertuntur, & quod nequeunt affirmatiuæ simul verificari, & negationes possunt vult ostendere, & ponit igitur c B affirmationes, aliam simplicem, & aliam ex trāspositione, & reliquas D: dico & A harum negationes.

Negatio simp. Contradictio simp. Affirmatio simp.



C D

Contradictio ex transpositione nulli ambo.

Affirmatio ex transpōne. Negatio ex transpositione,

Cum vsus sit tribus suppositionibus reliquas ostendit, vnam quidem ꝙ contradictorie opponuntur A & B & etiam C & D. Secunda autem ꝙ necesse omni vel A inesse vel B, & rursus omni ex necessitate, vel C vel D. Nam talis est contradictio. Tertia suppositio ꝙ ipsum C sequitur A & non conuertitur; dico, s. ꝙ non sequitur ipsum A C. His suppositis ostēdit alteras tres, vnam quidem ꝙ ex B ipsum D sequitur & non conuertitur, & ꝙ C & B quæ supponuntur affirmationes nunquam de eodem simul verificantur, & ꝙ A D, idest negationes contingit de eodem simul verificari, proposita igitur hæc sunt, primum autem ostēdit, ꝙ ex B ipso sequitur D eodem modo. Nam quia supponitur ꝙ horum C D alterum omni ex necessitate inerit, quia contradictorie oppositioni nisi inerit ipsi B, ipsum D necesse est certe C inesse, sed si C inerit ipsi B & supponitur sequi A ex ipso C, idest cui inest C eidē C inest A sed ipsi B inest C, igitur A inerit ipsi B, cui igitur B eidem etiam A quod est impossibile, quia cnotradictorie opponuntur & impossibile sequutum est, quia supponebatur ipsi B inesse D. Si ergo hoc falsum, verum erit, certe ipsi B inesse D. Nā supponebatur ex necessitate omni, vel C vel D, sic igitur ostendit ꝙ ex B sequitur D. consequens autem erat statim ostendere ꝙ non conuertitur, i. non cui inest D eidem etiam B, sed quia ad ostensionem huius ostendebatur ꝙ A D contingit eidem adesse. Nam quia supponitur ꝙ non conuertitur C ad ipsum A, idest non in quibus A omnino, & C si acciperentur hæc in quibus A inest, & C non inest, quia de omni vel C vel D. non inest autem C quia ipsum A inest, igitur ipsum D inerit ipsi A, igitur A D contingit eidem non esse. Deinde statim copulat, & quod C & B nō contingit eidem, nam si cui B eidem etiam C quia cui eidem C ipsum A. nam supponitur ex ipso C sequi A, cui igitur B eidem et A contradictio ꝙ est impossibile, igitur nulli eidem ipsum C & B inerit. His autem ostensis ostendit ꝙ non conuertitur B cum ipso D. nam hoc relinquitur, dico, scilicet ꝙ nō in quib' ipsum D, prorsus in eisdē & B quia ostensum est ꝙ in quo ipsum D in his cōtingit et ipsum A. nam si in quibus A in his etiam B contingit, & in quibus D in his omnino, & B igitur in quibus A in his etiam ipsum B quod est impossibile. nam contradictorie opponuntur, igitur non sequetur ex ipso D B. Sed ad verba (simpliciter autem quando sic se habent A & B vt simul quidem eidem non contingant, omni autem ex necessitate alterum: & rursus C ad D, cōsimiliter autem.) Primæ duæ suppositiones ꝙ contradictorie opponuntur A & B: & adhuc C & D, & quod omni ex necessitate alterum contradictionis vtriusque. Equidem sequitur ex ipso C A & non conuertitur. Tertia suppositio quod ex B sequetur D & non conuertitur, & A & D cōtingūt eidem, & B & C non contingunt, reliquas tres prius inuulgauit quas vult ostendere. Si autem aliquis instat contra tertiam suppositionem dico, s. vnde apparet ꝙ sequitur ex ipso C ipsum A & non conuertitur? Sciat, ꝙ si acciperetur aliqua materia ex ipsa euidentia probabilis, vt posuimus superioribus exemplis, cætera contextus verba sunt plana.

Accidit autem quandoque & in tali terminorum ordine decipi, eo quòd non recte accipiuntur opposita, quorum alterum necesse est omni inesse, quemadmodum si A & B non contingunt simul eidem. necesse autem. alterum inesse cui non alterum: & rursus C & D consimiliter: ex quo autem omni C sequatur A. accidet enim cui D ipsum B inesse ex necessitate: quod est falsum, sit enim accepta negatio eorū quæ A B quæ est in quo Z, & rursus eorum quę C D quæ est in quo H. necesse igitur omni, aut A; aut Z. aut enim dictionem, aut negationem, & iterum vel C vel H, dictio nanq; & negatio.

Quoniam ostendit ꝙ illatio propositionum simplicium & propositionum ex transpositione cōuerso modo se habet dico, i. ꝙ ex simplici affirmatione negatio ex transpositione sequitur, & econtra ex affirmatio simplex negatio, & quod non vno & eodem ordine illæ ex transpositione sequuntur simplices, vel simplices ex iis ex transpositione, vbi quibusdam potest accidere aliqua deceptio per quam videretur contingere eodem ordine non solum ex ipso C A sequi, sed etiam ex ipso D ipsum B. ponit igitur & nititur tanquam per omnia ostendere verum esse sermonē de illatione, & per quæ ipsum per se ostensum est, & per quæ rationes probantes contrarium confutantur. Accidit (inquit) talis deceptio nisi pulchre accepta fuerit opposita, ceu siquis censeret ꝙ contingit ipsius A & ipsius B, vnam negationem esse & hanc esse Z, & communiter ambabus & seorsum vtraque, ceu sit B est bonum, & A non est bonum, & harum ambarum supponatur vna esse negatio Z hæc, scilicet non est bonum, neque non est bonum. Rursus ipsius C & D, dico, scilicet huius est non bonum, & non est non bonum negatio T H, & illud neque ratio est non bonum neque est non bonum.

A Non est bonum B Est bonum
C Est non bonum D Non est non bonū

Sequitur simplex ex transpositione.

Z Neque est bonum Neq; non est bonū
T H Neq; non est non bonū Neq; est non bonū.

Ex transpōne simplex ambabus negationibus.

His igitur sic se habentibus demonstrabitur ꝙ vt ex ipso C sequitur A, sic ex ipso D sequitur B. Nam quia Z negatio est ipsius. in omni autem vel A vel Z per eadem oportet

oportet in omni vel C vel T H. Nam negatio ipsius C ipsum T H. supponitur autem quod cui ipsum C inest, hoc omni accidit A. Necesse omnino & cui Z eidē omni, ipsum T H. inesse, nam quia omni vel T H vel C vel non T H inest huic, cui inest Z ipsum C inerit, sed si cui Z huic etiam C & cui C eidē subiicitur A, igitur cui Z eidem etiam A inerit, quod est impossibile, nam contradictio est A Z. Si ergo cui Z eidē C nō cōtingit, certe necesse est ipsum T H quia in omni vel C vel T H. Rursus quia B contradictio est ipsius B, igitur omni vel B vel Z. per eadem antem in omni vel D vel T H, ostensum autem est quod cui Z eidem etiam T H, igitur cui D eidem etiam B. nam si cui D eidem non inerit B, quia in omni vel B vel H, cui igitur D eidem Z inerit, sed cui Z inest, eidem ostensum est etiam T H inesse, cui igitur D eidem etiam T H inerit cōtradictio quod est īpossibile, non igitur cui D eidem etiam Z, relinquitur igitur B: si ergo cui D, eidem etiam B & supponitur cui C eidem etiam A, igitur secundum vnum & eundem ordinem vel ex simplicibus sequētur istæ ex transpositione vel ex illis ex transpositione sequentur simplices. At contrarium ostendebatur prius. Modus igitur deceptionis talis est. Accideret autem quia male assumptum est Z esse negationē huius A & B similiter, & T H huius C & D. Nam falsum quod in omni vel A vel Z, & rursus vel B vel Z: similiter & in ipsis C D T H. nam huius est bonum quod erat B negatio est non bonum, nō tamen neque bonum est, neque non est bonum, nam impossibile est aliquid quod neque bonum est neque non est bonum, sed omnino alterum necesse est, similiter autem neque ipsius A quod erat non est bonum negatio est Z neque huius bonum est neque non est bonum, nam simul comprehenditur cum ipso Z ipsum A. nam non est bonum idem est huic neque bonum est, similiter autem neque T H negatio demonstrabitur, vel huius C vel huius D. Hoc autem concesso deceptio procederet, quare cum non vniuersaliter accipiantur opposita, dico, scilicet affirmationem & negationem oppositas, contradictorie factus est error, Quia opposita non accipiuntur recte, quarum alterum necesse est inesse, idest contradictorie opposita. Nam in his solis oppositis necesse de omnibus, & non communibus alterum esse verum & alterum falsum, ceu si A & B non cōtingant simul eidem. Repetit tres suppositiones à principio, quibus suppositis ostendebatur dicta propositionum sana illatio esse. deinde his suppositionibus connectit deinceps falsam suppositionem & deceptio fit.

Et cui C omni, suppositum fuit A.

Vna erat hæc suppositio ex acceptis à principio.

Quare H cui omni Z. Rursus quoniam eorum quæ Z B omni alterum, & eorum quæ H D consimiliter.

Et diximus quomodo, quia necesse oī vel T H vel C, non contingere autem C ipsi Z: quia A secū simul infert.

Sequitur autem ex Z H & ex D sequetur B. hoc enim scimus: si igitur ex C A & ex D B, hoc autem falsum: econuerso enim erat in sic se habentibus consequentia.

Si enim de omni vel B vel Z, non sequitur autem ex ipso D B ipsum Z sequetur, sed impossibile, nam secum infert T H quia ostensum est quod ex ipso Z sequitur T H, quare si nōn contingeret ex ipso D sequi Z & B sequetur ex necessitate, sed ostensum prius falsum esse tale. Non enim sequebatur ex ipso D B. Quæ igitur sit huius falsitatis causa induxit.

Non enim fortasse necessarium omni A aut Z neque Z aut B, non enim Z est negatio ipsius A.

Idest male assumptum est quod Z negatio sit vtriusque, dico, s. huius A & B: deinde hæc in materiis ostendit.

Non boni negatio non bonum: non est autem idem non bonum ei, quod est neq; bonum neq; non bonum. Similiter aūt & in C D, negationes enim acceptæ duæ sunt.

Idest huius est bonum, illud non est bonum, & Z erat neque bonum est, neque non est bonum, si ergo negatio est huius est bonum illud non est bonum, & non idē est non est bonum, cum hoc neque bonum est, neque non est bonum, modo igitur negatio huius A Z. Similiter autem & in reliquis iam prædiximus.

Lib. 4. Priorum Resolutiuorum Aristotelis cuius Commentarium Græcum est Ioannis Grammatici Lucillo Philalthæo Interprete.

FINIS.

COMMENTARIVM IOANNIS GRAMMATICI in Secundum librum Priorum Resolutiuorum Arist.

Lucillo Philalthæo Interprete.

De Potestatibus syllogismorum.

Caput primum. Ex syllogismis qui nam plures conclusiones concludere possint.



IN *quot igitur figuris, & per quales, & quot propositiones, & quando, & quomodo fit syllogismus. Amplius autem in qualia aspiciendum destruenti, ac construenti, & quomodo oportet quærere de proposito secundum qualemcunque methodum. Amplius autem per qualem viam accipiemus principia de singulis, iam transiuimus.*




HVIVS tractationis intentio secundum Alex. est dicere ea, quæ restant primi lib. quæ sunt hæc, quod ex falsis, verum concluditur, & quod ex veris verum. Sed secundū eos qui exactius dicunt, hæc est intentio, quia in primo libro formam syllogismorum dixit, in hoc materiam inquit, forma autem erat conclusio, & materiæ propositiones & hæc est intentio. In procemio itaque repetit ea quæ dicta sunt in primo libro, quia ostendimus in quot figuris fiunt syllogismi. Nam in tribus & per quas propositiones, videlicet in prima figura maiore vniuersali existente & minori affirmatiua, & in secunda maiore vniuersali & minore existente dissimili figura secūdum qualitatē. Sed in tertia minori existente affirmatiua, per quot) quia ad minimum duabus est opus. Et quando & quomodo.) Hæc quidem prius dicta sunt in prima sectione primi libri, & in secūda sectione dictū est quomodo oportet probare, quia debemus accipere prędicata subiecti, aliena, & in tertia sectione de resolutione dixit, qua methodo

vtentes debemus redire ad principia syllogismorum. Hęc igitur dicta sunt in primo libro. In quot igitur figuris & per quales,) quia de materia syllogismorum dicturus est, is liber erit nobis vtilis ad tractandũ de locis argumentorum, vt etiam primus vtilis est ad demonstrationem, & sicut ille confert demonstrationi, sic etiã iste ad tractanda loca & sedes argumẽtorum iuuat.

Sed quoniam alij syllogismorum vniuersales sunt, alij secundum partem, vniuersales omnes semper plura ratiocinantur ex ijs vero qui in parte, affirmatiui quidem plura, negatiui aũt conclusionem solã talis nanq; propõnes conuertuntur, priuatiua vero non conuertitur. Conclusio autẽ aliquid de aliquo est: quare alij quidem syllõ plura ratiocinantur, quẽadmodũ si A mõstratũ est oĩ B aut alicui: & B alicui A necessariũ inesse, & si A nulli B: & B nulli A. Hoc aũt diuersum à praecedẽti. Si vero A alicui nõ insit B, nõ necesse & B alicui A nõ inesse. Contingit.n. oĩ inesse. Hęc itaq; cõis oĩum causa & eorum qui vniuersaliter, & eorum qui secundũ partem.

Hic expleuerat procemium, & in his vult significare q vĩes syllõ affirmatiui & negatiui, & soli particulares affirmatiui plus rõcinanſ, sed pticulares negatiui non amplius. cur? quia vĩa ꝓblemata cũ pticularibus cõuertunſ, & pticularia in seipsis, dico, s. affirmatiua, similr & negatiua vĩa ĩ seipsis, sed pticulare negatiuũ, nec cum alio, nec in seipso. Concłonẽ inquit indefinitã esse, nam hoc indicat p hęc cũ dicit aliquid de aliquo, ne quis existimet frustra hęc dici, quia plures sunt syllõ q̃ in tribus ꝓblematibus (inquit) qđ cõclusio in vnoquoq; est definita, ne quis dicat A alicui C, & C alicui A, idẽ sunt & nõ sunt plures ořones, dicimus qđ vnaquæq; est definita, & vnaquæq; est aliquid de aliquo. Nã alterũ facere subm C & prædicatũ A, & alterum subiectũ A, & prędicatũ C. ideo & ipse plane dicens de vniuersali negatiua, quod si nulli A ipsum B, & A nulli B, hoc inquit alterum esse A priore, nam ex necessitate alterũ est, nam q erat prius habuit prædicatum B & subiectum A. Secundum vero habuit prædicatum B & subiectum A, quare hæ orationes sunt inter se diuersæ. Sed quõ plures conclusiones concluduntur considerandum est, vt totum fit de vniuersali affirmatiuo, ceu si A forte omni C & C omni B, & A igitur omni B: & B alicui A, similiter de particulari affirmatiuo. Nã, si A omni C: & C alicui B igitur A alicui B, igitur & B alicui A: quare plures sunt syllogismi. Similiter etiam de vniuersali negatiuo, quia A nulli B: & B nulli A: & in particulari negatiuo non, quia non contingit conuerti, proinde neque possibiles fiunt syllogismi. Conclusio autem dicit aliquid de aliquo, quia vnaquęq; est definita, ex cõuersione facta, si aũt vnaquæq; definita, profecto alter est syllõ, nam illud aliquid de aliquo idẽ idicet, q vnaquæque definita est.




His tribus modis tres concluduntur conclusiones. 3. prima ... conuertitur.

Est autem de vniuersalibus & aliter dicere. quæcunque enim aut sub medio sunt, aut sub conclusione, omnium erit idẽ syllõs si hęc in medio, illa in conclusione posita fuerint.

Sic igitur ex facta cõuersione ostensi sunt facti esse plures syllogismi. Sed est etiam aliter dicere q plures fiunt syllogismi ex ipso de omni & nullo, ceu in exemplo declarationis cã. Suba oĩ aĩali, aĩal oĩ homini, substãtia oĩ homini, quia de oĩ homine prædicatur animal, iccirco de Soc. Plat. Alcibiade, igiŧ & de his oĩbus substantia, quare plures syllogismi ex ipso de oĩ. Similiter ex ipso de nullo plures syllogismi fiunt, ceu inaĩatum nulli animali, & animal oĩ homini, igitur & Socrati, Platoni, igitur de his non dicitur inanimatum, & sic ex ipso de omni, & ex ipso de nullo plures fiunt syllogismi, non solum autẽ in his, sed etiam in medio termino, ceu q animal de equo, de homine cane, igitur substantia, quare similiter erit syllogismus, non tamẽ idem. Etenim hic est affirmatiuus, & alter negatiuus. Dicit aũt (sub cõclusione) Debemus memoriter tenere q vocauit extremũ terminũ cõcłonẽ, ꝓfecto tanq̃ illi extremũ vel iesse vel nõ inesse dicimus, idẽ syllogismũ, pro eo q est similis.


Vt si A B conclusio per C quæcunque sub A aut C sunt, necesse de omnibus dici A, si enim D in toto B, A vero in A & D erit in A. Rursus si E in toto C, C autem in A: & E in A erit: cõ similiter & si priuatiuus syllogismus.



Plures hĩ modi varias concludendũ conclusiones, vt dici de omni & de nullo.

Idem exẽplum, velut in elementis autẽ facit rõnem, vt (inquit) si A cõcluderet oĩ B per C: & est D pars ipsius B, igitur & partes prædicantur, rursus si oĩ C ipsum A, & pars ipsius C est E: & A oi a quare plures sunt syllõ.

In secunda autem figura quod sub conclusione solũ erit rõcinari: veluti si A nulli B. C aũt omni, conclusio quod B nulli C, si igitur D sub C est, Planum quòd B non inest ipsi, iis vero quæ sub A quòd B nõ inest nõ manifestũ per syllõm, at qui nõ inest B ipsi E si est sub A, sed B quidẽ inesse nulli C mõstratũ est per syllõm: ipsi vero A nõ iesse, idẽ mõstratũ sumptũ est.



In prima

In prima figura, vt demõstrauimus, plures sylls esse oñdunt ex ipso de oĩ, sed in scđa fig. sic ostendi nõ pñt, Nam si A nulli B & C oĩ, concl̃o est ꝙ B nulli C. est aũt pars ipsius C ipsum D. Planum aũt est, ꝙ.n. ipsi D non inest B, si vero a pars ipsius A non patet: si B non inest a. Nisi fiat conuersio. Si.n. A nulli B & ipsum B nulli A, & sic patet ꝙ neq; partibus ipsius A inest, si aũt non fiebat conuersio non planum fiebat ꝙ B non inest ipsi a.

Quare non propter syllogismum accidit B non inesse ipsi B. In his vero quæ sunt in parte, eorum quidem quæ sub conclusione sunt non erit necessarium: non enim fit syllogismus.

Non per syllogismum primum, quia per conuersionẽ ostẽditur ꝙ B ipsi B nõ inest, quia B est pars ipsius A.

Quoniam hæc accepta fuerit in parte: eorũ vero quæ sub medio, erit omniũ, præterquam quòd non per syllogismum.

Quia cõcludemus pticulare affirmatiuũ, aliqua entia sub medio pñt oñdi p ipsum de oĩ, & aliqua sub extremo termino nõ pñt, qa ĩuenit maior particularis & in prima fig. assyllogistica, ceu si A alicui C, & pars ipsius C ipsum E: quare ipsum C alicui B, & A alicui C & inuenit maior pticularis & assyllogistica ĩ prima fig. pñt ãt oñdi aliqua exñtia sub medio termino p ipsum de oĩ, ceu si A oĩ B & D est pars ipsius B, quare & A oĩ D, quare rebus quę sunt ad mediũ terminũ inest extremũ, & rebus quæ sunt sub extremo non potest ostendi ꝙ inest.

Vt si A omni B, B vero alicui C. eius enim quòd sub C positum est, non erit syllogismus, eius vero quod sub a erit: sed non propter antea factum.

Exñtibus sub C extremo non fit sylls, qa ĩest extremũ, sed nõnullis exñtib⁹ sub B fit, qa maior vl̃s seruat.

Consimiliter ãt & in aliis figu. eius.n. quod sub conclusione est, nõ erit, alterius vero erit, præterquã quòd nõ propter syllm: sed quẽadmodum et in vl̃ibus ex indemõstrabili propositione, quæ sub medio erunt, monstrabantur: quare neq; ibi erit, aut & in his.

Et in aliis figuris (inquit) hoc est ostendẽdũ ꝙ extremum medio & partibus inest, ceu in ꝓpõnibus vl̃ibus, vel quia põt ostendi etiam de extremo termino, ceu in pticularibus cõcl̃onibus. Sed vl̃em enũciationẽ dicit vt vbiq; sit. Nã si nõ erit & ĩ his pticularibus sylls secũdæ figurę & tertiæ, neq; ĩ particularibus primę erit, neq; in particularibus affirmatiuæ erit. Nã põt ostendi pars ipsius C, i. a ꝙ inest extremo vt pro C accipio B.

Caput secundum. De eo quod est ex falsis ratiocinari.

Est itaq; ita se habere, vt verę sint propõnes per quas sylls, est ãt vt falsæ, est vero vt hæc quidẽ vera, illa ãt falsa. Cæterũ cõcl̃o aut vera aut falsa ex necessitate, ex veris igit̃ nõ est falsum rõcinari, ex falsis ãt est verũ, præterquã quòd non propter qd, sed qa, eius.n. quod est propter qd nõ est ex falsis sylls, ob quã vero cãm ĩ sequẽtibus dicet̃.

Vult oñdere hic Arist. qũo ex ꝓpõnibus cõcludunt̃ cõclusiones. Etenim ꝓpõnes vel ambæ veræ, vel ambæ falsæ, vel altera vera, & altera falsa, & si ambæ veræ: vera etiam conclusio, si aũt ambæ falsæ, aliqñ vera, aliqñ falsa, si aũt ad aliquid falsum, si maior falsa & minor vera, conclusio falsa, si vero maior vera, minor falsa, conclusio vera. Dicit igitur quod ex ambabus falsis est concludere in syllogismo veras cõclusiones, sed huius quia syllogismus, non huius propter quid. nã scire oportet, ꝙ si veræ sunt ꝓpõnes, medius habet cãm per q̃ connectit extremũ extremo, nã p mediũ terminũ extremum de extremo oñditur, & est sylls pp quid, si aũt falsæ sunt ꝓpõnes, & vera conclusio, idipsum solũ concluditur ꝙ extremũ extremo inest, & solũ quia. nã neq; cãm habet medius terminus in falsis propõnibus, qa extremum extremo connectitur, quare differt vera cõclusio & illud ex veris ꝓpõnibus cõclusione vera, & illud ex falsis, & quia vera ex veris habet syllm pp quid & vera, ex falsis solũ, quia dicit igitur primum de ea quæ est ex veris ꝓpõnibus ꝙ non contingit falsum concludi, sed omnino verum. Scire autem oportet ꝙ verum vocauit ens, & falsum non ens, & ens verum & non ens falsum.


Primũ ergo quòd ex veris non possumus falsum rõcinari, hinc manifestũ, si.n. A existẽte necesse est B esse, B nõ existẽte, necesse est A non esse si igitur verum est A necesse est, B verũ esse, aut accidet idẽ simul esse & non esse, hoc aũt ĩpossibile.

Volens oñdere ꝙ ex veris ꝓpõnibus vera fit concl̃o accipit ꝓportionẽ talẽ quandã, accipit A vt duas ꝓpõnes veras, & cõcl̃onem B, & dicit sic, si necesse est B nõ exñte neq; A esse, igit̃ necesse est etiã A exñte, & B esse. si aũt dicis ꝙ A exñte ipsum B non est, idẽ est, & nõ est, quod est absurdũ, nã diximus ꝙ verũ ens vocat & falsum nõ ens, igit̃ ex necessitate A exñte B sequitur, ens erit B vt verum, si aũt dicis ꝙ non verũ, sed falsum est, erit nõ ens, ꝙ est absurdum idẽ & ens & non ens dicit.

Nõ aũt qm̃ positus est A vnus terminus, existimet̃, cõtĩgere vno aliquo exñte ex necessitate aliquid accidere, nõ.n. possibile, quòd.n. accidit ex necessitate, cõcl̃o est, per q̃ aũt hoc fit minimis, tres termini, bina vero ĩterualla & propõnes.

Quia accepit A vt vnum terminum, & B vt cõcl̃onẽ veram, inquit, ne existimes ꝙ A sit vnus terminus & ꝙ ex vno termino conclusum, vt B. Nam falsum est, non enim ex vno termino aliquid concluditur, sed ex tribus terminis & duabus propositionibus assumptum est.

Si itaque verum est cui B inest, ipsum A omni, cui autem C ipsum B necesse est A inesse, & non põt hoc falsum esse, simul enim inerit idem & non inerit, A igitur tanquam vnum ponitur duæ propõnes simul acceptæ. Consimiliter aũt & in priuatiuis se habet, non enim est ex veris monstrare falsum.



Hic modus ex veris cõcludit verum.

Ostendit aũt propõne ꝙ A pro duabus propõnibus sumpta est, & tribus terminis: sit aũt quod ex veris verum concluditur, nam si necesse A inesse ipsi B: & B ipsi C, igitur & A ipsi C quare verum & ens cõcl̃o. Si autem aliquis dicet hoc falsum, idem ens & non ens ꝙ est absurdũ. Similiter & in negatiuis est verũ ex veris oñdere.

Ex falsis aũt verum est rõcinari & vtrisq; propõnibus existẽtibus falsis & vna, hæc aũt nõ vtralibet, sed secũda, si totã accipiat falsam, si vero nõ tota accipiat̃, est vtralibet.

Cũ dixerit de his quæ fiunt & concluduntur ex propõnibus veris, nũc de cõclusis ex falsis, & dicit qñ falsa cõcludit̃ & qñ vera. Ex falsis itaq; ꝓpõnibus concludẽtibus ĩ prima fig. syllm, vel ex ambabus falsis, vel altera sola, & si ambabus falsis, vel ambabus totis falsis exñtibus & cõcludunt̃ duæ cõiugationes affir. & neg. vel ambabus propõnibus, ꝙ quoad aliquid exñtibus falsis, & aliæ duæ fiunt coniugationes vna affirmatiua & altera negatiua, vel altera tota falsa, & altera quoad aliquid falsa. Et hoc dupl̃r, vel.n. maior ad aliqd falsa, & minor tota falsa, & fiunt aliæ duæ affir. & neg. quare tandẽ ha-


bemus octo cõiugationes, duas quidẽ ex totis falsis, duas aũt ex ambabus quo ad aliquid falsis. Et quatuor ex alia tota, & alia fm aliquid falsa. Sic si ex ambabus falsis, & ex altera falsa, & altera vera, & hoc dupli, vel. n. maior falsa & minor vera, vel minor falsa & maior vera. Et si maior falsa, minor vera, vel tota falsa, & facit duas cõiugationes affir. & nega. Vel ad aliquid falsa, & facit alias duas, vnã affirma. & vnam negatiuã. Si aũt maior vera & minor falsa, rursus vel tota vera & facit alias duas cõiugationes, vel partim vera, & facit alias duas affir. & negatiuã, quare fiunt oẽs. 16. Has ostendit Arist. licet nõ omnes. Nã eas, tota falsa, & partim falsa, quatuor coniugationes non ostendet tanq; manifestas ex aliis, & dicit q concludunt verã conclusionẽ si ambæ fuerint falsæ. Si aũt maior falsa, non concludit verũ, q est mirabile, qñ quidẽ ambabus propõnibus falsis exñtibus concludebatur, & maiore exñte falsa non concluditur.

Sit. n. A toti C inexistens: eorum autem, quæ A, nulli: neque A ipsi C. Contingit aũt hoc, vt lapidi nulli aĩal, & lapis nulli hoĩ. Si igiẽ acceptũ fuerit, A oĩ B: et B oĩ C: A oĩ C ĩerit. quare ex vtrisq; falsis vera conclusio: oĩs. n. homo animal.

Primum dixit de cõiugatione ex ambabus totis falsis, sed totum vocat falsum, cuius cõtrarium verum est, ceu oĩs hõ volatilis, ceu falsum, quia contrarium verũ, nullus homo volatilis est, & falsum fm aliquid vocat, cur contradictorie oppositum est verum: ceu oĩs hõ albus, hoc falsum est fm aliquid, quia oppositum ei contradictorie est verum, illud, s. non oĩs homo albus. dicit igitur primo de coniugationibus ex ambabus falsis. Nam dicit, sit quod conclusio sit A omni C. sint autem propositiones veræ quidẽ vt negatiue A a & B C. falsæ aũt vt affirmatiue, vt sint totę falsæ, ceu A omne B q est falsum. Nam erat verum nulli eorũ quæ A, & B omni C: q est falsum. Nam verũ erat nõ omni, igitur concluditur quod A omni C q verũ est. Et considerabimus hic. Nã quia vere existentes ꝑpões assyllogisticæ fuerant. Nam ambæ negatiuæ & concludebant oĩs & nullus, iõ assyllogisticæ sunt, falsæ aũt factę concluderent falsum. Nam si veræ ꝑpões existentes assyllogistica esset coniugatio, & si falsæ existentes syllogistica erit: sed etiam hoc scire oportet, quod ambabus exñtibus falsis non semper conclusio vera, sed qñ exñs syllogistica talem conclõnem conclusit, ceu si assyllogistica exñs coniugatio conclusit affirmatiuũ, & falsis mutatis in affirmatiuas, concludet etiam affirmatiuũ verũ ex falsis, qñ aũt ex veris ꝑpõnibus assyllogistica exñs coniugatio concludit negatiuũ transmutatis ꝑpõnibus falsis cõcludẽt falsam conclusionem, per quod non semper ex falsis verum, igitur nõ semper tanq; de terminis dictum accepit. Si enim A toti C inexñs, & ipsi A nulli sic verę accepte, & falsæ ecõtrario accepte prædicatiue & negatiue.

Similiter autem & priuatiuum: est enim A & B nulli C inesse: A tamen omni B: veluti, si eisdem acceptis terminis, medium positum fuerit homo, lapidi enim, nec animal, nec homo vlli inest, animal vero omni homini: quare, si cui quidem oĩ inest, accipit nulli inesse, ex falsis vtrisq; vera erit cõclo.


Dixit de vna coniugatione affirmatiua quæ est ex totis falsis, nunc de alia dicit negatiua ex totis falsis concludẽte verum, si ergo existentibus veris animal omni homini, & hõ nulli lapidi, accipiamus ipsas falsas faciemus conclõnem verã sic aĩal nulli homini, & hõ oĩ lapidi, ecce tota falsa, & tñ aĩal nulli lapidi est verũ. Ecce & hic veris exñtibus propõnibus falsa conclõ & assyllogistice & falsus fit syllogismus, quia eisdẽ acceptis terminis. Eisdem, s. iam terminis dictis paulo superius.



Duo modi concludentes verum ex vtrisq; falsis.

Consimiliter autem monstrabitur & si ad aliquid falsa vtraque accepta fuerit.

Dixit de duabus cõiugationibus ex ambabus falsis, & debuit dicere restari de quatuor cõiugationibus ex tota falsa, & ptim falsa, q̃ sunt ex ambabus falsa, & ptim siue fm aliquid falsis. Verum ipse silentio has transiit tãquã manifestas ex aliis coniugationibus q ipsæ veram conclusionem concludunt. Dicit aũt de ambabus falsis fm aliquid q cõcludunt verã conclõnẽ, ceu acceperis aĩal oĩ albo, ecce falsum fm aliquid. Nam de coruo falsum, & de cane verũ, album oĩ homini, & hæc falsa fm quid, & tñ animal omni homini, similiter etiam de negatiua lapis nulli albo, album omni homini, ecce ambæ falsæ fm aliquid, & tñ lapis nulli homini quod est verum.



Duo modi concludentes falsum ex falsis secundi parti.

Quod si altera falsa posita fuerit prima existente tota falsa, vt ipsa A B non erit conclusio vera, ipsa vero B C erit.

Cum expleuisset sermonem de ambabus falsis fm aliquid, nunc processit ad aliam diuisionem dicentem aliam esse veram, & aliã falsam. Et hoc erat bifariam, etenim & maior falsa, & minor vera, vel maior vera, & minor falsa, & si est maior falsa, vel tota falsa, vel fm qd falsa, Et śquit q si erit minor tota falsa nõ cõcludet vera conclusio, si autem fuerit hæc B C minor propositio falsa concluditur. Rursus si etiam maior fuerit tota falsa, concluditur falsa fm quid vt ostendemus.

Dico autem totam falsam contrarium, quemadmodum si nulli inexistens omni acceptum fuit, aut si omni, nulli inesse, sit enim A B nulli inexistens, B vero C omni.

Qualem dicit totam falsam habentem contrariã veram, & partim falsam hñtem contradictorie oppositã.


Si a C quidẽ propõnem veram accepero A, B aũt totam falsam, & A inesse oĩ B impose conclusionem verã esse, nulli. n. inerat eorũ quæ C, siquidẽ cui B nulli ipsum A: A vero oĩ C.

Dicit primũ de coniugatione habente maiorem totam falsam, & minorem veram, & tandem de affir. dicit q si A vere nulli B inest, deinde assumatur q inest oĩ, tota falsa est. Deinde & a ex veritate oĩ C non est verum dicere, q cõclusio est vera, ceu inaĩatum nulli aĩali verum, mutauit in falsam totam, & dixit inaĩatũ oĩ aĩali, animal oĩ homini verum, concluditur falsum q inanimatum oĩ homini. Sic vna coniugatio affirmatiua & negatiua falsa est sic animatum nulli animali quod est totum falsum, aĩal omni homini, aĩatum nulli homini q falsum, sic duæ coniugationes eædem habẽtes maiorem totam falsam non concludũt veram cõclusionem.

Consimiliter

Consimiliter autem neque si A omni B inest, & B ipsi C, accepta vero est B C propositio vera A. B autem falsa tota, & A nulli eorum, quibus B conclusio falsa erit, omni enim C inerit ipsum A, siquidẽ ipsum A, omni cui B: B vero omni C. Plurium igitur quòd si prima tota accipiatur falsa, siue affirmatiua, siue priuatiua, altera autẽ vera, non fit vera conclusio.

Rursus vt faciat negatiuam coniugationem falsam accipit negatiuam fallam propositionẽ maiorẽ, vt fit A nulli B: ꝙ est falsum, Nam oi animali inest animatum.




Hi duo modi habẽtes maiorẽ ex toto falsam, minorem verã non concludũt verum.

Quum vero non tota accipitur, falsa erit, si enim A inest oĩ C, alicui autẽ B, B vero omni C, vt aĩal cygno quidem omni, albo aũt alicui, album vero omni cygno, si acceptum fuerit A oĩ B: & B omni C ierit vere, omnis enim cygnus animal.

Si fuerit maior tota falsa non cōcluditur vera cōclo, si aũt ẽm aliquid falsa cōcluditur verum, vt fi affirmatiua fit aĩal oĩ albo, est falsa ẽm quid. Nã falsa de coruo, est de cygno vera, & albũ omni cygno, & similiter animal oĩ cygno, sic affirmatiue coniugatio cōcluditur.

Consimiliter & si priuatiuum sit A B, accidit enim A quidem alicui inesse, C vero nulli. B autem omni C vt animal alicui albo, niui autem nulli, album vero omni niui, si itaq; acceptũ fuerit A nulli B, B vero omni C: A nulli C merit

Vt vera affirmatiua concluditur conclusio, ita & negatiua vera maiore existente falsa secundum quid, ceu eius animal nulli albo falsæ secundum quid. Nam de solo cygno falsa est, & album omni niui, & tamen animal nulli niui, ꝙ est vera conclusio.



Modi duo, quorum maior partim est falsa, minor autẽ vera, concludunt verum.

Quòd si A B propositio tota accepta fuerit vera B. C autem tota falsa, erit syllogismus verus, nil enim prohibet A B & C omni inesse, B autem nulli C vt quæcunque eiusdem generis species non subalternæ, animal enim & equo & homini inest, equus vero nulli hoĩ. Si itaq; acceptum fuerit A oĩ B, & B oĩ C vera erit ccōlusio, falsa tota existẽte B C propõne.

Assumpta maior propositio tota falsa & conclusit verum, & falsa secundum quid conclusit duas conclusiones veras. Nunc aũt accipit maiorẽ verã, & minorẽ totam falsam, & dicit veras fieri conclusiones, ceu aĩal oĩ hoĩ vera, & homo omni equo falsa tota, & tamẽ aĩal omni equo ꝙ est verum sic & affirmatiuum, tñ B nulli C si B nulli C verũ, sed vt fiat falsum acciperetur omni.

Consimiliter autem & priuatiua existente A B propositione. Contingit enim A & B & C nulli, quemadmodum ex alio genere speciebus diuersum genus, animal enim, neq; musicæ, neque medicinæ inest, neque musica medicinæ. Si igitur acceptum fuerit A nulli B, B vero omni C vera erit cōclusio, & si B C nõ tota falsa, sed ad aliqd, & ita erit conclo vera.

Negatiuam cõiugationẽ concludimus verã maiore exñte vera, & minore tota falsa, sic aĩal nulli musicæ ꝙ est verum, musica oĩ medicinæ ꝙ est falsum, & aĩal nulli medicinæ ꝙ est verũ, sic & ipsę cõiugationes veræ.

Nihil enim prohibet A & B & C toti inesse, B tñ alicui C vt genus speciei ac dñę. aĩal. n. omni homini & omni pedestri, homo vero alicui pedestri & non omni. Si igitur A oĩ B & B omni C: acceptũ fuerit A omni C merit, quod erat verũ.

Cũ dixerit ꝙ minore tota falsa exñte hũt cõclones veræ inquit, & non tota exñte falsa & maiore vera, verę fiunt conclones, vt aĩal oĩ hoĩ, hõ oĩ pedestri quod ẽm aliquid est falsum, & tñ aĩal oĩ pedestri ꝙ est falsum. Sic vniuersale affirmatiuum concludimus, terminos accipientes genus & speciem & differentiam, & ponentes extrema genus & differentiam, & medium speciem.

Similiter autem & priuatiua existente A B propositione. Contingit enim A & B & C nulli inesse, B tamen alicui C vt genus ex alio genere speciei & differentiæ.

Nunc alteram coniugationem dicit negatiuã quo cõcluditur, quia accipentes mediũ terminũ ſpẽm alieni generis, vt aĩal nulli prudẽtiæ, & prudentia omni contemplatiuæ, & tñ animal nulli contemplatiuæ, sic etiam negatiuum verum minore exñte falsa secundum quid, & explicuit oẽs coniugationes, cum dixit qñ ex falsis cõcluduntur veræ cõclusiones, & qñ non immutabiliter.

Animal enim neque prudentiæ vlli inest neque speculatiuæ, prudẽtia vero alicui speculatiuæ. Si igitur acceptũ fuerit A nulli B, B autẽ oĩ C, A inerit nulli C: hoc ãt erat verum.

Cum dixerit de concludentibus vkes cõclusiones in prima figura, nunc dicit de particularibus, rursus ex diuisione accipiẽs cõiugationes ꝙ particulariũ cõclusionum concludentium in prima figura, vel alia est vera & alia falsa, & minor vera, vel maior vera, & minor falsa. Et si maior falsa & minor vera, vel tota falsa maior & minor vera, & cõcludit vel affirmatiuã vel negatiuam, vel maior ẽm aliquid falsa, & minor vera, & concludit, vel affirmatiuam, vel negatiuã, si aũt maior vera & minor falsa non põt minor tota falsa accipi. Si. n. acciperetur tota vel affirma. accipiẽ vel negatiua, & si negatiua acciperetur minor asyllogisticæ sunt in prima figura, si aũt affirmatiua, necesse est etiã maiorem vlem esse, & ex duabus vlibus ꝓponibus cõclo fiet vlis. Sed nunc de pticularibus, quare minor falsa exñs nõ acciperet tota ꝑ dictas cãs, sed dũtaxat eas q̃ ẽm aliqd falsæ & fit affir. vel neg. coniugatio. Si aũt sunt ambæ falsæ, vel ambæ ẽm quid, & cõcludit affirmatiua, vel negatiua, vel maior tota falsa, & minor ẽm aliquid, & concluditur affirmatiuũ, vel negatiuum. Has decem coniugationes habet percurrere Arist. ondẽs ꝙ ex falsis cõcludĩt verũ.

In syllogismis vero qui in parte, contingit & prima propositione tota falsa, altera autem vera, conclusionem verã esse, & prima existente ad aliquid, falsa, & hac quidem vera, illa autem quæ in parte falsa, & vtrisque falsis.

Inquit, ꝙ in sylĩs pticularibus cõtingit maiore existente tota falsa, & minore vera, vel etiã falsa ẽm quid exñte maiore, simiľr existente minore, vel rursus maiore vera, & minore falsa ẽm quid, vel maiore falsa, & minore falsa secundũ quid veram concludi conclusionẽ.

Nihil enim prohibet A nulli quidem B inesse, C vero alicui, & B alicui C, veluti animal nulli niui, albo autem alicui inest, & nix albo alicui. Si igitur mediũ positum fuerit nix, primũ autem animal, & acceptum fuerit A toti B inesse, B. vero alicui C, A B quidẽ tota falsa, B C ãt vera et cõclo vera.

Dicit primũ de pticulari affirmatiua facta ex maio-

re tota falsa,& minore vera, quod nil prohibet vere A nulli B inesse & alicui C,similr & B alicui C inesse mutata maiore in totá falsam vera erit cóclusio,ceu aíal nulli niui,fm veritatem,& sumatur vt tota falsa,& fit φ aíal oí niui & nix alicui albo & tñ aíal alicui albo inest. Ná sciendum est,quod minor qñ accipif fm quid ob prædicationem accipif & sæpe non propter inexistentiam. Ná diximus φ dicit illam falsam fm quid quæ habet oppositionem veram cótradictorie, ceu aliquis hó volatilis fm quid falsa, quia oppositú cótradictoris est verum.Secundum quid dicemus falsum, non quia in aliquibus verificetur,& in aliquibus falsificetur.(Neq;.n. prorsus aliquis volatilis) sed fm quid falsum dicitur, quia contradictio verificatur, quare,nunc accipit minorem propositionem falsam secundum quid propter prædicamentum,non ob inexistentiam.

Consimiliter autem & priuatiua existente A B propositione,accidit,n.A toti B inesse,C vero alicui non inesse B, tamen alicui C inesse,vt aíal homini quidem omni inest, ex albo aút aliquo non sequitur,hó aút alicui albo inest, quare si medio posito homine,acciipiatur A nulli B inesse,B aút alicui C inesse,vera erit conclusio falsa existente A B propóne tota.

Cum dixerit de affirmatiua, nunc dicit de negatiua φ contingit vere A omni B & B alicui C, sed postquam assumptum fuerit A B in totá falsam, vt si A nulli B, ceu animal nulli homini, ecce tota falsa homo alicui albo, & tñ animal alicui albo,sic etiam particulare negatiuú verú concluditur ex maiore tota falsa, & minore vera.

Et si ad aliquid falsa A B propó,erit concló vera,nihil.n. prohibet A & B & C alicui iesse,& B alicui C inesse quéad modú aíal alicui honesto,& alicui magno,& honestú alicui magno iesse. Si igiť acceptú fuerit A oí B & B alicui C, A B quidé propó ad aliquid falsa erit B,C át vera et cóclo vera.

Expleuit sermoné de hñtibus cóiugationibus maioré falsam ad aliqd,f.fm aliqd & minoré verá.Et primo affirmatiuú sic cócludit,vt aíal alicui pulchro, vide falsum ad aliqd,quia alicui pulchro iest,sed núc oí accepimus pulchrú alicui magno,& tñ aíal alicui magno, sic affir matiuum cócludiť ex maiore falsa fm & minore vera.

Consimiliter autem priuatiua existente A B propóne,iidem .n.termini erunt,& similiter positi ad demóstrationé.

Per quæ sit affirmatiua concludebať p eosdem etiá terminos ostenditur & negatiua,aíal nulli pulchro falsa fm quid pulchrum,alicui magno,aíal non oí magno.

Rursus si A B quidem vera, B C autem falsa, vera erit concló,nihil.n.prohibet, A B quidé toti inesse,C aút alicui,& B C nulli inesse,quéadmodú aíal cygno quidem omni, nigro aút alicui,cygnus vero nulli nigro, quare si acceptú fuerit A oí B & B alicui C,vera erit conclusio,falso existéte B C.

Cum dixerit de coniugationibus habentibus maiorem siue totam falsam, vel fm aliquid nunc dicit de habétibus maiorem veram & minorem falsam, fm quid. Vt enim diximus,totam falsam minorem accipere non contingit in coniugationibus concludentibus particulares,quia fit minor vniuersalis,siue affirmatiua, vel negatiua, & nó facit syllm particularem,quare minorem propositionem fm quid falsam accipit fm prædicamé tum non secundum existentiam. Nam quia illam diximus fm quid falsam, habentem oppositum verum contradictorie, si forte fortuna igitur & in aliquibus totam falsam accipit,& similiter non inest, sed tamen quia oppositum contradictorie verificatur secundum prædicamentum, audi & intellige de falsa secundum quid. Et primo cócludit affirmatiuam, sic animal omni cygno,cygnus alicui nigro quæ est falsa secundum aliquid non ob existentiam,sed ob prædicationé:quia oppositum contradictorie est verum,& tamen animal alicui nigro,sic affirmatiuum concluditur.

Consimiliter autem & priuatiua accepta A B propóne, accidit enim A B quidem nulli,C vero alicui non inesse, B tamen nulli C,quemadmodum genus speciei ex alio genere & accidéti speciebus ipsius, animal enim numero quidem nulli inest,albo aútem alicui.

Concluditur autem negatiua maiore existente vera,& minore secundum quid falsa,sic,animal nulli numero.& numerus alicui albo, quæ est falsa fm quid ob prædicationem,quia contradictorie oppositum verú, dicens numerus nulli albo, si ergo animal nulli numero & numerus alicui albo,& tamé animal nó oí albo.

Numerus autem nulli albo. Si igitur medium positum fuerit numerus,& acceptum fuerit, A quidem nulli B:B vero alicui C, A alicui C non inerit,quod erat verum.

Numerus nulli albo secundum veritatem, deinde accipitur φ alicui,& fit falsa secundum quid.

Et A B quidem propositio vera B, C autem falsa. Et si ad aliquid falsa A B, falsa vero B C erit conclusio vera.

Cum dixerit de coniugationibus ex vna falsa,& altera vera,nunc dicit de ambabus falsis.Et primo de ambabus cócludentibus fm quid particulare affirmatiuú.

Nihil enim prohibet A B alieni, & C alicui inesse vtrique,B autem nulli C: veluti si B contrarium ipsi C,ambo vero contingentia eidem generi.

Dicit primo de ambabus secundum quid falsis concludentibus particulare affirmatiuum, sed maior falsa secundum quid secundum existentiam, & minor falsa secundum quid secundum prædicamentum, sic animal omni albo,falsa secundum quid secundum existentiam,album alicui nigro secundum quid falsa secundú prædicationem,& tamen animal alicui nigro.

Aíal.n.alicui albo & alicui nigro inest, album aút nulli nigro.Si igitur acceptum fuerit A omni B & B alicui C, vera erit conclusio,& si priuatiua accipiatur A B similiter, iidé enim termini & similiter ponentur ad demonstrationem.

Animal alicui albo & alicui nigro,& albú nulli nigro fm veritaté, si ergo faciemus ambas ppónes falsas secundum aliquid erit conclusio vera, vt omni albo pro alicui,album alicui nigro pro nulli, sic erit conclusio, sic etiam negatiuam accipimus conclusionem, animal nulli albo,album alicui nigro:& animal non oí nigro.

Et vtrisq; falsis existétibus erit cóclusio vera, accidit.n. A B quidé nulli,C vero alicui inesse,B aút nulli C,quéadmodú genus speciei ex alio genere,& contingenti speciebus ipsius.

Cú dixerit de ambabus cóiugationibus ex falsis fm qd, Núc dicit de illa ex maiore tota falsa, & minore fm quid falsa concludentibus primo affirmatiuú sic, aíal oí numero, & numerus alicui albo,& aíal alicui albo.

Aíal.n.numero quidem nulli,albo autem alicui inest,& numerus nulli albo.Si igitur acceptú fuerit A oí B & B alicui C,conclusio quidem vera, propositiones aút ambæ falsę.

Animal nulli numero vere, & tota falsa sit mutata φ omni numero animal,& numerus nulli albo vera, sit fm quid falsa,si acciperetur φ numerus alicui albo.

Similiter & priuatiua existente A B, nihil enim prohibet A B quidem toti inesse,C vero alicui non inesse,& B nulli C: veluti animal cygno quidem omni, nigro autem alicui non inest,cygnus vero nulli nigro, quare si acceptum fuerit A nulli B, B vero alicui C, A alicui C non inerit.Conclusio igitur vera,propositiones autem falsæ.

Cum

Cum dixerit affirmatiuã quo cõcludit, dicit nũc negatiuã, cõcluditur aũt sic aĩal nulli cygno, tota falsa, cygnus alicui nigro ſm quid falsa & aĩal non omni nigro.

Caput tertium. FIGVRA SECVNDA.

IN media aũt figura oĩno accidit per falsa verũ rõcinari, & cũ vtraque propões tota falsæ accipiũtur, & quũ vtraq; ad aliquid, & hac quidem vera, illa autem falsa existente tota, vtralibet posita falsa, & si vtraque ad aliquid falsa, & si hęc simpliciter vera, illam autem simpliciter falsa, & si hac tota falsa, illa autem ad aliquid vera, & in vniuersalibus syllogismis & in iis qui sunt in parte.

Cũ expleuisset primã fig. nunc ad ſcd'am ꝓcedit ostẽdens, ꝙ etiã in ſcd'a fig. contingit ex falsis verũ concludere. Accipit aũt ex diuisione sic illarũ ex falsis aliquas veras & vñes cõcludẽtibus concões in ſcd'a figura vel ex ambabus falsis, vel ex alia falsa, & alia vera. Et si ex ambabus falsis vel ambabus totis falsis, vel altera maiore negatiua, & minore affirmatiua, vel maiore affirmatiua, & minore nega. vel ambabus ſm aliquid falsis, & vel maiore negatiua, & minore affirma. vel maiore affir. & minore neg. vel tota, vel ſm quid, & hoc dupr, vel maior tota, & minor ſm aliquid, vel econtra, & ſm ambas tales, siue maior affir. & minor neg. vel maior negatiua, & minor affir. Et si ex falsa vna, & alia vera, vel falsa ſm quid, vel tota falsa, & si falsa ſm quid, vel maior ſm quid, & minor vera, vel maior vera, & minor falsa ſm quid. Et si tota falsa, vel maior tota falsa, & minor vera, siue maior neg. & minor affir. vel maior affirmatiua, & minor neg. Si aũt fuerit maior falsa ſm quid, & minor vera, vel maior negatiua, & minor affir. vel maior affirmatiua, & minor neg. vel maior negatiua, & minor affir. Si aũt fuerit maior vera, & minor falsa ſm quid, vel maior affir. est, & minor neg. siue maior negatiua, & minor affir. Has duodecim cõiugationes discurrit, & aliquas non, vt in verbis plane ostenderaus.

Si n. A B quidẽ nulli inest, C vero omni, vt animal lapidi quidem nulli, equo autem omni, si econtrario posita fuerint propositiones & acceptum fuerit A B quidem omni, C vero nulli, ex falsis totis propositionibus, vera erit conclusio.

Primum ostendit coniugationẽ concludentẽ ex ambabus propõnibus totis falsis verũ, ceu A nulli B & C oĩ vere, deinde econtrario accipiẽs efficies verã cõclusionem ex totis falsis, alia maiore affir. & alia minore negatiua, vt aĩal omni lapidi, ecce falsum, aĩal nulli homini, ecce tota falsa, & cõclusio vera ꝙ lapis nulli homini.

Consimiliter & si B quidem omni, C autem nulli inest A: idem enim erit syllogismus.

Demonstrauit prius maiore exñte tota falsa affirmatiua, & minore negatiua tota falsa, quo cõcludit vera concõ, nũc aũt ondit maiore exñte negatiua tota falsa & minore affir. tota falsa quo cõcludit sic verũ, si vere A oĩ B & C nulli, si cõuerterent & fierẽt falsæ, vera fit cõclusio, ceu aĩal nulli hoĩ tota falsa, aĩal oĩ lapidi tota falsa, & tñ homo nulli lapidi, ecce conclõnem veram.

Animal
A
O N
N
O
N
C
B
Lapis N Equus
Equus Lapis

Modi duo vniuersales, ex vtrisque in toto falsis verũ concludentes.

Rursus si altera quidem tota falsa, altera aũt tota vera, nil. n. prohibet A inesse & B & C omni, B tñ nulli C vt genus non subalternis speciebus animal enim & equo omni & homini, & nullus homo equus, si igitur acceptum fuerit, huic quidẽ oĩ, illi vero nulli inesse, hac quidẽ tota falsa erit, illa aũt tota vera, & cõclusio vera ad vtrũlibet posito priuatiuo.

Cum dixerit de ambabus falsis, nũc dicit de hñtibus aliã verã, & aliam falsam, & accipit maiorẽ falsam, & verã minorẽ, & primo accipit maiorẽ falsam & negatiuã, & minorem veram, & affirmatiuam sic, aĩal ſm veritatẽ hoĩ & equo inest oĩ, si ergo acciperet maior falsa, & fieret nulli, fit vera conclusio, vt aĩal nulli homini, animal oĩ equo, & hõ nulli equo. Sir autẽ & minore tota falsa existente idẽ cõtingit. Sciendum aũt ꝙ tacuit coniugationẽ ex maiore falsa affir. & minore vera neg. & illam ex maiore vera affirmatiua, & minore falsa negatiua.

Animal
A
N O
O N
B C
Homo N Equus

Modi duo vnã veram habentes alterã in toto falsam, verum cõcludit.

Et si altera ad aliquid falsa, altera aũt tota vera, accidit enim A B quidẽ alicui inesse, C vero oĩ B, tñ nulli C vt aĩal albo alicui. Coruo aũt oĩ, & albũ nulli coruo, si igitur acceptũ fuerit, B quidẽ nulli, C vero toti inesse A B propõ ad aliquid falsa, A C vero tota vera & conclõ vera, & si transponat priuatiuũ cõsimilr, per eosdẽ nãq; terminos demõstratio. & si affirmatiua propõ ad aliqd falsa, priuatiua aũt tota vera.

Animal
A
N O
O N
B C
Album N Coruus
Coruus Album

Duo modi, quorum vnus verũ cõcludit ex maiori partim falsa, minori vera, altera econuerso, similiter verum cõcludit.

Expleuit sermonem ꝙ tota sit falsa propõ & tota vera, nunc accipit totam verã & falsam ſm quid, & primo quidem maiorem falsam ſm quid, & neg. & minorem verã & affirmatiuã sic, aĩal nulli albo falsa ſm quid, aĩal oĩ coruo tota vera & tñ albũ nulli coruo, & trãsmutatis põnibus & factis, alia maiore falsa ſm aliqd affirmatiua & minore tota vera neg. vera fit cõclusio, ceu aĩal oĩ albo, & animal nulli scientiæ, & album nulli sciæ, vel sic mutata priuatiua, vt fiat maior affirmatiua vera, & minor falsa secundũ aliquid negatiua, & cõcluditur ꝙ animal omni coruo: & nulli albo, & coruus nulli albo.

Nihil enim prohibet A B quidem alicui inesse, C vero toti non inesse, & B nulli C vt aĩal, albo quidem alicui, pici autem nulli, & album nulli pici, quare si acceptũ fuerit A toti B inesse, C vero nulli A, B quidẽ ad aliquid falsa, A C aũt tota vera.

Accepit primũ negatiuã totã verã & affirmatiuam falsam ſm aliquid & maiorẽ affir. & minorem negatiuã, sic, aĩal oĩ albo falsa ſm aliquid, aĩal nulli pici tota vera, & albũ nulli pici, sic erit tota vera vna, & altera falsa ſm aliquid. Rursus tacuit coniugationem ex maiore vera negatiua, & minore affirmatiua falsa ſm aliquid.

Et si amba propões ad aliqd falsa, erit vera, accidit. n. A et B et C alicui inesse, B vero nulli C vt aĩal et albo alicui et nigro alicui, albũ aũt nulli nigro, si igiũ acceptum fuerit A B qdẽ oĩ, C vero nulli, amba propões ad aliqd falsa, cõclo aũt vera, cõsimilr & trãsposita priuatiua per eosdem terminos.

Cũ expleuerit sermonẽ de coniugationibus ex vera vna & altera falsa, & hac vel tota falsa vel ſm aliquid. Nunc dicit de ambabus falsis ſm aliquid, & primo maiorem affirmatiuam, & minorẽ negatiuã sic, aĩal oĩ albo, aĩal nulli nigro, & tamen album nulli nigro, & maiore negatiua, & minore affirmatiua existente, iidem quoq; termini adaptari possunt, aĩal nulli albo, animal non omni nigro, & album nulli nigro. Sic de ambabus falsis secundum aliquid & concludentibus verum.

Manifestũ vero & in syllĩs in parte, nihil. n. prohibet A B *quidẽ oĩ. C aũt alicui inesse, & B alicui C nõ inesse, vt aĩal oĩ boĩ, albo vero alicui, hõ aũt alicui albo non inerit. Si igitur positũ fuerit* A B *quidẽ nulli inesse, C vero alicui inesse, vlis propõ tota falsa, quæ autẽ in parte vera, & conclusio vera.*

Cum expleuisset sermonẽ de concludentibus vſe in sc̃da figura, nunc dicit ẽt de concludentibus particulares, quod concludunt particulares conclões in secunda figura, vel ambæ falsæ, vel vna falsa, & alia vera, & si ambæ falsæ, vel maior tota falsa, & minor ſm aliquid, vel ẽt maior & minor falsæ ad aliquid. Nam si tota falsa fuerit minor, non possumus concludere per particulare. Et si ambæ falsæ ſm aliquid, vel maior affirmatiua & minor negatiua, vel maior negatiua, & minor affirmatiua. Si aũt maior fuerit tota falsa, & minor ſm aliquid, vel maior affirmatiua, & minor negatiua, vel maior negatiua & minor affirmatiua. Si vero alia vera & alia falsa, vel maior vera & minor falsa & ex necessitate ſm aliquid, & huius vel maior affirmatiua & minor negatiua, vel maior negatiua, & minor affirmatiua. Si aũt erit maior falsa, & minor vera, vel falsa est tota maior vel ſm aliquid. Et si maior tota falsa, & minor vera, vel maior affirmatiua, & minor negatiua, vel maior negatiua, & minor affirmatiua, si autẽ maior falsa secundũ aliquid, vel maior negatiua & minor affirmatiua, vel maior affirmatiua & minor negatiua. Et primo dicit de tota maiore falsa negatiua & minore vera, & affirmatiua sic, aĩal nulli homini, aĩal alicui albo, & tñ homo nulli albo, sic ex maiore existente negatiua tota falsa & minore affirmatiua vera fit vera conclusio. Nihil. n. prohibet A quidem oĩ B. Primum dicit ſm veritatem quę insunt, deinde assumit vnã falsam maiorẽ.

Cõsimiliter vero & quum affirmatiua accipitur A B, *accidit enim* A B *quidẽ nulli, C aũt alicui non inesse, & B C alicui non inesse, vt animal nulli inanimato, albo vero alicui, & inanimatum non inerit alicui albo. Si itaque positum fuerit* A B *quidem omni, C vero alicui non inesse,* A B *quidem propõ vniuersalis, tota falsa,* A C *autem vera & conclusio vera.*

Accepit maiorem negatiuam totam falsam, & minorẽ verã, nũc accipit maiorẽ affirmatiuã totã falsam. Nã accidit A nulli B vere, si autem accipiatur oĩ inuenitur tota falsa sic, aĩal omni inanimato, ecce tota falsa, & aĩal non omni albo, & tamen inaĩatum non oĩ albo.

Et si vniuersalis vera quidem posita fuerit, quæ vero in parte falsa, nihil. n. prohibet A & A & C *nullum sequi,* B *tamen alicui* C *non inesse, vt aĩ al nullum numerum & inanimatum, & numerus aliquod inaĩatum non sequitur. Si igitur positum fuerit* A B *quidẽ nulli, C vero alicui, conclusio quidem erit vera & vlis propõ, quæ aũt in parte falsa, & quũ affirmatiua ponitur vniuersalis consimiliter, accidit. n.* A & B & C *toti inesse* B: *tamen non sequi aliquod* C, *vt genus speciem & differentiam, animal enim omnem hominem & totum pedestre sequitur, homo aũt non oẽ pedestre, quare si acceptum fuerit* A B *quidem toti inesse, vniuersalis quidẽ propositio vera, quæ autẽ in parte falsa, conclusio aũt vera.*

Accepit primo maiorẽ falsam totã, nunc accipit maiorem veram & minorẽ falsam ſm aliquid. Nam particularis est, & primo accipit maiorem negatiuam verã, & minorem affirmatiuam falsam ſm aliquid sic, aĩal nulli numero, aĩal alicui inanimato, falsa ſm aliquid ſm prædicationem, non ſm existentia, quia contradictio est vera, & tamen numerus non oĩ inanimato. Et si vlis vera quidẽ posita fuerit simĩr. Ostendit ex maiore negatiua & minore affirmatiua existente, conclusionem veram esse deductam, nunc ostendit ex maiore affirmatiua vera, & minore negatiua falsa ſm aliquid, idest particulari negatiua, ꝙ verum concluditur, ceu aĩa oĩ homini, animal non omni pedestri, falsum ad aliquid ſm prædicationem, non secundum existentiam. quia oppositum contradictorie illud omni. Nam aĩa oĩ pedestri, quare non omni ad aliquid falsum propter prædicationem, & tamen homo non omni pedestri.

Planum vero & quòd ex ambabus falsis, erit conclusio vera, si quidẽ cõtingit A & B & C *toti inesse,* B *tñ aliquod* C *nõ sequi, si. n. acceptũ fuerit* A B *quidẽ nulli,* C *vero alicui inesse, propões quidem ambæ falsæ, conclusio aũt vera.*

Cum dixerit de coniugationibus, ex alia falsa, & alia vera, nunc dicit de falsis ex ambabus, & primo maiore tota falsa, & minore ſm quid, & hac maiore negatiua, sic A vere omni B & C, sed sumatur oĩ A nulli vt fiat tota falsa, & C non oĩ, vt accipiatur falsa ſm aliquid, & cõcluderet veram conclusionem, vt aĩal nulli homini, aĩal alicui inanimato falsa ſm aliquid per prædicationem non per existentiam, & tamen homo non omni inanimato. Nam per hanc, nullus, verificatur hæc, non oĩs.

Consimiliter vero & quũ vlis propõ est prædicatiua, quæ aũt in parte priuatiua, accidit nanq; A *nullum quidẽ* B, C *vero omne sequi, &* B *alicui* C *nõ inesse, vt aĩal scientiam quidẽ nullam, hoĩem vero omnem sequitur, scientia autẽ non oẽm hominem, si igitur acceptum sit* A B *quidem toti inesse,* C *autẽ aliquod non sequi, propões quidẽ falsę, sed conclusio vera.*

Vt accepit maiorem negatiuam totam falsam, nunc accipit ipsam totã affirmatiuã falsam. Nã contingit vere A nulli B & omni C quæ transmutatæ in falsas verã efficiunt conclusionem, ceu aĩal omni scientiæ, aĩal nõ omni homini. Rursus ad aliquid falsa per prædicationẽ quia verificatur oppositum contradictorie, Nã aĩal homini omni, igitur si non omni falsa ſm aliquid ſm prędicationem, & tamen scientia non omni homini. Faciunt autem hic coniugationes ex ambabus falsis ſm aliquid concludentibus veram conclusionem tanquã nobis potentibus in seipsis, & de ipsis ratiocinari.

Caput quartum, FIGVRA TERTIA.

ERit autẽ & in vltima fig. per falsas totas, & ad aliquid vtraq;, & altera quidem vera tota, altera vero falsa, & hac ad aliquid falsa, illa aũt tota vera & ecõuerso: & quotcũq; modis aliter cõtigit trãsumere propões.

Cum dixerit quomodo in secunda figura possibile est ex falsis verum sylm complicare, nũc dicit quõ & in tertia põt concludi ex falsis verum sic cõcludẽtibus in tertia figura verũ ex falsis. vel ambæ vſes propões, vel alia vlis & alia particularis. Et si ambę vſes vel ambę affirmatiuæ, vel maior negatiua, & minor affirmatiua, si autem vniuersalis vna, & alia particularis, vel maior vniuersalis, & minor particularis, vel maior particularis, & minor vniuersalis & si fuerint ambæ propositiones vniuersales. vel ambæ falsæ, vel alia vera, & alia falsa. Et si ambæ falsæ, vel ambæ totæ falsæ, & hæ vniuersales

uersales vel ambæ affirmatiuæ, vel maior negatiua, & minor affirmatiua, vel alia tota falsa, & alia falsa secundum aliquid. Et hoc dupliciter, vel maior tota, & minor secundum aliquid, vel econtra, & secundum ambas has, vel ambæ affirmatiuæ, vel alia maior negatiua, & minor affirmatiua, vel ambæ & ipsæ falsæ secundum aliquid, vel ambæ affirmatiuæ, vel maior negatiua, & minor affirmatiua, & rursus maior vera affirmatiua, & minor falsa affirmatiua, vel maior falsa affirmatiua, & minor vera affirmatiua. Et rursus maior vera negatiua, & minor falsa affirmatiua, vel maior falsa negatiua & minor vera affirmatiua. Sic igitur si fuerint propositiones ambæ vniuersales. Si autem alia fuerit vniuersalis, & alia particularis, vel ambæ falsæ vel alia vera, & alia falsa, vel ambæ falsæ secundum aliquid, & si ambę falsæ, vel maior particularis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua, vel maior vniuersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua. Si autem alia falsa & alia vera vel maior falsa, & particularis affirmatiua, & minor vera & vniuersalis affirmatiua, vel maior falsa, & vniuersalis affirmatiua, & minor vera particularis affirmatiua, vel maior vera & particularis affirmatiua, & minor falsa & vniuersalis affirmatiua, vel maior vera & vniuersalis affirmatiua, & minor falsa, & particularis affirmatiua. Si autẽ ambæ falsæ secundum quid, vel maior vniuersalis & minor particularis, vel maior particularis & minor vniuersalis, & si ambę affirmatiuæ, vel maior negatiua, & minor affirmatiua.

Nihil enim prohibet & A & B nulli C inesse, veluti & homo & pedestre nullum inanimatum sequitur.


Non inesse secundum veritatem falsam fieri si accipiatur inesse.

Homo tamen alicui pedestri inest. Si igitur acceptum fuerit A & B omni C inesse, propositiones quidem totæ falsæ, conclusio autem vera.

Primum dicit de propositionibus totis falsis, & vniuersalibus affirmatiuis, vt homo & pedestre omni inanimato, ecce totæ falsæ, & tamen vera conclusio concluditur ꝙ homo alicui pedestri.

Consimiliter vero & hac quidem priuatiua, illa autem affirmatiua existente, accidit enim B quidem nulli C inesse, ipsum vero A omni, & A alicui B non inesse, vt nigrum nulli cygno, animal autem omni, & animal non omni nigro, quare si acceptum fuerit B omni C, ipsum vero A nulli, A alicui B non inerit, & conclusio quidem vera, propositiones autem falsæ.

Modi duo ex vtrisque totaliter falsis verũ concludentes.



Accepit totas falsas & vniuersales affirmatiuas, nũc accipit rursus ambas falsas & vniuersales, sed maiorem negatiuam & minorem affirmatiuam, vt nigrum nulli cygno, & animal omni cygno, & tamen nigrum non omni animali, ꝙ est verum, sic ambabus falsis existentibus propõnibus & vniuersalibus, siue ambabus affirmatiuis, vel maiore negatiua, & minore affirmatiua.

Et si aliquid vtraque falsa, erit conclusio vera, nihil enim prohibet & A & B alicui C inesse, & A alicui B vt album & honestum alicui animali inest, & album alicui bono. Si igitur positum fuerit A & B omni C inesse, propositiones quidem ad aliquid falsæ, conclusio autem vera.

Cum expleuerit ambas falsas & vniuersales, tacuit autem propositiones habentes vnam falsam, & alteram veram, nunc dicit ambas falsas secũdum aliquid, & ambas vniuersales affirmatiuas, & concludentes verã conclusionem, ceu album vere alicui animali inest, sed vt faciamus easdem falsas secundum aliquid, accipimus ipsas omni, album omni animali, bonum omni animali, & tamen album alicui bono ꝙ est verum.

Sed & quum A C priuatiua ponitur consimiliter.

Dixit falsas secundũ aliquid & vniuersales affirmãtiuas habentes propõnes, nunc dicit habẽtes maiorem negatiuam & minorem affirmatiuam, & facientes veram conclusionem, vt album nulli animali secundum aliquid falsa, bonum omni animali secundum aliquid falsa, & tamen album non omni bono, ecce conclusionem veram.

Nihil enim prohibet, A quidem alicui C non inesse, ipsum vero B alicui inesse, & A non omni inesse, vt honestum alicui animali non inest, album vero alicui inest & album non omni honesto, quare si acceptum fuerit A quidem nulli C, ipsum vero B omni, ambę propositiones ad aliquid falsa, conclusio autem vera.

Vere tamen has inquit existentes, vt autem fiant falsæ secundum aliquid transmutantur in has nullus & non oĩs.

Consimiliter vero & quum hac quidem tota falsa, illa autẽ tota vera accipitur, accidit enim & A & B sequi oẽ C A, tamen alicui B non inesse, vt animal & album omnem cygnum sequitur, animal tamen non omni inest albo, his igitur positis terminis, si acceptum fuerit B quidẽ toti C inesse, A vero toti non inesse B, C quidem tota erit vera, A C autem tota falsa, & conclusio vera.

Cum primo acceperit ambas propositiones falsas secundum quid nunc accipit aliam veram, & aliam falsam, & primo maiorem totam falsam accepit, & minorem veram, vt animal nulli cygno, album omni cygno, & tamen animal non omni albo. Sic ex maiore falsa negatiua, & minore vera affirmatiua, vera conclusio fit. Nam contingit A & B omne C sequi vere, fit autem maior tota falsa, si transmutaretur in hanc nulli.

Consimiliter vero & si B C quidem falsum, A C autem verum, & iidem enim termini ad demonstrationem, nigrum, cygnus, inanimatum.

Accepit primo maiorem propositionem totam falsam negatiuam, nunc accipit minorem falsam & maiorem veram, ceu nigrum nulli cygno, inanimatũ omni cygno, ecce tota falsa, & tamen nulli inanimato.

Sed & si ambæ accipiantur affirmatiuæ, nihil enim prohibet, B quidem sequi omne C: ipsum vero A toti non inesse: & A alicui B inesse, vt animal omni cygno, nigrum autem nulli cygno, & nigrum inest alicui animali, quare si acceptum fuerit A & B omni C inesse, B C quidem tota vera, A C autem tota falsa, & conclusio vera.


Cum dixerit coniugationes ex maiore negatiua & minore affirmatiua, nunc accipit ambas affirmatiuas vniuersales, & primo maiorẽ falsam, & minorem verã, vt animal omni cygno minor, nigrũ omni cygno maior, ecce tota falsa, & tamen alicui animali nigrũ inest.

Sed consimiliter & quum A C *accepta fuerit vera, per eosdem namque terminos demonstratio.*

Accepit prius maiorem totam falsam, & minorem veram, & vtes affirmatiuas, nūc accipit maiorem verā & minorē falsam, & ostendit per terminos prædictos vicissim ordinem mutantibus nobis sic, animal omni cygno, ecce totam veram & maiorem, nigrum omni cygno, ecce totam falsam, & minorem, & tamen animal alicui nigro quest verum.

Rursus & quum hac quidem tota vera extiterit, illa autem ad aliquid falsa, accidit enim B *quidem omni* C *inesse,* A *vero alicui* C, *& alicui* B *vt bipes quidem omni homini, honestum autem non omni, & honestum alicui bipedi inest. Si igitur acceptum fuerit, &* A *&* B *toti* C *inesse* B C *quidem tota vera,* A C *autem ad aliquid falsa, sed conclusio vera.*

Modi duo ex vtrisque partim falsis verū concludentes.



Accepit totam falsam & totam veram, nūc accipit, aliam totam veram, & aliam secundum quid falsam. Et rursus quia cōpleuit eas ex ambabus vniuersalibus, nunc dicit eas ex alia vniuersali, & alia particulari, sicut diximus, bonum homini omni, ecce secundū quid falsam bipes omni homini, tota vera, & tamen bonum alicui bipedi, ꝙ est verum.

Consimiliter autem & si A C *vera,* B C *vero falsa accipiatur, iisdem namque terminis transpositis, erit demonstratio. Et si hæc priuatiua, illa autem affirmatiua sit.*

Primum accepimus coniugationem ex maiore falsa secundum aliquid & minore vera. Nūc accipit aliā ex maiore vera & minore falsa secundum quid, & iidē termini transpositi accepti sint ad demonstrationem, bipes omni homini tota vera, bonum omni homini falsa secundum quid, & bipes alicui bono.

Quoniam enim accidit B *quidem toti* C *inesse,* A *vero alicui, & quando sic se habeant* A *non omni* B *si acceptum fuerit* B *quidem toti* C *inesse,* A *vero nulli, priuatiua quidem ad aliquid falsa, altera autem tota vera & conclusio. Rursus quoniam monstratum est, quoniam quum* A *nulli inest* C, *ipsum vero* B *alicui, accidit* A *alicui* B *non inesse.*

Accepit ambas affirmatiuas, nunc accipit aliam negatiuam falsam secundum aliquid, & aliam affirmatiuā verā ceu A nulli C falsa secūdum quid, & B omni C tota vera, & tamen A non omni B ceu album nulli homini, & animal omni homini, & tñ album non oī animali.

Planum quòd & quum A C *tota vera sit,* B C *autem ad aliquid falsa, accidit conclusionem veram esse. Si enim acceptum fuerit* A *nulli* C, *ipsum vero* B *omni* A C *quidē tota vera,* B C *autem ad aliquid falsa.*

Accepit primam maiorem falsam ad aliquid & minorem veram, nune accipit maiorem veram & minorem falsam ad aliquid, ceu nigrum nulli albo, & animal omni albo. & nigrum non omni animali quòd est verum.

Cæterum & in syllogismis in parte manifestum, quòd omnino erit verum per falsa, iidem enim termini accipiendi, & quando vniuersales sint propōnes, qui quidem in affirmatiuis affirmatiui, qui vero in priuatiuis priuatiui, nihil enim differt quum nulli insit omni accipere inesse, & si alicui inerit vniuersaliter capere ad terminorum expositionem itidem & in priuatiuis.

Cum expleuerit sermonem de ambabus propōnibus vñibus, nūc dicit de ambabus, quorum alia vniuersalis & alia in parte. Et hoc dupliciter vel maior vniuersalis, & minor particularis, vel maior particularis, & minor vniuersalis, & vel ambæ affirmatiuę, vel maior negatiua, & minor affirmatiua, & vel ambę falsę, vel vniuersalis tota falsa, & particularis secundum aliquid falsa, vel econtra, & vel alia falsa, & alia vera. Et harum vel maior vera & minor falsa, vel maior falsa & minor vera, vel ambę falsæ secundū aliquid. His ita se habētibus vera erit conclusio. inquit igitur ꝙ vt in vñibus propositionibus demonstrauimus ex falsis verum, sic etiā in propositionibus habentibus vnam vniuersalem, & aliam particularem per eosdem terminos demonstrabimus per quos & vniuersales propositiones, & si affirmatiue ambas affirmatiuas accipiamus, & si negatiue, etiam negatiuas.

Planum igitur quod si quidem sit conclusio falsa, necesse est falsa esse ex quibus est ratio, aut omnia aut quædam, quando autem vera, non necesse est verum esse, neque aliquid, neque omnia, sed est, quum nullum eorum quæ in syllogismo verum sit, conclusionem consimiliter veram esse, non ex necessitate tamen.

Conclusionem inducit his verbis, planum est inquit ex omnibus ostensis ꝙ si fuerit conclusio vera prorsus vel totæ falsæ propositiones fuerunt vel alia falsa, & alia vera, si autem fuerit conclusio vera, non necesse est propositiones veras esse. Nam contingit ipsas, & ambas falsas esse, & altera falsa existente, & alia vera ex ambabus falsis secundum quid vera concluderetur conclusio.

Causa autem quoniam quando duo sic se inuicem habeāt vt quum ex necessitate alterum sit, ex necessitate alterum existat, quum hoc quidem non sit, neque alterum erit, quum autem sit non necesse alterum esse, sed quum idem sit & non sit.

Causa, inquit, ꝙ conclusio sit vera propositionibus existentibus falsis, hæc est, quia si duæ quædam res ha buerint talem naturam inter se, vt alia existēte necesse sit etiam alteram esse, & hac non existente necesse etiā sit alterum non esse, hæc est causa cur sit conclusio vera ex falsis, ceu sicut veris existētibus propositionibus necesse est veram esse conclusionem, & vera existente conclusione, non necesse est veras esse propositiones. Non enim conuertitur, sed contingit & falsas esse propositiones, conclusione enim non existente vera, necesse est etiam propositiones non esse veras, quare causa quę non conuertantur est vt conclusio sit vera non prorsus ex veris propositionibus, sed etiam ex falsis. Et cum idem sit & non sit impossibile est ex necessitate continua sunt hæc dicta his quę dicta fuerunt. Nam in his vult ostendere ꝙ vera conclusio non ex necessitate sequitur vtrasque, scilicet eas ex veris propositionibus, & eas ex falsis, non dico vnamquamque diuisim, sed ambas. Probat autem hoc per syllogismum hypotheticum. Illud igitur quum idem sit & non sit, inquit, pro eadem specie propositionis, illud autem cum sit pro vna existente, & illud non sit pro falso

falso existente. Nam eadem specie propositionis vel vera vel falsa existente non sequitur ex necessitate idem esse pro hoc esse veram conclusionem. Et hoc ostendit, quia non ex necessitate est vera conclusio, primo per hunc syllogismum per tria si A albo existente, necesse est B magnum esse, & B magno necesse est C non esse album, quare A existente albo, C non est album, hic autem syllogismus est per tria, & sic hypotheticus quia quando est A necesse est B esse, & B non existente, necesse est A non esse, igitur B non existente magno A album non erit. Si autem aliquis dicet, quod A non existẽte albo, est B, magnum ex necessitate, accidit B magnũ esse ex necessitate. Nam ex necessitate amborum sequitur, si enim A non existente B magnum non est. Si autem dicis, & si A non est, rursus B est ex necessitate idẽ magnum & non magnum erit quod est absurdum, quare absurdum sequutum est, quia dicebatur quod B ex necessitate sequitur ambo, & hoc A esse album & hoc A esse album & hoc non esse, quod ostensum est per syllogismum per tres. Vocatus est autem syllogismus per tres, quia accipit tres terminos minorem, extremitatẽ suppositam, & maiorem, neque igitur syllogismus hypotheticus, quia habet tres terminos, neque prædicatiuus quod hypotheticæ sunt propositiones ob id per tres vel tria appellatus est.

Impossibile ex necessitate esse idem.

Impossibile, inquit, esse eandem conclusionem ex necessitate si eadem species propositionis, & fuerit, & non fuerit.

Dico autem vt quum sit A album B esse ex necessitate.

Vt in exemplo hoc dicit si hoc fatetur aliquis quod forte A sit album, & B magnum esse ex necessitate, & albo non existente ipsum B non esse.

Et quum non sit A album B esse ex necessitate, quando enim quum hoc sit album A necesse est hoc magnum esse B. quum vero magnum B sit C non album, necesse est si A albũ C non esse album. Et quando duobus existentibus altero existente, necesse est alterum esse, hoc non existente, necesse est A non esse, B vero non existente magno, non potest A album esse, A vero non existente albo si necesse est B magnum esse, accidit ex necessitate B, magno non existente ipsum B magnum esse, hoc autem impossibile, si enim B non est magnum A, non erit album ex necessitate, si igitur non existente hoc albo B erit magnum, accidit si B non est magnum, esse magnum tanquam per tria.


Ex necessitate bene diximus etiam in propositionibus quod propositionibus existentibus veris, necesse est conclusionẽ esse veram, sed minime existẽtibus propositionibus non veris conclusio non est vera. Nam contingit vt conclusio sit vera.

Caput quintum. De circulari monstratione.


Circulo autem & ex seinuicem monstrare est per conclusionem & eo quod prædicatione retrouersum se habet, alteram accipientem propositionẽ concludere reliquam, quam accipiebat in altero syllogismo.

Cum dixerit quomodo ex falsis, vnum vero sit syllogismo concludendum, nunc de syllogismis circulo ostendentibus, & his qui inuicem. Scire autem oportet quod ipsa circularis & seinuicem demonstratio non est vtilis methodo, demonstrandi, quia idem est causa & effectum vt ostendemus. Vt autem fiat demonstratio ex his quæ sunt inuicem, prorsus oportet reuersionem facere vnius propositionis, & conclusionem accipere velut propositionem, Verum differt reuersio à conuersione, quia conuersio exigit veritatem vtriusque propositionis, sed reuersio non omnino.


Quemadmodum si oportebat monstrare, quòd A omni C inest, monstrauit autem per B. Rursus si ostenderet quòd A inest ipsi B: accipiens A ipsi C inesse, C vero ipsi B: & A ipsi B inerit. Prius autem econuerso accipiebat B inesse ipsi C: aut si oporteret monstrare, quòd B inest ipsi C. Si accipiat A de C, quæ erat conclusio, B vero de A inesse. sed prius acceptum fuerat econuerso A de B.



Concludit hic modus primam conclusionem.



Hic modus concludi maiorem primi ex conclusione & minore conuersa.



Hic modus minorem primi concludit ex conclusione & maiori conuersa.

Quod debeamus accipere vnam propositionem, & reconuertere, & sic facere demonstrationem ex seinuicem dictum est, ceu si ostensum fuerit, quod A C inest per B. deinde si voluerimus ostendere, quod si A omni B inest, sic efficies A omni C, & ipsum C omni B vt conuertas, igitur & A omni B. Et diligenter debemus considerare quod in ostensione per ea quæ inuicem vna propositio accipitur sana ex necessitate, & vna conuertitur. Nam si ambas conuerterimus & non vnam acceperimus sanam, non efficiemus syllogismum. Rursus si accipiatur primum, quod A ipsi C inest per causam B & effectum sit A C. Nunc autem acceptum est A C vt causa, & A B vt effectum quod est absurdum, quia idem causa & effectum erit.

Aliter autem non est ex seinuicem ostendere, siue enim aliud medium accipiet, non circulo, nihil enim accipitur ex ijs, quæ eadem sunt, siue horum aliquid, necesse alterum solum, si nanque ambo, eadem erit conclusio, oportet autem alteram esse.

Vult ostendere quod aliter non contingit concludi demonstra-

mõstrationes ex seinuicẽ. Neq; enim si alium terminũ inieceris pro B facias ostensionem ex his quæ inuicem sunt. Nam alias propositiones efficies & aliam conclusionem. Et rursus easdem propositiones accipere non est possibile, quia eadem erit conclusio, igitur necesse est vnam propositionem accipere cum conuersione. Iam sũt demonstrauimus quo pacto inter se differunt.

In ijs igitur quæ non conuertuntur, ex indemonstrabili altera propositione fit syllogismus, non enim est demonstrare per hos terminos, quòd medio tertiũ inest, aut primo mediũ.

Quia conuersio vel vera vel falsa, vera quidem in terminis adæquatis, falsa autem in his, qui non inuicẽ adæquantur & conuertuntur, ceu in priore, omnis homo risibilis, & omne risibile homo, sed in secũda falsa, vt omnis homo animal & omne animal homo. Hanc ergo secundam conuersionem vocat indemonstrabilem pro falsa, & non potentem ostendi. Nam quis potest ostendere ꝙ omne animal homo est? igitur vna inuenitur propositio indemonstrabilis, & alia sana, & ostenditur deductum.

In ijs vero quæ conuertuntur, est omnia monstrare per se inuicem, veluti si A & B & C conuertuntur inter se.

Inquit idem non posse ostendi conuersam propositionem per syllogismum. Nisi quis acciperet conuersionem terminorum adæquantium inter se. Nam eandem contingit ostendere per ea quæ ex inuicem.

Sit enim ostensum A C per medium B, & rursus A B, & per conclusionem, & per B C propositionem conuersam. Cõ similiter autem & B C per conclusionem, & A B propositionem conuersam, oportet vero & C B & B A propositionem demonstrare.

Ostẽsum est A omni C per B, sic A omni B: & B omni C, igitur A omni C & C omni B: igitur A omni B. Si autẽ decens est ostendere A B demõstramus per C, sic A omni C & C omni B, igitur A omni B. Si autem decens ostẽdere B C sic B omni A, & A omni C, & A omni C.

His enim indemonstrabilibus vsi fuimus solis. Si itaque B omni C inesse, & C omni A syllogismus erit ipsius B ad A. Rursus si acceptum fuerit ipsum quidem C omni A, A vero omni B necesse est C inesse omni B. in vtrisque igitur bis syllogismis, C A propositio accepta est indemonstrabilis, aliæ enim monstratæ erant, quare si hanc demonstrauerimus, omnes monstratæ erunt per seinuicem.

In demonstrabilibus pro falsis & non demonstratis A C propositio nunc sumpta indemonstrabilis quæ erat conclusio. Nam aliæ fuerunt propositiones ostensæ, si autem A C demonstrauerimus prorsus demonstrantes sumus.

Si igitur acceptum fuerit C omni B & B omni A inesse, vtræq; propositiones demonstratæ accipiuntur, & C ipsi A, necesse est inesse.

Dicit quomodo ostenditur A C. Nam vt ostẽdimus quomodo A B inest, & hæc B A, & quomodo B C, & hæc C B. Similiter & ipsius A C vult ostendere sic A omni B, & B omni C. si autem C ipsi A, sic C omni B: & B omni A, C omni A.

Manifestum igitur quod in solis conuertentibus circulo, & per seinuicem contingit fieri demonstrationes.

Manifestum, inquit, ex dictis ꝙ conuersione facta fit demonstratio ex his quæ inuicem, siue conuersiones veræ siue falsæ sint.

In alijs vero vt prius diximus. Accidit autem & in his eo ipso quod monstratur, vti ad demonstrationem, nam C de B & B de A. (Si acceptum sit C de A dici, C vero de A) per has monstratur propositiones, quare conclusione vtimur ad demonstrationem.

In aliis dicit facientibus conuersiones falsas, & in his quæ faciunt veras conuersiones similiter ostendemus hoc huic inesse vel non inesse.

In priuatiuis aũt syllogismis ita monstratur ex seinuicem quidem sit B, omni C inesse, A vero nulli eorum quæ B conclusio quòd A nulli eorũ quæ C. Si igitur rursus oportet concludere quòd A nulli eorũ quæ B, quod dudum accepit, sit A; nulli eorũ quæ C, C vero oĩ B. sic enim propositio ecõuerso.

Cum dixerit quomodo in prima figura affirmatiuę ostendebantur, nunc de priuatiuis dicit ꝙ ostenditur maior propõ, & minor non ostenditur, nisi per assumptionẽ syll. Nã ostẽdebatur ꝙ A per mediũ B nulli inest C. Vnde patet ꝙ A nulli B, sic rursus A nulli C: & ipsum C oĩ B, & suppositum fuit B oĩ C. igitur & A nulli B, non amplius poteris ostendere minorem propositionem nisi per assumptionem, quia per prædicationem non potest. Nam maior negatiua & cõclusio negatiua, sed ex duabus negatiuis nihil concludit, sed per assumptionem ostenditur minor propositio sic, vt dicamus cui A: neque vniuersalis inest huic omni inest B & C, neq; vniuersaliter inest, igitur huic B oĩ. Et scire oportet ꝙ in syllogismis secundum assumptionem vnus terminus indefinitus existens posterius definitus fit, vt diximus cui A nulli eidem omni B. Vide indefinitum vltimum terminum accepimus, sed postea determinatur, quando dicimus nulli A eidem igitur B omni. Conueniunt autem syllogismi secundum assumptionem cum categoricis & hypotheticis syllogismis, similiter quoq; differunt, cum categoricis quidem conueniunt, ꝙ in tres figuras syllogismi secundum assumptionem habet tres terminos, differunt autem, ꝙ vnus terminus prorsus primo indefinitus est, & propositiones debent accipi ex concessione. Conueniunt quoque cum hypotheticis quatenus conclusionem non concludunt sed propositionem dicẽtes huic omni B, vt sit omni C B: vt etiam hypothetici. differunt autem quatenus conueniunt cum categoricis.

Si vero quòd B ipsi C oportet cõcludere, nõ amplius similiter conuertendum est A B, namque eadem propositio est B nulli A, & A nulli B inesse, sed accipiẽdũ cui A nulli inest B oĩ inesse, sit A nulli eorum quæ C inesse, quod erat conclusio, cui autem A nulli, acceptum sit B omni inesse, necesse igitur B omni C inesse, quare quum tria sint, vnumquodque conclusio factum est, & circulo demonstrare: hoc est conclusionem, accipientem & econuerso alteram propositionem reliquam ratiocinari.

Si opus est, inquit, ostendere minorem propositionem non potest per conuersionem maioris, quandoquidem & conclusio sit negatiua & maior. Equidem ex duabus negatiuis non fit syllogismus siue non concluditur conclusio syllogistica, sed quomodo per assumptionem? sic, quod cui A nulli inest huic, etiã omni B & C ipsum A: igitur inest, igitur huic omni ipsum B, ecce vt ostendatur minor propositio primæ figuræ per assumptionem demonstrauit, & assumptio ostendit minorem propositionem per tertiam figuram.

In syllogismis vero qui in parte, vniuersalem quidem propositionem non est demõstrare per altera, eam vero quæ secundum partem erit, quòd igitur non est demonstrare vniuersalem manifestum. Vniuersale namque monstratur per vniuersalia. Conclusio autem non est vniuersalis: oportet autem ex conclusione monstrare & altera propositione.

Expleuit

Expleuit sermonem de ambabus vlibus in prima figura, venit nunc ad particulares cōclusiones, & primo de affirmatiua inquit, ꝙ minore propositione contingit circularem ostensionem fieri, sed maiore minime, nisi igitur rursus per assumptionem. Nam maior vniuersalis affirmatiua concludit vniuersale affirmatiuum ex vniuersalibus. Et hic siue particularis & conclusio particularis, sed ex duabus particularibus nihil cōcluditur.

Amplius omnino neque fit syllogismus conuersa propositione, in parte enim ambæ fiunt propositiones, eam vero quę est, in parte est, sit enim monstratum A *de aliquo* C *per* B. *Si igitur acceptum fuerit* B *omni* A, *& conclusio maneat* A *alicui* C *inerit, fit enim prima figura & medium est* A.

Quia tertius modus primæ figuræ ex maiore vniuersali affirmatiua & minore particulari affirmatiua particularem conclusionem est concludens, inquit ꝙ circulo ostendere minorem ꝙ A alicui C, possumus sic B omni A. Nam erat A omni B, igitur B omni A & A alicui C, igitur & B alicui C, maiorem autē circularem nō possumus ostendere per vniuersalem, & vniuersale ostendebatur ex duabus vniuersalibus. Sed quomodo potest per assumptionem sic quod alicui C inest: velut in propositione diximus & per conclusionem. Etenim hoc alicui concluditur, huic inest A B omni vniuersaliter, & B inest C alicui, igitur B omni ipsum A: & ostensa est assumptio per tertiam figuram.

Si vero sit priuatiuus syllogismus, vniuersalem quidem propositionem non est monstrare, ob id quod & prius dictū est, eam vero quæ est, in parte est, si itidem conuersa fuerit A B, *quemadmodum & in vlibus non est. per assumptionem autem est vt cui* A *alicui non inest,* B *alicui inesse, aliter.n.nō fit syllogismus eo quod propositio quæ in parte est negatiua.*


Quartus modus primæ figuræ est ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua particularem conclusionem concludens, & inquit ꝙ neq; maiorem potest ostendere per circularem ostensionem, sed per assumptionem sola minor ostenditur, & maior non potest, quia vniuersalis, & minor per assumptionem, quia etiam maior & conclusio negatiua. Sed ex negatiua, neque concludebatur. Sed quomodo minor ostēditur? sic, cui alicui A non inerit huic alicui B inest, & alicui C A non inest, igitur C alicui B inest, & aliter nō.

Caput sextum. FIGVRA SECVNDA.

IN secunda autem figura, affirmatiuum quidem non est monstrare per huic modum, priuatiuum vero est, prædicatiuum igitur non mōstratur eo quòd ambæ propositiones non sunt affirmatiuæ, conclusio autem est priuatiua, sed prædicatiuum ex ambabus monstrabatur affirmatiuis.

Expleuit sermonem de prima figura, nunc venit ad secundam. Et hic possunt ostendi circulariter, vel secūdum assumptionem propositiones. Et quam accepit primam coniugationem supra, nunc secundam, quam autem secundam, nunc primam, & quā accepit tertiā, nunc quartam, & quam quartam, nunc tertiam.

Priuatiuum vero sic mōstratur, insit A *oī* B, *nulli aūt* C, *cōclusio* B *nulli* C. *Si igitur acceptum fuerit* B *oī* A *inesse, necesse est* A *nulli* C *inesse, fit enim secunda figura mediū* B.




Duo modi quorum secundus ... primi concluditur ex maiori & conclusione cōuersa.

Accipit primam ex maiore vniuersali affirmatiua & minore vniuersali negatiua, & inquit, ꝙ maiorem non potest ostendere circulo. Nam vniuersale affirmatiuum ex duabus vniuersalibus affirmatiuis erat. Hic autem & conclusio, & propositio minor negatiua, & maior est vniuersalis sic C nulli A. Nā erat A nulli C, igitur A nulli C & B omni A, quare B nulli A & A nulli B. potest autem & maior ostendi & si non circulo, tamen secundum assumptionem sic quod cui C nulli conclusioni huic omni, ipsum A & ipsum B nulli C: igitur A oī B.

Si autem A B *priuatiuum acceptum fuit, alterum vero prædicatiuum, prima erit figura nā* C *quidem omni* A: B *aūt nulli* C *quare nulli* A, *neq; igitur* B *ipsi* A, *per conclusionem, igitur & vnam propositionem non fit syllogismus, accepta autem altera erit.*

Nunc accipit maiorem priuatiuam & minorem affirmatiuam. Hanc igitur maiorem possibile est ostendere non tamē minorem sic, vt B nulli C & ipsum C omni A, igitur B, nulli A & A nulli B, per hæc is secundus modus acceptus est quia duas conuersiones habet, vnam habet dicentē C omni A. (Nam erat A omni C) & alteram conclusionis, & minorem propositionem possibile est ostendere per assumptionem sic cui B nulli, huic omni A & B nulli C, igitur A omni C.



Ex his duobus modis, secundus concludit maiorem ... conuersam ex minori & conclusione cōuersa, & rursus conuersa cō clusione maior primi concluditur.

Si vero non vniuersalis syllogismus sit, in toto quidem propositio nō demonstratur ob eandem causam, quam diximus & prius, quæ autem est in parte monstratur quando sit vniuersale prædicatiuū. insit enim A *omni* B, C *vero non omni, conclusio* B C: *si itaque acceptum fuerit* B *omni* A. C *autem non omni* A *alicui* C *non inest, medium* B.

Cum expleuerit sermonem de vniuersalibus in secūda figura nunc dicit de particularibus, & primo de habentibus maiorem vniuersalem affirmatiuam, & minorem particularem negatiuam, & inquit, ꝙ non est possibile maiorem circulo ostendi, quæ vniuersalis est, sed minor potest ostendi sic B omni A & B non omni C: & A non omni C quæ erat minor propositio, & maior potest ostēdi per assumptionem sic cui B inest non omni huic omni A & B inerat non omni C, igitur A inest oī B.

Quod si est vniuersalis priuatiua nō demōstrabitur A C *propositio, conuerso* A B, *accidit.n.aut vtrasque, aut alterā propositionem fieri negatiuam, quare non erit syllogismus, sed consimiliter monstrabitur, quemadmodum & in vniuersalibus, si acceptum fuerit cui* B *alicui non inest,* A *alicui inesse.*

Si autem inquit maior fuerit negatiua, rursus maior non ostendetur & minor secundum assumptionem sic cui B non omni inest, huic alicui A & B non omni C inest, igitur ipsi C alicui A inest.

Caput

Caput septimum. FIGVRA TERTIA.

IN tertia autem figura, quando ambæ quidem propositiones vniuersaliter acceptæ fuerint, non contingit monstrare per seinuicem, vniuersale nanque monstratur per vniuersalia. Conclusio autem quæ in hac semper est secundū partem, quare manifestum quòd oīno non contingit monstrare per hanc figuram vniuersalem propositionem.

Cum dixerit quæ propositiones ostenduntur in secunda figura circulariter & quæ non ostenduntur circulo, sed per sumptionem, nunc dicit de his quæ sunt in tertia figura, & primum de illa ex ambabus vniuersalibus, & inquit, ꝙ non possunt in tertia figura propositiones ex ambabus vniuersalibus circulo ostendi. Cur? quia vniuersales & per vniuersales ostēdimus, sed ī tertia figura conclusiones particulares, quare non ostenduntur in tertia figura ex ambabus vniuersalibus propositionibus.


Quod si hæc vniuersaliter sit, illa vero in parte, aliquando quidem erit, quandoq; autem non erit. quum igitur vtræque prædicatiuæ acceptæ fuerint, & vniuersale fiat ad minus extremum, erit.

Cum dixerit ꝙ vniuersalis propositio non potest ostendi in tertia figura, nunc dicit de habentibus vniuersalem & aliam particularem, & inquit ꝙ si ambę acceptæ fuerint categoricæ & maior particularis & mī nor vniuersalis erit. Si autem econuerso, non erit circularis ostensio, ceu A omni B, & B omni A: igitur A alicui B. Nam hoc ostensum est, quare & C alicui B, non tamen & B alicui A. Sic particularis propositio ostēditur, & vniuersalis non ostenditur, quia vniuersalis est. Nisi ergo secundum assumptionem.

Quum vero ad alterum non erit, insit enim A omni C. ipsum autem B alicui, conclusio A B. Si acceptum fuerit C omni A inesse, A autem alicui a, C quidem ostensum est alicui B inesse, B vero alicui C non est monstratum, atqui necesse est.

Non erit propositum, quia concludit C alicui B, sed posterius conuertitur, ꝙ B alicui C, & sic erit.

In duobus modis, secūdus nō concludit, quia non minorem, sed minorē conuersam.



Sic alicui B & B alicui C inesse, sed nō est idem hoc huic, & hoc huic inesse, sed assumendum si hoc alicui huic, & alterum alicui huic, hoc autem accepto non amplius fit ex conclusione, & altera propositione syllogismus.

Non enim idem est dictū si B alicui C & C alicui B. Nam quando dico B alicui C inest, subiectum est C & prædicatum B. Sed quando dico, ꝙ C alicui B ipsum B accipit subiectum & C prædicatum. At subiici & prædicari sunt diuersa.

Si vero B omni C, A autem alicui C erit demonstrare A C, quando acceptum fuerit C quidem omni B inesse. A autem alicui B necesse est A alicui C inesse medium B.

Si (inquit) maior particularis, & minor vniuersalis potest ostendi maior propositio hæc antecedenter sic, ipsum A alicui C, & ipsum B omni C, & C omni B, & B alicui A: igitur A alicui C.

Et quando sit hæc quidem prædicatiua, illa vero priuatiua, quæ autem prædicatiua vniuersalis, monstrabitur altera, insit enim B omni C, ipsum vero A alicui non insit, conclusio quòd A alicui a non inest. Si igitur assumptum fuerit C omni B inesse, erat autem & A non omni B, necesse est A alicui C non inesse, medium B.

Si autem fuerit maior particularis priuatiua, & minor vniuersalis affirmatiua: ostendetur maior circulariter sic, A non omni B, & B omni C, & A non omni C. Et minorem prædicatiuām per assumptionem demonstrauimus.

Quando autem priuatiua fiat vniuersalis, non monstratur altera, nisi quemadmodum in prioribus, si acceptum fuerit, cui hoc alicui non inest, alterum alicui inesse, vt si A quidem nulli C, ipsum vero B alicui, conclusio quòd A alicui B non inest. si igitur acceptum fuerit, cui A alicui non inest C alicui inesse, necesse est C alicui eorum, quæ a inesse, aliter autem non est conuertentem vniuersalem propositionem monstrare alteram, nullo enim modo erit syllogismus.

Si autem fuerit maior priuatiua vniuersalis, & minor particularis affirmatiua, non ostenditur particularis affirmatiua nisi per assumptionem. Nam circularis non potest. Nam si maior negatiua, & conclusio negatiua, sed ex duabus negatiuis nihil concludi potest, sed per assumptionem ostenditur sic, cui A nō omni inest, huic alicui C inest, sed A secundo inest omni, igitur ipsi B alicui inest C.

Planum itaque quòd in prima quidem figura monstratio per seinuicem, & per tertiam, & per primam efficitur figuram, quum enim prædicatiua est conclusio per primam, quum autem priuatiua per vltimam, accipitur enim cui hoc nulli, alteram omni inesse.

Repetitionem breuem facit dictorum quod in prima figura quotcunque ostenduntur propositiones circulo, aliæ illico in prima, aliæ in tertia, dicit aliquando per primam, aliquando per tertiam.

In media autem quum syllogismus quidem vniuersalis sit & per ipsam & per primam figuram, quum vero in parte & per ipsam & per vltimam. In tertia autem per ipsam omnes. Manifestum autem & quòd in tertia & media, qui non per ipsas fiunt syllogismi, aut non sunt secundum circularem monstrationem, aut imperfecti.

Sed in secunda figura ostensæ circulo si vniuersalis statim per secundam & ipsam primam. Si autem particularis, per eandem secundam & tertiam ostenditur. Et quæcunque in tertia figura ostendebantur circulo, omnes per eandem tertiam statim ostendebantur. Sed planum ꝙ in tertia & media figura quicunque nō per seipsos ostendunt, vel non secundum circulum, sunt imperfecti syllogismi.

Caput octauum. De conuersione quæ in syllogismis.

COnuertere autem est transponentem conclusionem facere syllogismum, quòd aut summum medio non inerit, aut hoc vltimo.

Diximus iam hoc multoties, quod tres sunt conuersiones, vna quidem in terminis, alia & secunda in propositionibus, tertia vero in syllogismo. Sed de conuersione in terminis dixit in prędicamentis quando dixit, æquale æquali æquale. Et de conuersione in propositionibus

tionibus dixit in Primo lib. Priorum Resolutiuorum, nunc aūt vult dicere de conuersione in syllogismo. Fit autem hæc hoc modo. Accipimus conclusionem factam & hanc transponimus, vel in cōtrarium vel in oppositum contradictorie, & aliam propositionem sanā seruamus, & reliquæ propositionis contrarium concludi ostendimus, vel contradictorie oppositum, ceu si concluderetur conclusio vniuersalis affirmatina transponimus hanc in contrariam vniuersalem negatiuam, vel in oppositū cōtradictorie ipsi ꝗ est particulare negatiuum, & sic ostendimus conclusa alterius propositionis, vel contraria, vel contradictorie opposita, facit autem hanc in syllogismo cōuersionem, & in vnoquoque modo syllogistico, & in vnaquaque figura. Sed quidam putarunt conuersionem in syllogismo, & deductionem ad impossibile idem esse. Aristote. autē post hanc contemplationem exponit deductione ad impossibile, & ostendit non esse idem conuersionem in syllogismo & deductionem ad impossibile.

Necesse.n. conclusione conuersa & altera propōne manente, interimi reliquam, si enim erit, & conclusio erit.

Conclusione conuersa & vna propositione manente necesse est tolli aliam propositionem & ostendi ipsam vel contrarium concludentem, vel contradictorie oppositum. Nam si maneret eadem, ipsa profecto & conclusio eadem manebit.

Differt autem opposite aut contrarie conuertere conclusionem, non enim idem efficitur syllogismus, quum vtroque modo conuertitur, sed hoc per sequentia manifestum erit. Dico autem opponi omni non omni, & alicui nulli, contrarie vero omni nulli, & alicui non alicui inesse.

Si conclusum in contrarium conuerterimus, diuersos faciemus syllogismos. Si autem in contradictorio oppositum, diuersos vt plane ostendemus. Econtrario autem inest omni & nulli, & illud alicui & non alicui.

Si nāq; mōstratum A de oī C per medium B, si itaq; A acceptū fuerit nulli C inesse, ipsi vero B omni, nulli C inerit B.

Primo facit conuersionem vt in primo modo primæ figuræ concludente vniuersalem conclusionem affirmatiuam, quia ex duabus vniuersalibus affirmatiuis componitur. Accipiamus igitur contrarium conclusioni, ꝙ A non omni C inest, sed ꝙ nulli, & decens est ostendere minorem propositionem. Ostenditur autem minor per secundam figuram, & maior per tertiā: igitur A nulli C, & A omni a conclusio minoris propositionis ꝙ ipsum a nulli C quod erat contrarium omni. Si autem volumus maiorem propositionem ostendere, demonstrabimus per tertiam figuram, & concludemus non contrariū maiori propositioni, sed contradictorie oppositum. Nam in tertia figura vniuersalis conclusio non concludebatur, vt A nulli C & ipsum B omni C conclusio est, ꝙ A non omni B, sed hoc contradictorie opponitur propositioni, quare ex his dictis obseruare debemus, ꝙ propositio maior per tertiam figuram ostenditur, & minor per secundam, & hoc rursus seruare debemus in prima figura, ꝙ conclusio conuerteretur in contrarium, si maiorem propositionem ostendens acceperit cōtradictorie oppositum. Si autem minorem, contrarium conclusum ostendes in quod etiam conclusionem conuerteris. Si autem conuersio, conuerteretur in illud nō omni, dico, scilicet contradictorie oppositum. Et maior propositio & minor similem conclusionem concluderet vt plane ostendemus. Si autem A nulli C acciperetur, primo ostendit minorem propositionem concludentem similem conclusioni.

Et si A quidem nulli C, B autem omni C A non omni a & non omnino nulli, non enim monstrabatur vniuersale per vltimam figuram, omnino vero non est vniuersaliter destruere per conuersionem propositionem, quæ est ad maius extremum, semper enim tollitur per tertiam figuram, necesse nāque ad vltimum extremum ambas accipere propositiones.

Modus ad tollendam vtranque propositionem conuersa conclusione contrarie in primo modo.

Nunc ostendit maiorem propositionem concludentem oppositum contradictorie propositioni. Erat autem prima illud A non omni B, nunc igitur illud non omni concluditur, idest A non omni a.

Et si priuatiuus syllogismus sit consimiliter, sit enim ostēsum A nulli eorum quæ C inexistens per a.

Cum ostenderit de vniuersali affirmatiuō, nūc vult de vniuersali negatiuo. Nam si fuerit A nulli C per medium B vt accipiatur omni, decens ostendere minorem propositionem, sic concludemus rursus in secunda figura. Nam minor in secunda concludebatur, A omni C & A, nulli B conclusio ꝙ B nulli C. Si autem maiorem decet ostendere, ostēdemus per tertiam figuram A omni C & a omni C, igitur A alicui B. Et in secundo igitur modo primæ figuræ ostensum est, minor per secundā & maior per tertiam. Ostensum est hoc rursus vt diximus, & maior concluderet oppositum contradictorie. Nam pro nulli illud alicui conclusit, & minor contrariū vt oppositum. Nam pro omni ipsum nulli conclusit.

Igi: si acceptū fuerit A inesse oī C, ipsi vero a nulli, B īerit nulli eorū, quæ C & si A & B oī C: A alicui B, sed nulli inerat.

Modus ad tollendam vtranque propositionem conuersa conclusione contrarie in secundo modo.

Primo ostendit minorem propositionem concludentem contrarium primæ propositioni. Deinde secundo ostendit maiorem concludentem oppositum contradictorie primæ propositioni.

Quod si opposite conuersa fuerit conclusio, & syllogismi oppositi & non vniuersales erunt, nanque fit altera propositio in parte, quare & conclusio erit secundum partem, sit enim prædicatiuus syllogismus & conuertatur sic, igitur si A *nō omni* C *: omni autem* B *ipsum* B *non omni* C, *& si* A *quidem non omni* C, *ipsum vero* B *omni* A *non omni* B. *Consimiliter autem & si priuatiuus syllogismus, si enim* A *alicui* C *inest, ipsi vero* B *nulli* B, *alicui* C *non inerit, non simpliciter nulli, & si* A *alicui* C : B *vero omni, quemadmodum in principio acceptum est* A *alicui* B *inerit.*

Accepit primo conclusionem in duobus modis & conuertit in contrarium & ostendit conclusa, nunc cōuertit in opposita contradictorie, igitur & in maiori propositione, & in minori contradictorie oppositum concludetur in primo modo, vt A non omni C, & A non omni B, conclusio ꝙ a non omni c. Erat autem primo omni. Et in maiore rursus similiter A non omni C & B non omni C. Conclusio ꝙ A non omni B, quare si conuerteretur in oppositum contradictorie conclusio concluderetur per opposita contradictorie. Sed in secundo modo sit A nulli B & A alicui C, conclusio est ꝙ B nō omni C, quia contradictorie opponitur primæ propositioni. Si autem maior ostendenda est sic A alicui C & B sic C, conclusio ꝙ A alicui B, quod etiam cōtradictorie opponitur primæ propositioni.

Cæterum in syllogismis, qui in parte quādo opposite quidem conuertatur conclusio tolluntur ambæ propositiones, quando autem contrarie neutra, non enim amplius accidit tollere, quemadmodum in vniuersalibus deficiente conclusione secundum conuersionem, sed neque omnino tollere.

Cum expleuisset sermonem de vniuersalibus syllogismis concludentibus vniuersale, nunc dicit de particularibus concludentibus, & inquit, quod si conclusio conuerteretur in oppositum contradictorie, tolluntur propositiones à principio, & fuerint contraria vel opposita contradictorie. Si autem in contrarium conuerteretur conclusio, non amplius tolluntur propositiones, sed manent ipsæ vt ostendimus & cur hoc fit inquit. Nam non amplius hic fit, vt in vniuersalibus, accepta conclusione in contrarium, ostendebatur, auferri propositionem primam. Nam hic prorsus tollit vniuersale quia conclusio particularis.

Sit. n. ostensum A *de aliquo* C, *igitur si acceptū fuerit* A *nulli* C *īesse, ipsum vero* B *alicui* A *alicui* B *non inerit, & si* A *nulli* C, *oī aūt* B *ipsum* B *nulli* C, *quare tollunt̄ vtraq;. Quod si contrarie conuertantur, neutra, si. n.* A *alicui* C *non inest, ipsi vero* B *omni* B *alicui* C, *non inerit, sed nondum tollitur quod* A *principio, contingit nanque alicui inesse & alicui non inesse, sed ipsius* A B *vniuersalis nihil omnino fit syllogismus, si enim* A *nō inest alicui eorum quæ* C, B *vero alicui inest, neutra propositionum vniuersalis.*

Primo ostendit tertium modum primæ figuræ concludentē hoc alicui, si autem conuerteretur in oppositum contradictorie illud nulli sic concludet A nulli C, ipsum B alicui C conclusio ꝙ A non omni B. Si autem minorem sic, A nulli C, A omni B conclusio quod B nulli C quare maior & minor in oppositum contradictorie conuertuntur conuersa sic conclusione. Si autem in contrarium conuerteretur conclusio vt pro hoc alicui non omni accipiamus neque maiorem possumus ostendere, quia minor & conclusio sunt particulares. Item minorem non possumus ostendere, cur non ostendemus? primo quidem quia maior fit particularis in secunda figura, & quia concludimus non omni, hoc autem non omni non opponitur contradictorie primæ propositioni huic alicui. Nam aliquando simul verificantur hæ propositiones.

Consimiliter autem & si priuatiuus syllogismus, si enim accipitur A *omni* C *inesse, tollentur vtraque. si vero alicui neutra, demonstrato autem eadem.*


Vt in tertio modo, sic & in quarto negatiuo faciundum. Nam si contradictorie oppositum acciperetur, tolluntur ambæ. Si autem contrarium, non tolluntur, sed demonstratio eadem. Et in quarto modo quæ etiā in tertio modo fiebat.

Caput nonum. FIGVRA SECVNDA.

Sed in secunda figu propōnem quidem, quæ ad maius extremum non est interimere contrarie, facta conuersione vtrolibet modo, nam semper erit conclusio in tertia figura, vniuersalis autem non erat in hac syllogismus, alteram vero similiter tollemus conuersioni, Dico autē similiter, si cōtrarie quidē cōuertitur cōtrarie, si vero opposite, opposite.

Absoluit primam figuram, nunc venit ad secundam & inquit, ꝙ maior propositio non tollitur quando accipitur contrarium conclusionis, sed minor tollitur, dico, s. maiorem propositionem non tolli, non quia tollitur, sed quia in contrarium non tollitur, sed in oppositum contradictoria tollitur. Sed cur? ipse dicit ꝙ in tertia figura ostenditur maior propositio, & nullum vniuersaliter in tertia ostenditur. Et maior in secunda figura vniuersalis est, quare oppositum contradictorie ostēditur, & minor propositio ostenditur per primam figuram vt ostendemus.

Insit enim A *omni* B, *ipsi autem* C *nulli, conclusio* B C. *Si itaque acceptum fuerit* B *omni* C *inesse, &* A B *maneat* A *omni* C *inerit, nam fit prima figura: quòd si* B *omni* C, A *vero nulli* C A *non oī* B *figura vltima. Si aūt opposite conuersum fuerit* B C, A B *quidem itidem monstrabitur* A, C *vero opposite, si enim* B *alicui* C. A *autem nulli* C, A *alicui* B *non inerit. Rursus si* B *alicui* C, A *vero omni* B, A *alicui* C: *quare oppositus fit syllogismus.*



Tollit hic vtrasque propositiones conuersa conclusione contrarie & opposite.

Primo ostēdit primum modum secundæ figuræ sic, illum, scilicet qui constat maiore affirmatiua & minore negatiua & concluditur conclusio negatiua. ipsum B nulli C. si autem accipiatur B omni C inesse, & ostendere volumus minorem propositionem dicentem, A nulli C ostendemus minorem per primam figuram sic, A oī B & B omni C. igit̄ A oī C. Tollitur aūt maior propō non contrarie sed contradictorie, vt pulchre diximus, maiorem non tolli contrarie sed si oppositum contradictorie conclusionis acceptum fuerit, vt B alicui C maior propositio similiter tolletur, & demonstrabitur sic, vt minor contradictorie. nam si B alicui C, &

A nulli

A nulli c cōclusio est ꝙ A non omni B. Et in minore sic A omni B & B alicui c, igitur A alicui c ꝙ est contradictorie oppositum primæ propositioni.

Consimiliter monstrabitur & si econuerso se habeant propositiones.

Similiter autem demonstrabitur & secundus modus secundæ figuræ, nam econuerso se habent propositiones.

Quod si syllogismus est in parte, si contrarie conuertatur cōclusio, neutra propositionum tollitur, quemadmodum neque in prima figura, si vero opposite, vtraque.

Cum absoluerit sermonem de vniuersalibus concludentibus in secunda, nūc dicit de particularibus, & inquit, quod si in particularibus concludentibus conclusionem particularem in contrariū conuerteretur, nulla propositio tollitur: neque maior neque minor, si autem conclusio conuerteretur in oppositum contradictorie ipsi, tunc ambæ tolluntur, vt ostendemus.

Ponatur enim A B quidem nulli inesse, ipsi autem c alicui, conclusio B c. Si itaque positum fuerit B alicui c inesse, & A B maneat, conclusio erit quòd A alicui c non inest, sed non est sublatum, quòd A principio. Contingit enim alicui inesse & non inesse. Rursus si B alicui c: & A alicui c non est syllogismus, neutrum enim acceptorum vniuersale, quare non tollitur A B quòd si opposite conuertatur, tolluntur ambæ, si enim B omni c, A vero nulli B: nulli c ipsum A, sed erat alicui. Rursus si B omni c, A autem alicui c: A alicui B.

De tertio modo nunc dicit secundæ figuræ, qui est ex maiore vniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua concludente conclusionem particularem negatiuam. Si ergo conclusio transponeretur in contrarium ꝙ B alicui c inest, & decet ostendere minorem propositionem demonstramus sic, A non omni c, sed non tolleretur prius dicere ꝙ A alicui c. nam contingit vt ambæ simul verificetur, si autem volumus maiorem confutare: confutabimus per tertiam figuram, sed non confutabitur. Etenim & conclusio particularis affirmatiua & minor propositio particularis, & ex duabus particularibus non fit syllogismus, quare pulchre diximus ꝙ si in particularibus conuerteretur in contrarium conclusio, tollentur propositiones ambæ, vt si B assumptū fuerit pro hoc non omni c quod omni inest, & si decēs ostendere minorem propositionem sic ostendimus A nulli B & B omni c, igitur A nulli c. ecce nunc sublata est minor cōtradictio. Erat enim alicui c ipsum A. Sed si decet maiorem tolli sic tollemus B omni c & A alicui c, igitur A alicui B, quare & nunc maior contradictorie sublata est, nam erat A nulli B.

Eadem vero demonstratio & si vniuersale prædicatiuū.


Vt in tertio modo ostendimus, sic & in quarto modo ostendemus habente maiorem propositionem affirmatiuam.

Caput decimum. FIGVRA TERTIA.

Sed in tertia figura, quum contrarie quidem conuertatur conclusio, neutra tollitur propositionum secundum nullum syllogismorum, quum vero oppsite ambæ & in omnibus.

Cum dixerit de secunda figura, nunc dicit de tertia, & inquit quia conclusio particularis est, si contrarium conclusionis sumeretur non conuertitur, neque aliqua propositio tollitur, si autem in oppositum contradictorie conuerteretur, ambæ propositiones tolluntur, vt ostendemus: ostenditur autem maior propositio per primam figuram, & minor per secundam.


Sit ostensum A alicui B inexistens, medium autem sit acceptum c. sint autem propositiones vniuersales, igitur si acceptum fuerit A alicui B non inesse, B vero omni c non fit syllogismus A & c, neq; si A: eorum quidem quæ B alicui nō insit, c autem omni, non erit B & c syllogismus. Consimiliter autem monstrabitur & si non vniuersales propositiones, aut enim ambas necesse est secundum partem esse per conuersionem, aut vniuersale ad minus extremum fieri, verum sic non erat syllogismus neque in prima figura, neque in media.



In his tribus modis conuersa conclusione contrarie nulla tollitur ex propositionibus, nam esset maior in parte in prima figura, & in secunda ambæ particulares.

Ostendit primo in primo modo tertiæ figuræ conuersionem ꝙ concludit ex duabus vniuersalibus affirmatiuis conclusionem particularem affirmatiuā, ceu A alicui B inest, si ergo accipiatur A non omni B inesse, & ipsum B omni c non potest fieri syllogismus in prima figura per primam, sed minor per secundam sic A non omni B, & A non omni c: quia maior particularis in secunda figura A B assyllogistica est coniugatio. Rursus si fuerit vniuersalis propositio vna, & alia in parte non fit syllogismus. cur? quia si voluerimus maiorem propositionē ostendere fit maior particularis, & sunt ambæ particulares & assyllogistica fit coniugatio. Similiter autem & si minorem voluerimus ostendere, quare pulchre dixit. Si in contrarium conuerteretur nulla propositio tollitur in tertia figura.

Quod si opposite conuertantur propositiones, tolluntur ambæ, si enim A nulli B, B vero omni c: A nulli c. Rursus si A nulli quidem B, ipsi vero c omni B nulli c, & si altera non vniuersalis consimiliter. si enim A nulli B, B vero alicui c: A alicui c non inerit, quòd si A B quidem nulli, c autem omni, nulli c ipsum B.




In his modis tollitur vtraque propositio conuersa conclusione opposite.

Cum dixerit ꝙ si in contrarium conuerteretur syllogismus non fit destructio propositionum, nunc dicit ꝙ si opposito modo conuerteretur, vt pro hoc A alicui B vt accipiamus ꝙ nulli, & facimus sic, A nulli B & ipsum B omni c, igitur A nulli c. Si autem minorem voluerimus reprobare, sic A nulli B & A omni c, igitur B nulli c quare ambæ propositiones in contrariū sublate sunt in tertia fig. conclusione conuersa oppositū contradictorie. Similiter autem ostendemus & si maior negatiua & minor affirmatiua sit, conclusio sit ꝙ A non omni B. Si ergo accipiatur omni, si maiorem propositionem

nem decet ostendere, sic ostendimus A omni B, & ipsum B omni C, & A omni C. Si autem minorem sic, A omni B & A nulli C, conclusio q B nulli C, sic in ambabus vniuersalibus propositionibus in tertia figura.

Similiter vero & si priuatiuus syllogismus, sit enim ostensum A alicui B non inexistens, sit autem prædicatiuum quidem B C, negatiuum autem A C. Sic enim efficiebatur syllogismus, quando igitur contrarium acceptum fuerit conclusioni, non erit syllogismus, si enim A alicui B, B vero omni C non erat syllogismus ipsius A & ipsius C. neque si A alicui B, C vero nulli, non erat ipsius B & ipsius C syllogismus, quare non tolluntur propositiones, quando autem oppositum tollitur, si enim A omni B & B ipsi C, A omni C sed nulli inerat.

In hoc modo cō versa conclusione contraria nulla tollitur propositio, nam maior in prima & secunda figura esset particularis,



Dicit nūc de tertio modo primæ figuræ ex maiore vniuersali affirmatiua & minore particulari negatiua concludente particularem conclusionem, si in oppositum accipiatur conclusio in ipsum nulli & decet maiorem propositionem confutare & sic confutatur A nulli B & B alicui C, igit A non omni C quare in oppositum cōtradictorie nunc maior confutata est conuersa conclusione in contradictorium. Si autem minorem confutabimus sic A nulli B A, oī C igiē B nulli C: quare & minor confutata est in cōtradictoriū. Et hoc seruandum est si alis maior fuerit negatiua & minor affirmatiua, vbi concludit conclusionem particularem negatiuam, A non omni B, si ergo transmutaretur in contrarium, hoc alicui, neque maior, neque minor propositio confutabitur. Si autem in oppositum contradictorie ambæ confutabuntur, nam sit A omni B & B alicui C, igitur A alicui C. si autē minorem sic, A omni B & A alicui C. B igitur nulli C, quare obseruandum est q minor & maior in contradictorium conuertuntur, quando fuerit alia vniuersalis, & alia in parte.

Rursus si A omni B, ipsi autem C nulli, B nulli C, sed omni inerat. Consimiliter autem monstratur & si non vniuersales sunt propositiones, sit enim A C & vniuersale & priuatiuū. Alterum autem prædicatiuum in parte. Si igitur A omni B, B autē alicui C, A alicui C contingit: sed nulli inerat. Rursus si A omni B. ipsi autem C nulli, B nulli C. Si nautem A alicui B & B alicui C non fit syllogismus, neque si A alicui B. ipsi autem C nulli, neque sic. quare illo quidem modo tolluntur, sic autem tolluntur propositiones.

Si autē fuerit maior particularis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua, sic ostendimus A non omni B, & ipsum B omni C, igitur A omni. Si autem minorē sic, A omni B, A non omni C, igitur B non omni C.

Planum igitur per dicta, quomodo conuersa conclusione in vnaquaque figura fit syllogismus: & quando contrarius propositioni, & quando oppositus.

Breuem repetitionem facit dictorum per tres figuras. Et inquit q planum est aliquando roprobari propositiones siue in oppositum contradictoriè mutetur conclusio, siue in contrariū, & quando non cōfutātur.

Et quòd in prima quidem figura, per mediam & vltimā fiunt syllogismi, & quæ ad minus extremum semper per medium tollitur, quæ vero ad maius per vltimum. In secunda autem per primam & vltimam, quæ quidem ad minus extremum, semper per primam figuram, quæ autem ad maius per vltimam. Sed in tertia per primam & per mediam, & quæ quidem ad maius semper per primam, quæ autem ad minus, per mediam. Quid igitur est conuertere & quomodo in vnaquaque figura, & quis fit syllogismus, manifestum.

Communiter planum est q ex propositionibus in prima figura, maior ostenditur per vltimam, & minor per secundam, & in secunda figura maior propositio per tertiam, & minor per primam, & in tertia figura maior per primam, & minor per secundam figuram confutantur.

Caput vndecimum. De deductione ad impossibile.

Syllogismus vero, qui per impossibile, monstratur quidem quando contradictio conclusioni posita fuerit, & assumpta sit alia propositio, fit autē in omnibus figuris.

Absoluit sermonē de conuersione syllogismorum, nunc de deductione ad impossibile dicit, & quō differt deductio ad impossibile, ab ipsa conuersione in syllogismo. Sic igitur differt q in conuersione oportet primo facere syllogismum, deinde sic conuersionem, in deductione autem ad impossibile & sine hoc q fiat syllogismus, potest ostendi absurdum sequi. Item differt q in conuersione potest conuerti in contrarium & cōtradictorium cōuerti, sed in deductione ad impossibile minime, vbi solum in oppositum contradictorium fit, alioquin si in contrarium assumeretur vel non ostēdit syllogisticam coniugationem, vel si sit syllogistica, nullum absurdum sequitur. Item differt quia in conuersione in syllogismo ostenditur in vna propositione oppositū, vel cōtradictorie, vel cōtrarie. Sed in deductione ad impossibile in oppositum cōtradictorium vnius propositionis solum præcedētis absurdum sequi ostenditur. Per hæc igitur differt conuersio à deductione ad impossibile. Sed vt conuersio in tribus figuris ostendebatur q potest fieri, sic etiam deductio ad impossibile in tribus figuris erit. Et hoc ostēdet q per deductionem ad impossibile vniuersaliter affirmatiuum in prima figura ostendi non potest, sed in secunda & tertia. Et in prima figura ostendit alias tres syllogisticas coniugationes. Dicit autem primo quomodo fit deductio ad impossibile, quia accipimus ex principio cōclusionem, & huic oppositum contradictorie, & vnam propositionem veram, & ostendimus sequi ex alia propositione aliquid absurdum, & impossibile.

Simile nanque est conuersioni, præterquam quòd differt tantum, quoniam conuertitur quidem facto syllogismo, & impositis ambabus propositionibus, deducitur vero ad impossibile non praconfesso prius opposito, sed manifesto existente, quoniam verum. Termini autem similiter se habebūt in ambobus, & eadem amborum acceptio.

Similem conuersioni dicit, quia vt conuersio in tribus fit figuris, sic etiam deductio ad impossibile fiet. Equidem hac ratione cōmunicāt, & differunt his quibus prædiximus deductio ad impossibile à cōuersione.

Vt si A inest omni B, medium autē C. Si fuerit suppositū A aut non omni, aut nulli B inesse, C vero omni, quod erat verum,

verum, necesse est C aut nulli aut non oĩ B inesse, hoc aũt impoĩe, quare falsum, quod suppositũ est, verũ igitur oppositũ.

Vult dictum per exempla ostendere, ꝙ A omni C: & ipsum C omni B, cõclusio A omni B. si antẽ aliquis hoc dicet esse falsum, ex necessitate concedet, vel contrariũ esse verum, vel contradictorium, igitur si non cõcedet ipsi B: A inesse, vel igitur nihil inest vel non omni, igitur in secunda figura ostenditur absurdum sic, A ipsi B, vel nulli vel non omni, & A omni C, conclusio ꝙ ipsi C: nullum B, vel non omni, si autem hoc absurdum concludi B ipsi C: vel nulli, vel non omni, & falsum, verũ igitur oĩ ꝙ prius sic diximus in secunda figu. quia sequitur aliqđ impoĩe ostensum est vniuersaliter affirmatiuum, sic igitur non solũ in prima figura fieri põt, sed etiam in aliis.

Consimiliter vero & in aliis figuris, quaecunque enim cõuersionem suscipiunt, & syllogismum per impossibile.

E contrario debuit dicere ꝙ quæcunque ostenduntur per impossibile & conuersione ostẽduntur & quæcunque per conuersionem, minime per impossibile, nam in plus conuersio quàm ipsum per impossibile.

PRIMA FIGVRA.



LIA *itaq; problemata oĩa per impoĩe monstrantur in omnibus figuris, Vniuersale autẽ prædicatiuum in media quidem & tertia mõstratur, in prima vero non mõstratur, supponatur nanque A non omni B, aut nulli inesse, & accipiatur alia propositio vtrolibet modo, siue C inesse omni A, siue B omni D. sic enim esse posset prima figura, si igitur suppositum est A inesse non omni B, non fit syllogismus quomodolibet accepta propositione.*

Cuncta alia problemata & conclusiones ostenduntur per primam figuram cum vle negatiuum particulare, & particulare affirmatiuum, & vle affirmatiuũ ostẽduntur in secunda & tertia figura, non tñ in prima. Et in exemplis facit rõnem. Supponatur sic, A nulli B: vel nõ oĩ, deinde assumpta sit alia maior propositio, & alia minor. Siquidem assumpta est, qualitercunque sit maior, asyllogistica fit coniugatio, quia minor est vlis negatiua, vel particularis negatiua. Si autem minor assumpta sit propositio, vt B omni D, siquidem & maior vlis negatiua fuerit concluditur syllogismus negatiuus. Si aũt particularis fuerit negatiua non concluditur, quia maior fit particularis, si ergo assumatur B omni D, A existente nulli B: falsa erit conclusio negatiua, tamen concludit oppositum verum ꝙ erit, nam suppositum omni.

Si aũt nulli, qñ B D assumpta fuerit, syllogismus quidem erit falsi, sed propositũ non monstratur, si. n. A nulli B, B vero oĩ D: A nulli D, hoc vero impoĩe, falsum itaq; A inesse nulli B. Sed non, si nulli falsum oĩ verum. Quod si C A accepta fuerit, non fit sylls, neq; qñ suppositum sit A, inesse non omni B: quare manifestũ quòd oĩ inesse non monstratur in prima fig. per impossibile, alicui vero & nulli & non oĩ monstratur.

Vt igitur diximus si assumptum fuerit A nulli B: & ipsum B omni D, cõclusio ꝙ A nulli D. Et supponatur hoc falsum, & falsum cur secutum est, quia nos accipiemus maiorem nagatiuam, sed nõ omnino, si A nulli B inest, non verum omni sed magis verum oppositum cõtradictorium, siquidem est omnino contrarium dicere, quare absurdo sequente primam & maiorem propositionem, & falsa existente per deductionẽ ad impossibile ostenditur in prima fig. minime vniuersale affirmatiuum, sed vniuersale negatiuum & particulare, & affirmatiuum & negatiuum ostenditur in prima figura.

Supponatur enim A nulli B inesse, B autem acceptum sit omni, aut alicui C. Igitur necesse est A nulli aut non oĩ C inesse, sed hoc impossibile, sit enim verum & manifestũ, quòd A inest oĩ C, quare si hoc falsum, necesse est A alicui B inesse, Quod si ad A sumpta fuerit altera propositio, non erit sylls.

Per hanc suppositionem vult ostendere particularẽ conclusionem affirmatiuam, quia absurdum sequitur ex assumptione alterius ꝓpõnis, nam supponatur prima hæc assumptio A nulli B, & B omni C: igitur A nulli C: conclusio. Si quidem B omni C, & A nulli C. si autem alicui C ipsum B, conclusio est ꝙ A nõ omni C. Sed hoc sit impossibile, igitur impossibile secutum est, quia A non inest omni B: sed nulli, necesse alicui: igitur inesse.

Neque quando contrarium conclusioni suppositum fuerit, vt alicui non inesse.

Si igitur (inquit) accipiamus aliam propositionem oppositam A B, ceu C alicui A: & A omni B: non fit syllogismus, quia maior particularis sit.

Planum igitur quòd oppositum supponendum.

Si enim conclusio concluderetur nulli vel non omni, quia supponitur A nulli B. falsa autem est conclusio, cur? quia maior est falsa, igitur necesse est oppositum esse verum illud alicui, quia A alicui C: sed si hoc verũ, necesse est maiorem propositionem A B omni inesse, & illam B C: alicui inesse. Sic per hoc absurdum ostensum est in prima figura particulare affirmatiuum.

Rursus supponatur A alicui B inesse: acceptum autem sit C omni A, necesse itaq; C alicui B inesse: hoc autem sit impossibile, quare falsum quod suppositum est. si vero sic, verum nulli inesse. Consimiliter autem & si priuatiuum sumptũ fuerit C A. Sed si propositio quæ est ad B accepta fuit, nõ erit syllogismus, si in autem contrarium suppositũ fuerit, syllogismus quidem erit & impossibile. sed nõ mõstratur suppositũ.

Nunc per hanc suppõnem vult ostendere absurdũ sequi, deinde per absurdum illud ostendit ipsum nulli cõclusum sic C omni A, ipsum A alicui B, igitur C alicui B. Et impossibile & falsum, cur conclusum est? quia maior in omni assumpta est, si hoc igitur falsum, igitur verum nulli. Similiter & si A C assumatur ꝙ nulli inest, ostendetur absurdum, & concludetur vt ostẽdemus primũ ꝙ alicui inest. Si aũt acceperis aliam ꝓpõnem non ad A sed ad B: non fit sylls, quia fit maior particularis.

Supponatur. n. A oĩ B, & C accipiatˀ oĩ A, igitur necesse est C oĩ B inesse: hoc aũt impossibile, quare falsum A inesse omni B. Verum nondum vtiq; necessarium, si nõ oĩ, nulli inesse.

Per hæc vult ostendere ꝙ oppositum contradictorie si sumptum fuerit, absurdum ostenditur, si aũt contrarium non ostenditur aliquod absurdum inesse, vt si A omni B: & ipsum C omni A, conclusio ꝙ C oĩ B inest, si autem hoc supponatur falsum, non omnino verum oppositum huic in impossibile deducentes dicemus. Planum igitur ꝙ deducentibus ad impossibile contradictorium sumendum est, & non contrarium.

Consimiliter autem & si ad B accepta fuerit altera propositio, syllogismus quidem erit & impossibile, sed non tollitur suppositio, quare oppositum supponendum. Vt autem monstremus A inesse non omni B, supponendum omni inesse: si enim A omni B: & C omni A: C omni B, quare si hoc impossibile, falsum quod suppositum est. Consimiliter autem & si ad B accepta fuit altera propositio, & si priuatiuum erat C A, consimiliter, sic etenim fit syllogismus.

Si deinceps voluerimus oñdere particulare negatiuũ per impossibile, debemus supponere oppositũ contradictorie illud omni, & si sequitur absurdũ, & intro-

ducitur non omni, ceu c omni A, & A omni B: cõclusio ꝙ c omni B, si autem hoc falsum, verum erit igitur non omni, similiter & si A C fuerit priuatiuum. Etenim sic fit syllogismus huius alicui non sane inesse.

Si vero ad B sit priuatiuum nihil monstratur. Quod si nõ omni, sed alicui inesse suppositum fuerit, nõ monstratur quoniam non omni, sed quoniam nulli.

Si (inquit) ad maiorem extremitatem fuerit priuatiuum, facit syllogismum particularẽ negatiuum, si autem ad maiorẽ non facit, quia negatiua est minor propositio in prima figura.

Si enim A alicui B, C vero omni A, C alicui B inerit, si igitur hoc impossibile, falsum est A alicui B inesse, quare verũ, nulli: hoc autem monstrato, tollitur ipsum verum, A enim alicui quidem B inerat: alicui autem non inerat.

Vt suppositũ est ꝙ c alicui B inest, ꝙ si hoc falsum, sequitur illud nulli, sic etiam illud suppositum falsum sequitur illud alicui.

Amplius non accidit impossibile iuxta hypothesim, esset enim vtique falsa, siquidem ex veris non est falsum ratiocinari, nunc autem est vera, inest nanque A alicui B, quare non supponendum alicui inesse, sed omni. Consimiliter vero & si monstraremus A alicui B non inexistens: si enim idem alicui non inesse & non omni inesse, eadem vtrorũq; demonstratio.

Vult per hoc ostendere ꝙ in quarto modo primę figuræ si suppositum fuerit per impossibilem deductionem ad contrarium, nullum absurdum sequitur, vt c nõ omni B. Nam si non contingit illud alicui, & illud alicui cum eo non omni non pugnat, quare debemus oppositũ contradictorie accipere, illud omni, vt hoc ostendamus absurdum & non alicui inesse.

Planum itaque quòd non contrarium, sed oppositum supponendum in omnibus syllogismis. nanque sic necessarium erit & dignitas probabilis, si enim de omni dictio aut negatio, quum monstratum fuerit quòd non negatio, necesse est affirmationem verificari. Rursus si non petuit affirmationem verificari, probabile est existimare negationem. Cõtrarium autem neutro modo conuenit existimare, neque enim necessarium si nulli falsum, omni verum esse, neq; probabile, vt si alterũ falsum, quòd alterũ verũ. Planũ igitur quòd in prima figura alia quidem problemata oĩa monstrantur per impole, vniuersale aũt affirmatiuum non monstratur.

Planum igitur (inquit) ex dictis ꝙ ostendenti cõclusionem per deductionem ad impossibile, sumendum est cõtradictoriam & non contrarium, & sic erit illud opinabile axioma dicens vel negationem vel affirmationẽ diuidentem esse verũ vel falsum. Est aũt cõtradictio diuidens semp & non oppõ contraria. Nã contrariũ non censetur semper diuidere verũ & falsum, neque aliqđ absurdum sæpe cõcludere, ob id dixit neutro mõ.

Caput. 12. FIGVRA SECVNDA.

IN media vero atque vltima, & hoc monstratur, ponatur enim A non omni B inesse, acceptum autem sit A omni C inesse, igitur si non omni B, C vero omni, C non omni B, sed hoc impossibile, sit enim manifestum quòd C inest omni B, quare falsum quod supponitur, verum itaque oĩ inesse.

Cum expleuent ostensionem per impossibile in prima figura, nunc venit ad ostendendum in secunda & tertia, & inquit ꝙ oẽs conclusiones concluduntur per hanc ostensionem ad absurdum in secunda & tertia figura. Sed scire oportet ꝙ non proxime neque primo concludũtur vel vñia affirmatiua in secũda fig. vel vñia in tertia figura, sed concludũtur supposita destructione aliarum. Supponatur igitur in secunda figura ꝙ ostẽ datur vñr affirmatiuum, ceu A omni B inest. Si. n. hoc falsum, illud verum non oĩ. Et assumpta sit alia propõ vera dicens, A oĩ C: conclusio ꝙ C non oĩ B, & hoc falsum aliquid fit. igitur verum illud oĩ. Sed falsum cur sequutum est? non propter veram ꝓpõnem, sed ob falsam dicentem A non oĩ B: & hoc falsum, igitur verum non oĩ. Sic vniuersale affirmatiuum, inquit autem quis si accipiamus rursus ostensionem per impossibile tanquam in contrario non ostenditur contrarium. Nam si accipiamus A B omni, si autem non supponatur nulli, dein de si hoc ostenderetur absurdum. Et absurdo existente nil magis oĩ ꝗ alicui accipiens, sed magis illud alicui, quare contrariũ sumẽdũ, sed oppositũ cõtradictorie.

Sin autem contrarium suppositum fuerit, sylls quidem erit & impole, non tamen monstratur propositum, si enim A nulli B, ipsi vero C omni, C nulli B: sed hoc impossibile, quare falsum nulli inesse, cæterum non si hoc falsum, oĩ verum.

Quia (inquit) si contrarium sumeretur ostensionis per impossibile, & non contradictorie oppositum fit syllogismus, sed aliquod propositum verum non amplius concluditur, i. non omni. Nam si accipiamus, illud nulli vt falsum, non amplius falso existente nulli, verum erit omni, sed illud alicui.

Quando autem A inest alicui B, supponatur A nulli B inesse, C autem omni insit, necesse igitur C nulli B: quare si hoc impossibile, necesse est A alicui B inesse, quòd si fuerit suppositum alicui non inesse, eadem erunt, quæ & in prima figura.

Demonstrauit quõ concluditur in secũda figura vñr affirmatiuũ, nunc vult ostendere quõ concluditur particulare affirmatiuum, supponatur igitur ꝙ A alicui B inest. Si autem hoc falsum est, erit verum illud nulli, & assumptum erat alia aliter dicens, illud A omni C, conclusio ꝙ C nulli B. Sit autem hoc manifeste falsum. Et falsum sequutum est non per veram ꝓpõnem, sed per falsam dicentem A nulli B. si autem hoc falsum, igitur verum ꝙ A alicui B. Si autem suppositum fuerit illud oi, neq; si contrariũ sumatur, non ostenditur quæsitũ.

Rursus subyciatur A alicui B inesse, ipsi vero C nulli insit, necesse itaq; C alicui B non inesse, sed oĩ inerat, quare falsum quod est suppositũ, A igitur nulli B inerit. Q̃n aũt A non oĩ B supponatur oĩ inesse, ipsi vero C nulli, necesse igitur C nulli B inesse, hoc aũt impossibile, quare verum non oĩ inesse.

Si volumus ostendere ꝙ A nulli B, sumptum fit ꝙ alicui, quæ vera propositio dicens A nulli C: conclusio ꝙ C non omni B, quod si est, hoc plane falsum sequutũ est, quia nos accepimus falsam dicentem A alicui B, igitur verum ꝙ A nulli B. Quod vero non oĩ B A de particulari, nunc dicit negatiuũ quomodo concluditur.

Planum igitur ꝙ oẽs syllogismi fiunt per mediam figurã.

Si volumus ostendere ꝙ particulare negatiuum ꝙ A nõ oĩ B, sumptũ sit ꝙ oĩ, deinde & maior propositio vt vera, ꝙ A nulli C: conclusio ꝙ C nulli B, ꝙ est plane falsum, sed cur falsum sequutum est? patet quod non ob veram ꝓpõnem, sed falsam dicentẽ A omni B. si aũt hoc falsum, igitur verum non omni, quare planum est ꝙ in secunda figura omnes conclusiones cõcludũtur.

Caput. 13. FIGVRA TERTIA.

COnsimiliter autem & per vltimam, ponatur enim A alicui B non inesse, ipsum vero C omni A, igitur alicui C non inest, si igitur hoc impossibile, falsum alicui non inesse, quare verum omni. Si vero suppositum fuerit nulli inesse, syllogismus quidem erit & impossibile, non

non autem monstratur propositum, nam si contrarium suppositum fuerit, eadem erunt quæ & in prioribus.

Cum expleuerit sermonem de secunda figura, nūc dicit de tertia, & inquit q̄ in hac tota concluduntur cō clusiones, quare & vniuersale affirmatiuum, nam supponatur q̄ A omni B ſm veritatem. Si autem hoc falsum, illud verum non omni. Deinde & alia assumatur propositio dicēs, ipsum C omni B, conclusio q̄ A non omni C: Sed hoc falsum, & falsum cur sequutū est? quia dicebatur A non omni B. si autem hoc falsum, verum erit illud omni, sic vniuersale affirmatiuum.

Sed ad alicui inesse, accipiēda est hæc suppositio, si enim A nulli B, C vero alicui B: A non omni C, si igitur hoc falsum, verum A alicui B inesse.

Inquit si volumus particulare affirmatiuum ostendere, sumēdum est q̄ A nulli B, & ipsum C alicui B: conclusio quòd A non omni C, quod sit manifeste falsum, & falsum cur sequutum est? per falsam propositionem dicentem A nulli B. Si autem hæc falsa, igitur vera hæc alicui, sic particularis affirmatiua.

Quando aūt A inest nulli B, supponatur alicui inesse, & accipiatur aūt & C omni B inexistēs, igit necesse est ipsum A inesse alicui C: sed nulli inerat, quare falsum A inesse alicui B.

Quando volumus ostendere vniuersale negatiuum sumendum falsum particulare affirmatiuū, sic A alicui B, & ipsum C omni B: cōclusio q̄ A alicui C, quod sit manifeste falsum, igitur falsum: cur sequutum est? ob falsam ꝓpōnem dicētem A alicui B, si autem falsa ipsa est, vera erit nulli, vt si A nulli B, sic & vniuersale negatiuū.

Si vero suppositum fuerit A inexistens omni B, non monstratur propositum, sed ad non omni inesse, hæc accipienda est suppositio.

Si suppositum fuerit contrarium, non ostenditur ꝓpositum, nam si suppositum fuerit A omni B: & oñsum hoc falsum, nil magis illud nulli verificatur, quàm hoc omni. Sed magis illud non omni verificatur. Nos autem consideramus ostendere quod A nulli B, aliquando igitur ostendere possumus quando accipimus q̄ A alicui B, nam hoc supposito absurdum sequitur.

Si enim A oī B, & C alicui B: A inest alicui C, sed hoc non erat, quare falsum omni inesse, si autem ita, verum nō omni.

Si ergo volumus particulare negatiuum oñdere, tū sumēdum est q̄ A oī B, & C omni B: conclusio q̄ A alicui C inest. Sit aūt & hoc manifeste falsum & falsum ob id sequutum, quia falsa propositio dicens, A omni B est. Si autem hoc falsum, igitur verum non omni, sic etiam particulare negatiuum.

Quod si fuerit suppositum alicui inesse, eadem erunt quæ & in prædictis. Manifestum igitur, quòd omnibus syllogismis per impossibile oppositum supponendum, planum & quòd in media figura monstratur quodammodo affirmatiuum, & in vltima vniuersale.

Pulchre dixit q̄ in secunda figura ostenditur aliquo modo affirmatiuum, nam {aliquo modo} adiecit, quia non proxime concluditur, sed sublatis aliis concludit.

Caput. 14. Differentia inter ostensiuam monstrationem & deducentem ad impossibile.

Differt aūt demonstratio ad impoſe ab ostensiua eo quòd ponit quod vult tollere, deducens ad confessum falsum, ostensiua vero incipit ex cōfessis pōnibus veris. Accipiūt itaq; ambe duas propōnes confessas, sed illa quidē ex quibus est syllis, hæc vero vnā quidem harum.

Aristo. vult per hæc afferre dr̄iam inter demonstrationem ad impoſe & ostēsiuam. Et inquit q̄ differt secundum ꝓpōnes, quia impossibilis deductio ponit oppositum contradictoriæ. & hoc ostendit falsum, deinde ex hoc sublato sequitur, & introducitur q̄ vult ostēdere. Sed ostensiua principaliter ostendit syllogismum. Rursus propositionum in deductione ad impossibile vna vera & vna prorsus falsa. Sed in ostensiua ambæ veræ. Deinde dicet q̄ problema ostensum in rectum, & per impoſe, & illud per impoſe & in rectum ostendi tur. Et quod quæcūque per primam figurā per impoſe cōcludimus demōstrabit oñsione directa, & negatiua in secunda & affir. in tertia, & q̄ quæcunq; in secunda per impoſe, pñt etiam recta oñsione ostendi, aliqñ per primā, aliqñ vero per tertiā & quæcūq; in tertia negatiua in secunda & affir. in prima, & ipse sic oēs coniugationes pcurrere habet plane. (Sed illa quidē ex quibus est sylls, hæc vero vnā quidē harū) quia oñsiua accipit propōnes ex quibus sylls, & illa per impoſe vnam harū accipit ex quibus sylls, i. vnam veram & vnam accipit contradictionem veri, & ostendit falsum sequens.

Vnā aūt contradictionem conclusionis, & illic quidem non est necesse conclusionē notā esse, neq; præaccipere, quòd est aut nō, hic vero necesse quòd est, differt aūt nihil dictionē aut negationē esse cōclusionē, sed simīr se hēt de vtrisq;.

A conclusione nunc facit dr̄iam, quod in oñsiuis, nō necesse est scire cōclōnē, sed in illis oñsionibus per ipoſe hoc scire necesse est, nil aūt interest siue sit negatiuum vel affirmatiuum ostensum directe, & per deductionem ad impossibile.

QVOD OMNE PER IMPOSSIBILE monstratum & ostensiue monstrari potest & econuerso.



Omne vero quod ostensiue concluditur & per impossibile monstrabitur, & quod per impossibile, ostensiue per eosdem terminos, quando igitur syllogismus in prima efficiatur figura, verum erit in media aut vltima, priuatiuum quidem in media, prædicatiuum autem in vltima. Quum vero in media syllogismus, quod verum in prima & in omnibus problematibus, quando autem in vltima syllogismus. quod verum in prima & media, affirmatiua quidem in prima, priuatiua vero in media.

Hic quærit Alex. qūo pōt ostendēdum per impossibile, & directa oñsione ostēdi, cōquidem sextus modus tertiæ fig. & quartus secūdæ per impoſe ostendār, non tñ oñsiue. Deinde persoluit ipse dicendo, qd̄ illud oē, non dicit oēm modū, sed oē problema ostēdit per impoſe & recta est per impoſe siue affirmatiuum, siue negatiuum, & hæc siue vl̄ia, siue particularia. Reliquū dicit q̄ quęcunq; in prima figura ostendūtur p impossibile, oñdentur etiā oñ siue in secunda & tertia Equidē negatiua in secūda & affirmatiua i tertia. Quæcūq; aūt in media oñdebantur per impoſe etiam ostensiue ostēdētur, affirmatiua in prima, & negatiua in secūda.

FIGVRA PRIMA.



Sit enim ostensum A, nulli aut nō oī B per primam figurā, igitur suppō quidē erat, A inesse alicui B, C vero accipiebaī, A quidē oī inesse, B aūt nulli, nā sic efficiebaī sylls & ipoſe, hæc aūt media fig. si C, A qdē oī, B vero nulli inest.

Diximus q̄ per impoſe, vl̄e affirmatiuū i prima figura non concluditur, sed vl̄e negatiuū, oñdebatur autē sic, quia A nulli B. Si enim hoc falsum, verū illud alicui,

igitur c omni A:& A alicui B, igitur c alicui B, hoc manifeste falsum, igitur verum illud nulli. Hoc igitur ostẽdetur per secundam figuram ostensiue sic, c nulli B:& c omni A, conclusio ꝙ A nulli B. Hæc igitur suppositio dicens A alicui B, falsa est, igitur verũ erat hæc nulli, c aũt accipit nũc ipse pro medio termino, & dicit ꝙ c accipiebatur oĩ A, ipsi B nulli. Accipiebatur aũt nunc ſm veritatem, & in secunda fig. ostendebatur quæsitũ sic vl'e negatiuum, quod aũt per impoſſe ostendebatur in prima figura, idem ostensiue in secũda oñditur.

Et manifestum ex his quòd nulli B inest A. Consimiliter autem & si non omni monstratum est inexistens, suppositio nanque est omni B inesse A, C accipiebatur, A quidem omni: B vero non omni, & si priuatiuũ acciperetur C A consimiliter, sic enim efficitur media figura.

Simil'r & particulare negatiuum oñditur oñsiue, in sc'da fig. sic c oĩ A, c non oĩ B: concl'o ꝙ A non oĩ B, & oñdebatur hoc per impoſſe in prima fig. sic c oĩ A, A oĩ B, igitur c oĩ B. si autem hoc falsum, verum erit non oĩ. Nam omni manifeste absurdũ, igitur non oĩ verum.

Rursus monstratum sit A inexistens alicui B, suppõ igitur nulli inesse, B vero accipiebatur oĩ C inesse, & A aut omni aut alicui C. sic enim erit impoßibile, hæc autem vltima figura. si A & B omni C, & manifestum ex his quòd necesse est A alicui B inesse. Consimiliter autem, & si B aut A acceptum fuerit inexistens alicui C.

Nunc vult oñdere ꝙ particulare affirmatiuũ ꝙ conclusum est in prima figura per impoſſe, nunc concludit in tertia oñsiue. Sed sciendũ est ꝙ si in sc'da oñdit, assumit maiorem ppõnem, si aũt in tertia assumit minorẽ. Sed ostendebatur per impoſſe in prima figura, ꝙ A alicui B inest sic, nam si hoc falsum, verum erit illud nulli B A, & B omni C: conclusio ꝙ A nulli C. Si aũt hoc falsum, verum erit illud alicui. Oñditur aũt in tertia ostẽsiue sic A oĩ vel alicui C & B, oĩ C cõclusio ꝙ A alicui B.

FIGVRA SECVNDA.



VRSVS in media figura sit ostensum A omni B inexistens, igitur suppositio erat A inesse non omni B. est autem accepta A omni C, & C omni B. sic enim erit impoßibile, hæc vero prima figura, si A omni C: & C omni B.

Demõstrauit qũo ostensa primæ figuræ per impoſſe ostenduntur oñsiue in secunda & tertia fig nunc vult oñdere qũo ea sc'dæ oñduntur in prima oñsiue. Concludebatur aũt vl'e affirmatiuum per impoſſe sic in secunda, quod A oĩ B. Nam si hoc falsum, verum illud nõ oĩ, sed A oĩ C, illud A non oĩ B: conclusio ꝙ C non omni B. sed erit hoc falsum, igitur verum illud oĩ, A itaq; omni C: & C oĩ B, igitur A omni B, & sic erit prima figura.

Consimiliter autem & si alicui ostensum est inexistens, suppositio nanque erat A inesse nulli B, sed acceptum fuit A omni C, & C alicui B.

Rursus si ostensum est per impoſſe in secunda fig. ꝙ A alicui B, patet ꝙ habens falsam hanc nulli sic, A omni C: & A nulli B, cõclusio ꝙ C nulli B. Hoc autẽ plane falsum, igitur, verum illud alicui, Igitur facimus sic, A oĩ C: & C alicui B, igiť A alicui B: & rursus erit prima figura.

Quod si priuatiuus sit sylľs, suppõ quidẽ A alicui B, acceptũ vero est A nulli eorum quæ C: & oĩ B, quare fit prima fig.

Rursus oñditur priuatiuus sic in sc'da, dico ꝙ A nulli B. Si. n. hoc falsum, illud verum alicui, & illud A nulli C, conclusio ꝙ C non oĩ B. Si aũt hoc falsum, (nam erat oĩ verum) A nulli C: & ipsum C omni B, A igitur nulli B.

Et si non vniuersalis syllogismus, sed A alicui B monstratum est non inesse consimiliter, nam suppositio A inesse oĩ B, acceptũ vero est A nulli C: & C alicui B. sic. n. prima figura.

Ostensum est particulare per impoſſe in secunda fig. sic, dico ꝙ A nõ oĩ B. Si. n. hoc falsum, verũ oĩ. deinde accipiať ꝙ A nulli C: & A oĩ B, concl'o ꝙ C nulli B. Erat aũt alicui, sed hoc sit manifeste falsum, igiť verũ illud alicui, deinde in prima figura oñditur sic ꝙ A nulli C: & ipsum C alicui B: conclusio ꝙ A nõ oĩ B. Sic ostenditur in primo secundæ figuræ, possunt etiam particularia negatiua concludi in tertia.

Caput. 17. FIGVRA TERTIA.

RVrsus in tertia figura ostensum sit A omni B inesse, igitur suppositio erat A: inesse non omni B. acceptum autem est C omni B, & A omni C. sic enim erit impoßibile, hæc vero prima figura. Consimiliter aũt & si in aliquo demonstratio, suppositio nanque A inesse nulli B. acceptum autem est C alicui B, & A omni C.

Cum expleuerit sermonẽ de sc'da fig. nunc dicit de tertia, & inquit ꝙ affirmatiua tertij in prima fig. ostensiue oñditur, & negatiua in sc'da sic, ostensum est in tertia per impoſſe vl'e affirmatiuum. Sic supponať ꝙ A oĩ B vere, si aũt hoc falsum, verum non oĩ, deinde C non oĩ B: ꝙ A non oĩ C, sed sit hoc falsum. Nam erat oĩ, igitur vere oĩ, igitur in prima figura oñditur sic A oĩ C, & C oĩ B: conclusio ꝙ A oĩ B. Sic vl'e affirmatiuum, & particulare affirmatiuum oñdebatur in tertia figura per impoßibile, sic A dico alicui B. Nam si hoc falsum, verum illud nulli, igitur A nulli B, & C alicui B, cõclusio ꝙ A nõ oĩ C. sed sit hoc plane falsum, nam erat oĩ, quare verum illud alicui, igitur fit in prima figura sic, A omni C: & C alicui B, igitur A alicui B, sic affirmatiua per impoßibile in tertia ostensa, ostensiue in prima ostensa sunt.

Si vero priuatiuus sylľs, suppõ quidem A alicui B inesse.

Cum dixerit qũo affirmatiua in prima oñsa sunt & quæ in tertia, nũc dicit qũo negatiua in tertia fig. ostẽsiue ostenduntur in secunda, pñt autem & in prima ostendi, sed quia proprium hoc secũdæ figuræ per hoc reducitur negatiuũ tertiæ figuræ, per ĩpoſſe sic, ꝙ A nulli B. Si. n. hoc falsum, igitur verum alicui, igitur A alicui B: & C oĩ B, cõclusio ꝙ A alicui C, sed hoc plane falsum. Nã erat alicui, igitur verum nulli, & facimus reliquum in secunda fig. sic C nulli A: & C oĩ B, conclusio ꝙ A nulli B. Sic vl'e negatiuum oñditur oñsiue in sc'da figura.

Acceptum est aũt C A quidem nulli, B vero oĩ, hæc aũt media figura. Consimiliter aũt & si non vl'is demonstratio, suppositio. n. erit A inesse omni B. acceptum vero fuit C: A quidem nulli, B aũt alicui, hæc vero media figura. Planum igitur quòd per eosdem terminos & ostensiue est monstrare vnumquodque problematũ, & per impoſſe. Cõsimiliter aũt erit & ostensiuis existentibus syllogismis ad impoſſe deducere in terminis, acceptis qñ propõ opposita conclusioni accepta fuerit, fiunt. n. ijdem syllogismi ijs qui per conuersionẽ, quare statim habemus & figuras, per quas vnũquodq; erit.

Vt vl'e negatiuũ in sc'da fig. ostendebatur sic & particulare, nam oñdebatur particulare in tertia sic, ꝙ A nõ oĩ B. Nam si hoc falsum, verũ oĩ, sed C alicui B, igiť A alicui C. Erat aũt nulli, & hoc falsum, igiť verũ nõ oĩ, deinde in sc'da figura ꝙ C nulli A: & C alicui B, cõclusio ꝙ A non oĩ B. Sic etiam negatiua tertiæ fig. in sc'da oñsiue.

Manifestum igitur quòd vnumquodque problema monstratur ambobus modis & per impoßibile & ostensiue, & non contingit alterum separari ab altero.

Non

Non unit oēm modum, sed oē problema vel affirmatiuū vel negatiuū, ꝙ ostēditur per ipsore, & directe.

Caput. 18. De eo quod ex oppositis ratiocinari.

IN quali autem figura est ex oppositis propositionibus ratiocinari, & in quali non est, ita erit manifestum. Dico autem oppositas esse propositiones secundum dictionem quidem quatuor, vt oī ei quod est nulli, & oī ei quod est non oī, & alicui ei quod est nulli, & alicui ei quod est non alicui, secundum autem veritatem tres, alicui.n. ei quod est non alicui. secundū dictionē solum opponitur. Harum vero contrarias quidē, quę vtr, oī ei, quod est nulli inesse, vt oēm sciam esse studiosam, ei quod est nullā esse studiosam, alias aūt oppositas. In prima igitur figura non est ex oppositis propōnibus syllogismus, neq; affirmatiuus, neq; negatiuus.


Vult per hæc Arist. nobis ex oppositis propōnibus tradere sylm. Opposite dicuntur propōnes, hæc oīs, & hæc non oīs, aliquis & nullus, oīs & nullus, aliquis & nō oīs. Quatuor sunt oppōnes f̄m dictionem, nam in re bus ipsis non opponuntur, hæc aliquis, & hæc non oīs, qñquidem simul verificentur, quare sunt tres oppositiones. Sed sciendū est ꝙ sylls qui est ex oppositis propōnibus conclusus idem ostendit & esse & non esse. Et in prima figura ostendi hoc non pōt, sed in secunda & tertia, & in prima affirmatiuū, non ostendit cōclusionem quia ex oppositis fit, sed opposita sunt affirmatiua ipsis negatiuis. Si aūt est alia affirmatiua & alia negatiua conclusio. Hanc igitur ob cām affirmatiua con cludi non possunt in prima figura, & in tertia similiter. Voluit.n. affirmatiuum ex ambabus affirmatiuis esse, nunc (inquit) contradictorie sunt propōnes, alia affirmatiua & alia negatiua, neq; negatiuū pōt concludi in prima figura neq; affirmatiuū, quia ab eodem de quo prædicantur oppositæ ꝓpōnes aliquid negant, sed in prima figura de eodē termini minime prædicantur & negantur, sed medius terminus vni subiicitur, & de alte ro prædicatur. Sed sciendū est ꝙ hæc ad ostendendi fa cultatem nil conferūt. Nam prorsus vna ꝓpō falsa est, si oppositas eiusdem propōnes acceperis & oppositæ ꝓpōnes, alia vera est, & alia falsa, quare in his ex oppositis, vnam oīno esse veram oportet, & vnam falsam, sed hæc nobis conferūt ad sophisticas perturbationes, ne paralogismos committamus quod idē possit esse & nō esse, sed exactius in Topicis huius methodū ōndet.

Affirmatiuus quidem, qm̄ ambas oportet affirmatiuas esse propōnes, opposita vero dictio & negatio. Priuatiuus autem, quoniam opposita quidem idem de eodem prædicant & negant, medium vero quod in prima non dicitur de ambobus, sed ab illo aliud quidem negatur, ipsum autem de alio prædicatur, verum hæ non opponuntur.

Ipse dixit causam per quam in prima figura non pōt ostendi neq; affirmatiua conclusio, neq; negatiua, affirmatiua quidem non pōt, quia ex duabus fit affirmatiuis. Sed ī syllis ex oppositis, alia erat affirmatio, & alia negatio propōnum, negatiua aūt conclusio in prima figura non concluditur, eo quia syllis ex oppositis ad medium terminū fiebant oppōnes & propōnes, vt fiat de eisdem terminis affirmatiua & nega. propositio. Sed in prima figura medius terminus in vna propōne subiicitur, & in vna prędicatur quare nō possunt oppositę propositiones de eodem accipi. Si ergo non in prima, necesse est in secunda & tertia ostendi syllogismos ex oppositis propositionibus.

Caput. 19. DE SECVNDA FIGVRA.

SEd in media figura & ex oppositis & ex contrariis contingit fieri syllogismum. Sit enim bonum quidem in quo A, scientia vero in quo B & C, si itaque scientiam omnem studiosam accepit & nullam A B omni inest, & C nulli, quare B nulli C. nulla igitur scientia, scientia est.




Modus hic excludit negatiuum vniuersale ex oppositis contrariis.

Cum ostēderit ꝙ in prima figura non pōt effici sylls ex oppositis propōnibus, nunc vult ońdere ꝙ in secun da concludit. Concludit aūt ꝙ idem est ens & non ens sicut medium sit studiosum. Scientia aūt, & scientia vt medicina, extrema. Et sic dicimus in secunda figura sic, ꝙ oīs scientia studiosa est nulla scientia, velut medicina studiosa est, quare concluditur ꝙ medicina scientia est, & non est scia, nam si oīs scia studiosa, & nulla medicina est studiosa, neque medicina est scia, & est scia. Accepit aūt medium terminū rursus ad medicinam, & maiorem sic nullum studiosum medicina est scia, oē studiosum scia est, quare medicina scia & non scia est pulchre, igitur diximus in syllis ex oppositis ꝓpōnibus ꝙ idem esse & non esse concluditur. Patet aūt ꝙ etiam cō cluderetur quia maior est falsa, dicens nullum studiosum medicinæ est scia, sed etiam per minorem dicentē oē studiosum scia est, pōt aūt per hos modos & diuina ońdere nō diuina esse, voluptatē non esse voluptatem, & cætera id genus. Sed sciendum est, ꝙ occultatio nō fit hic in terminis, sed statim disputās intelligit & nō dat hoc ꝙ oē studiosum est scia, & nihil studiosum est medicina scia. Et ī topicis tradit methodos occultationē ꝑ quas hoc dabit, locos vocauit āt ipsos methodos.

Consimiliter aūt & si oēm accipiens, studiosam medicinā nō studiosam accepit, nāq; ipsum A oī B, ipsi vero C nulli.

Similiter, inquit, si maior propositio non negatiua sed affirmatiua fuerit & minor negatiua, vt solum mu temus propositiones, rursus idem ostendimus.



In hoc modo est tradi. sicut opposita, mistrantur cum supra est, sic sic contraria opposita.


Quare quędā scientia non erit scia, & si ipsum A C quidem omni, B autem nulli, est vero B quidem scia, C autem medicina, sed A suspitio, quum enim acceperit nullam scientiam suspitionem, accepit aliquam scientiam esse suspitionē.

Vt medicina, nam quædam scia est, & sic omni A: si maior negatiua, & minor affir. idem esse & non esse ostendetur, vt suspitio, nulli scia, suspitio omni medicinæ scia, conclusio ꝙ nulli medicinæ scientia inest scia.


Differt autem ab eo, qui pridem, eo quòd terminus conuertitur: prius enim ad B, nunc autem ad C affirmatiuum.

Inquit, differt secundus modus ā primo ex opposi-

tis propositionibus, quia primus habet minorem ne gatiuam, & maiorē affirmatiuā, sed secundus econuerso.



Et si altera propositio non sit vlr, consimiliter, semper enim medius est, quod ab altero quidem negatiue dicitur, de altero aūt affirmatiue, quare cōtingit opposita concludi.



Dixit de ambabus vlībus & oppositis contrariis ꝓpōnibus, nunc dicit de his oppositis contradictorie ex altera particulari, nam ex necessitate oppositæ propositiones vel contrarie sunt, vel contradictorie, nam sic fit ex oppositis syllogismus. Si autem propositiones non fuerint oppositæ non fit, quare si fuerint propositiones particulares & vles, eædem ostensiones erunt.

Præterquam quòd non semper neque omnino, sed si ita se habeant, quæ sunt sub medio, vt aut eadem sint, aut totum ad partem, aliter autem impossibile, neque enim erunt vllo modo propositiones aut contrariæ aut oppositæ.

Cōcludit ex oppositis tūc, qñ medius terminus de altero ꝑdicat, & de altero negat opposite, & aliter nō fit.

Caput. 20. DE TERTIA FIGVRA.

Sed in tertia figura affirmatiuus quidē syllogismus nūquam erit ex oppositis propositionibus ob dictam causam & in prima figura, negatiuus vero erit & vniuersaliter & non vniuersaliter terminis existentibus. Sit enim scientia in quo B & C, medicina autem in quo A.


Cum absoluerit sermonem de secunda figura, nunc dicit etiam de tertia, quod etiam in tertio ostenditur ex oppositis propositionibus syllogismus, siue vniuersalibus existentibus terminis, vel non, sed in tertia affirmatiue non ostenditur, sed negatiue per causam dictā.

Si itaque acceperit omnem medicinam scientiam, & nullam medicinam scientiam B, accepit omni A & ipsum C nulli, quare erit aliqua scientia non scientia.

In tertia figura ostendit quō idem esse & nō esse ostēditur ex oppositis ꝓpōnibus, & ambabus vlībus existentibus. Scītia nulli medicinæ, scientia oī medicinę, ꝯclusio ꝙ nō oīs scīa, est scīa. Sed hic rursus ꝓpōnes patent. Et methodi tradunt in Topicis quō debemus occultare ꝓpōnes. Occultamus aūt ꝓpōnes, qñ per multa alia idem concluditur, vel per alia nomina sic, omnis voluptas malum est, gaudium malum non est, conclusio igitur aliqua voluptas, voluptas non est, quare gaudium, siquidem voluptas est, malū non est. nā hic quia alia nomina sunt, occultat vnā oppositarū ꝓpōnum.

Consimiliter aūt & si non vlīter accepta fuerit A B propō. si. n. est aliqua medicina scientia, & rursus nulla medicina scientia, accidit scientiam aliquam non esse scientiam.

Et si maior non vniuersalis, & minor vniuersalis idē concluditur, ceu medicinæ alicui scītia, medicina nulli scītiæ, conclusio ꝙ non omnis scientia est scientia.



Sunt autem quū termini vniuersaliter accipiuntur propositiones contrariæ, quum vero alter in parte oppositę.

Sunt aūt vles ꝓpōnes qñ cōtrariæ accipiunt, sic aūt vna particularis, qñ contradictorium sumptum fuerit.

Oportet autem existimare quòd contingit quidē sic opposita accipere, quemadmodum diximus, oēm scientiam studiosam esse, & rursus nullam aut aliquam non studiosam, quod non consueuit latere. Est aūt per alias interrogationes rōcinari alterum, aut quemadmodum in topicis dictū est accipere.

Inquit oportet adhibere mentem ꝙ accidit accipere opposita sine occultatione, vt non lateat disputantes. Sed contingit hæc opposita per alia ex interrogationibus accipere scdū disputātē, vt diximus in topicis.

Quoniam vero affirmationum oppositiones sunt tres sex modis contingit opposita accipere, aut omni & nulli, aut omni & non omni, aut alicui & nulli, & hoc conuertere in terminis, vt A omni B, ipsi vero C nulli, aut C omni, B autem nulli, aut huic quidem omni, illi vero non omni, & rursus hoc conuertere secundum terminos. Consimiliter autem & in tertia figura, quare manifestum, & quot modis & in qualibus figuris cōtingit per oppositas propōnes fieri syllogismū.

Cum Arist. dixerit de syllīs oppositis quō fiunt, nūc dicit quot modi cōiugationū fiunt ex oppositis, & quę coniugationes maxime accipiuntur, & si accipiuntur velut in secunda figura, vbi vle necesse est esse ad maiorē. Si ergo maior est vlis & affirmatiua ex necessitate minor trifariā variat, & fiūt profecto tres modi. Vel. n. vlis negatiua est, vel particularis negatiua, vel particularis affirmatiua. Si autē maior fuerit vlis negatiua, rursus minor variatur trifariam. Vel. n. vlis affirmatiua est, vel particularis affirmatiua, vel ꝑticularis negatiua, vt sint sex coniugationes, sed non oēs conferunt ad sylłm de oppositis, sed solum quatuor, nam neq; ex duabus affirmatiuis, vel ex duabus negatiuis sylłm faciunt. Eodem modo etiam in tertia figura fiunt semper sylłi, qñ minor affirmatiua fuerit, si autem negatiua, non fit.

Sed & manifestū quòd ex falsis quidē est verū rōcinari, quēadmodū dictum est prius, ex oppositis aūt non est, semper. n. sylłs fit contrarius rei, (vt si est bonum non esse bonū, aut si aīal non aīal,) eo quòd ex contradictione est syllogismus, & termini subiecti aut idē sunt, aut hic totū, ille pars.

Existente manifesto ꝙ ex falsis contingit verū rōcinari, ne existimes ꝙ ex oppositis verum contingit rōcinari. Nam quō possibile est vt accipientes totam contradictionem veram concludant? Nam fit contrariorum oppositorum sylłs, ceu bonum voluptas est voluptas, bonum non est voluptas, igitur voluptas non est voluptas, quia igitur sylłs ex oppositis ens velut nō ens rōcinatur huius gratia verum syllogismū non efficiūt.

Planum autem & quòd in obratiocinantibus, nil prohibet fieri suppositionis contradictionem, vt si est impar non esse

esse impar, ex oppositis nanque propositionibus, contrarius erat syllogismus. Si itaque tales acceperit, erit suppositionis contradictio.

In paralogismis ex contradictionibus, nam hi sunt paralogismi cum concluditur cõtrarium suppositioni, ceu si impar est non impar, si ens quod nõ est ens, oportet intelligere ꝙ non est ex cõtrariis oppositam conclusionem concludere, quia contraria non eidem insunt, sed quomodo concluditur, quia sumpta est talis minor & totum contrarium appareat, vt animal & album & nigrum, & concludet in prima figura tale.

Oportet aũt existimare, quod ita quidẽ non erit cõtraria concludere ex vno syllogismo, (vt sit conclusio, non exñs bonũ bonũ, aut aliud quid tale,) nisi statim propõ talis accepta fuerit, vt animal album esse & non albũ, hominẽ vero aĩal.

Arist. per hæc quærit si possibile est in oppositis syllogismis contraria facta ratiocinari, ceu subiecta maiori termino. Si ergo potest constitui syllogismus & ante dixit ꝙ nõ potest ex oppositis hoc ratiocinari, nam syllogismi qui ex oppositis sunt, ens solum faciunt tanquam non ens, nunc autem vult ostendere ꝙ contraria syllogismo concludi possunt cum eidem inesse possit. Sed si possunt, quõ ostensum est ꝙ in prima figura non concluduntur ex oppositis syllogismi, & si sic rursus, quomodo (inquit) possunt concludi in prima figura ꝙ contraria eidẽ insunt. Quõ igitur cõcluditur ꝙ minor propositio est quæ totum cõtrarium enunciauit, ceu hõ est aĩal, & aĩal albũ & nigrũ, ecce cõtraria affirmauit, & cõclo ꝙ hõ est niger & albus. Sed scire oportet ꝙ minorem propositionem vt contraria ambo affirmantem vel fm ambo ostendimus, vel concessam accipimus, & aliam ostendimus, ceu ꝙ animal & albũ & nigrum est. Nam horum vtrunq; vel alterum solum ostendimus, vel neutrum, sed vt concessum accipitur.

Sed aut contradictionem oportet assumere, vt quòd oĩs scientia suspitio & non suspitio. postea accipere quòd medicina sciẽtia quidem est, nulla autem suspitio, quemadmodum elenchi fiunt, aut ex duobus syllogismis, vt autem quæ accepta sunt contraria sint secundum veritatem, non est alio modo quam hoc, veluti prius dictum fuit.

Inquit, minorem totum contrarium introducentẽ ceu ꝙ scientia & suspitio est, & ratio suspitio, vel totam vel diuisim probamus, vel totius alteram partem, vel totius neutram partem, sed partes veluti concessas accipiemus, sed si probõdum totum est, ex duobus syllogismis probatur & vnumquodq; seorsum, ceu quod animal album est, & rursus aliam partem seorsum, animal nigrum est, ꝙ quidem igitur si volueris probare ꝙ ita se habet dupliciter argues, vno modo velut de aĩali album, & secundo syllo tanquam de animali nigrum. Sic & dupli syllo concludes minorẽ propõnem per prosyllogismum, & tunc accipief vt propositio.

Caput 21. De eo, quod est peti in principio.

QVod autem in principio peti & accipere, est quidem vt in genere accipere in eo quod est, non demonstrare propositum, hoc autem accidit multifariã, nãque & si oĩno non rõcinatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota, & si per posteriora prius, demonstratio nãque & ex credibilioribus & prioribus est, horum autem nihil est peti, quod in principio, sed quoniã nonnulla quidem per seipsa apta nata sunt cognosci, quædam vero per alia, principia enim per seipsa, quæ autẽ sub principiis per alia, quando non per seipsum cognoscibile conetur aliquis per seipsum monstrare, tunc petit quod ex principio. Hoc autem est quidem sic facere, vt statim postulet quod propositum est, contingit vero & in alia transeuntes apta nata per illud monstrari, per hæc demonstrare quod ex principio, veluti si A mõstraretur per B, B autem per C, C autem natum esset monstrari per A.

Nunc vult dicere de petitione ex principio, sed petere ex principio est quæsitum, vt concessum accipere, fit autem hoc si accipiatur duo termini conuertentes, vt homo & risibile, vel quorum vnum inest alteri, ceu voluptas & gaudium, fit autem ex principio petitio fm tres figuras. Et vt occultationem verborum in apertũ conuertamus debemus considerare quõ fit fm tres figuras illud ex principio quæsitum. Et primo de prima figura decens est dicere. Sic ostendendũ ꝙ A oĩ C inest per B, si accepero A omni a: & B omni C, nondum patet si ex principio accepi. Si aũt accipio A idem esse cum ipso a, tunc ex principio petitio fit ad minorẽ propositionem, nam si A omni B: quia idem est, & a omni C, illud quæsitum à principio accepi, nam non concedens ꝙ A oĩ C: neq; a oĩ C concedet, nã idem est A & a: nunc igitur accepi eadem de eodem, sed iam assumptũ sit idem de eisdem vt sit A C idẽ. Si igitur dixero A omni a: & a omni C, ergo A omni C: circa maiorem fit petitio ex principio, nam qui non concedit ꝙ A omni C, neq; concedet ꝙ C omni a. Sic vniuersaliter affirmatiuum petitur. Sed decens est ostendere vniuersale negatiuum, accipiamus igitur vel idem ab eisdem, vel eadẽ ab eodem, & tandem accipimus idem ab eisdem, vt sit A separatum, & a C idem. Si igitur B omni C, qui ergo non cõcedit ꝙ A nulli C, neq; hoc concedit ꝙ A nulli B. nam a & C idem est, quare ex principio petitio circa minorem nunc fit, sed sit eadem de eodem vt sit A omni a: & ipsum B nulli C, sed syllogistica coniugatio. Si autem conuerterimus fit syllogistica, & apparet in principio petitio fic, si A nulli C: & C nulli B: & B omni A. nam idem est A & a & C nulli A: quare & A, nulli C igitur petitio ex principio circa B C fit, nam qui non concedit A nulli C, neque hoc concedet ꝙ C nulli a: quare si non oportet quòd conuersione ostensum sit, nunc ex principio petitio. Rursus sit ostendendum particulare affirmatiuum. Accipimus igitur idem de eisdem, vel eadem de eodem. Si ergo accipimus eadem de eodem, vt idem sit A & B, accipimus sic A omni B: & a alicui C, A alicui C petitio in principio circa minorem sit, nam qui nõ concedit ꝙ A alicui C, neq; quod B alicui C cõcedet. Si autẽ accipimus idem de eisdem, accidit maiorem fieri particularẽ, si autem accipiamus eadẽ a C, sed conuertentes sic facimus C omni B: & B alicui A, & C alicui A, quare & A alicui C: petitio ex principio fit circa B A. Nam qui non concedit A alicui C, neq; a alicui A concedet, quare etiam nunc ꝙ petitum est in principio, per conuersionẽ oñditur. Sit ostendendum particulare negatiuũ, igitur vel idem ab eisdem accipimus vt sit A nõ omni a: & B omni C vel eadem ab eodem, vt sit A omni B: & a non omni C. Sed scire oportet ꝙ non fit particulare negatiuum in prima figura, ostẽdens id qđ petitur in principio, nam si accipiamus eadem ab eodẽ minor negatiua inuenitur, & in prima figura assyllogistica est coniugatio. Si aũt accepero idem ab eisdẽ fit maior particularis & assyllogistica coniugatio sic ĩ prima figura. Sumpta igitur sit secũda figura & sit oñdendum vle negatiuum, igitur accipiamus eadẽ ab eodẽ, vel idem ab eisdem. Et prius sumpta sint eadem ab eo-

dem A omni C: vt hæc sint eadem,& A nulli B, & C nul li B: petitio in principio circa A B propositionem, nam qui non concedit C nulli B, neque A nulli B concedet. nã A C idem nunc sunt, si aũt fuerit idem ab eisdem, vt A nulli C & A omni B, conclusio ꝙ C nulli B, sed nondum patuit in principio ꝙ petitur nisi fiat conuersio. Si enim ipsum A nulli C & C nulli A, quare qui non concedit C nulli B: neque C nulli A concedet. Sed sit ostendendum particulare negatiuum, & sint A C, eadem A omni C A non omni B, igitur A non omni C, nam qui nõ concedit C non omni B, neque A omni B concedet, quare petitio in principio circa minorem sumpta est. Si autem accipiatur A B idem fit maior particularis & non potest conuerti, quandoquidem particulare negatiuum non conuertatur. Sed tractetur nunc tertia figura & ostendatur particulare affirmatiuum, vt eadem de eodem A omni C B omni C, igitur A alicui B, petitio in principio circa minorem. Nam qui non concedit A alicui B, neque B omni C concedet, conuertere vt & C alicui. Similiter si fuerit idem de eisdem per conuersionẽ ostenditur A omni C & B omni C, igitur A alicui B quare & B alicui A. Nunc enim sumptum sit idem B C. Sed sit ostendendum particulare negatiuum, si ostenditur idẽ ab eisdem vt sit maior vniuersalis negatiua & minor vniuersalis affirmatiua ostenditur, & aliter non ostẽditur vniuersaliter. Non enim conuertitur particulare negatiuum, sic secundum tres figuras ostenditur ꝙ petitur in principio.

Accidit enim ita ratiocinantes ipsum A per ipsum monstrare, quod faciunt, qui coalternas putant scribere, latent enim ipsi seipsos talia accipientes, quæ non est possibile monstrare non existentibus coalternis, quare accidit ita ratiocinantibus, vnumquodque esse dicere, si est vnumquodque, sed ita omne erit per seipsum cognoscibile, quod impossibile.

Quando per aliquod medium in principio petitur, accidit facere eandem ostensionem per tria, vt si A ostẽditur per B, & B ostenditur per C, erit quoque C demonstrari per A: quare idem de eodẽ ostensiuũ est, si B ipsi A, si C ipsi B, si A ipsi C: quare si A A. Idem quoq; faciũt qui petunt in principio paralellas scribentes. Nam volunt paralellas rectas posse describi à meridiano circulo. Et accipiunt punctum. verbi gratia, incides circa planum illud & ficiaciunt rectas & ꝙ quæsitum est petitur & assumptum est. nam qui non concedit fieri paralellum, neque illud punctum concedet, quare accidit, vt ipse enunciat vnũquodq; esse ꝙ est vnũquodq;, pro hoc cur A est, quia A est, vt idem sit, quia est idem.

Si igitur obscuro existente quòd A inest ipsi C, similiter autem & quòd ipsi B peteretur A inesse ipsi B nõdum clarũ, si quod in principio petitur, sed planũ, quod non demõstrat, non.n. principiũ demõstrationis, quod similiter obscurũ.

Si quis sic immanifeste acceperit ꝙ A omni B & B omni C, nondum patet in quali propositione ꝙ petitur in prĩcipio, si accepero sic ꝙ B & C idem sunt, vt sit idẽ de eisdem, tunc apparet ꝙ aparet ꝙ circa maiorem ex principio sit petitio, Nunc aũt exemplũ facit tanq̃ de pima figura, quia neq; oẽs percurret cõiugationes.

Si tamen B ad C ita se habet, vt idem sint, aut videlicet, cõuertũtur, aut inest alterũ alteri, petitur quod in principio, mõstrare.n. posset per illa, quòd A ĩest ipsi B si cõuertũtur.

Exposuit ipse ꝙ idem est esse duos terminos vel cõuertere ad seipsos, ceu de homine & risibile, vel vt alterum insit alteri, vt voluptas & gaudium. Sed scire oportet ꝙ vniuersale sit propositio affirmatiua, siue alterum insit alteri siue solum conuertitur.

Nunc autem hoc prohibet, sed non modus, si vero hoc faceret, quod dictũ est, faceret vtiq; & cõuerteret per tria.

Cum diximus nos ꝙ A omni B, si quis dicet vnde patet quod A omni B, quia accepit idem B C inquit, si conuerteretur ostẽdetur ꝙ si B omni C, & C omni B, ostendetur autem accipientibus nobis ꝙ A omni C & C omni B. Si autem hoc prohibet, id est non conuertere non modus, pro eo ꝙ est nõ cõclusio dicens A oi C, aliquando autem non conuertitur, ceu si acceperimus ꝙ gaudium voluptas, non omnino autem voluptas gaudium: Nisi aliquid determinemus ꝙ voluptas sit cognata ipsi gaudio, quare nunc hoc prohibet non determinari. Si autem determinauerimus nihil prohibet, sit autem per tria vt ipse dicit, sic ostensum est A C per B A & A B, nunc per A C: quare A C per ipsum ostendimus siue idẽ per seipsum, nam si A B & A C, si autem A C & A B, vt dictum sit, igitur A B est A B.

Consimiliter autem & si acciperet B ipsi C inesse itidem obscurum existens, & si A ipsi C: nondum quod A principio petit sed non demonstrat. Si vero idem sint A & B aut eo quòd conuertuntur, aut eo quòd ex B sequitur A quod à principio est petit ob eandem causam, quid.n. põt quod ex principio dictũ nobis est, quòd per seipsum monstrare, quod non per seipsum manifestum, si igitur est in principio peti, per seipsum monstrare, quod non per seipsum manifestum, hoc autem est non monstrare, quando quum similiter obscura sint, id quod monstratur, & id per quod monstrat; aut eo quòd eadem eidem, aut idem eisdem inest, accipiat.

Accepit primo idem de eisdem, nunc accipit eadem de eisdem, & inquit, ꝙ si accipiatur B ad C vt immanifestum, & si A cõiter ipsi C immanifestum est, nõdum manifestum si illud ex principio petitur. Si autem acciperet sic, vt A B idem sint, accidit petitionem ex principio fieri circa minorẽ propositionem. Equidẽ idẽ dicimus esse A cũ ipso B, vel cũ illo cõuerti, vel alterũ alteri iesse.

In media quidem figura & tertia vtroque modo contingere posset peti, quod in principio, in prædicatiuo autem syllogismo & in tertia & prima.

Cum dixerit vt in exemplo in prima figura de vñibus affirmatiuis, nunc non dicit oẽs cõiugationes, sed solum hoc dicit ꝙ in secunda & tertia figura cõtingit fieri petitio in principio. Deficit autem (vt in prima) & de affirmatiuis & negatiuis, de affirmatiuis vt in prima & tertia, nam in secunda affirmatiuũ non concluditur. Vt aũt ostendebatur affir. aliqua accipientes vel idem de eisdem, vel eadẽ de eodẽ, sic etiam in tertia fig. accipimus. Exposcimus aũt qũo in tertia fig. hoc facimus.

Quando aũt negatiue quũ eadem ab eodem & non similiter ambæ propõnes. Consimiliter vero & in media, propterea quòd termini nõ cõuertũtur secũdũ negatiuos syllos.

Cũ dixerit de affirmatiuis in quinta fig. qũo concluduntur, quod vt in prima. nunc dicit de negatiuis in tertia fig. & qñ fit in tertia fig. qñ eadem ab eodem. Sumantur aũt idẽ eisdẽ, non similiter aũt oñduntur ambæ propõnes in prima & tertia. Cur non similiter? quia termini non conuertuntur ẽm negatiuos syllos. Nam particulare negatiuũ nõ conuertitur in seipso. Illud aũt in media iniectum, vel similiter aũt, & in media, continuũ est dicto, ꝙ sicut in prima ostenduntur negatiua, sic etiã in media ostenduntur, & aliter non possunt verba construi, demonstrauimus etiam nos discurrentes vniuersas figuras, ꝙ in tertia & prima particulare negatiuum non concluditur, nisi sit aliquid in tertia figura vniuersale

vniuersale negatiuum ad maiorem,& vniuersale affirmatiuum ad minorem:sed nunc non per seipsum concluditur, sed qñ vna particularis poterit fieri,& non similiter,& coniunctio efficit occultationem.

Est autem in principio petere in demõstrationibus quidem secundum veritatem sic se habentia, in dialecticis vero secundum opinionem.

Petere in principio fm veritatẽ est qñ aliquis diceret animus seipso mobilis, vel fm opinionem, vt quando aliud per aliud ostenderetur, vt etiam nũc fecit.

Caput. 22. De eo quod est non penes hoc.

Non penes hoc autem accidere falsum, quod plerunq; in rationibus consueuimus dicere. Primum quidem est in syllogismis ad impossibile, quando ad contradictionem sit huius, quod mõstrabat ea quæ est ad ipossibile.

Philosophus vult in his dicere de eo q non est penes hoc accidere, vt quia illa propõnon vniuersaliter accipitur, vt si accepero colorem oi albo,& album oi volatili,& volatile oi coruo, quare & album oi coruo. Hoc impõle accideret non quia acceptum est q color oi albo. Nã siue accipiat siue non nihilominus sequebatur impõle. Nam si accipiebatur q album oi volatili & volatile oi coruo,& album oi coruo, similiter impossibile sequebatur, quare ex hoc petit q nõ penes hoc accidit, aliquo existente impõle. Si autem non penes hoc, patet quod propter aliam qualemcunque propõsitionem sumptam, vt etiam nunc pp hoc,& album oi volatili sumptum absurdum sequebatur sic non pp hoc sit, sed illud nõ penes hoc, qd sæpe disputatũ diximus.

Neque n. qui non contradixit, dicet quod est non penes hoc, sed quod falsum aliquid positum fuit eorum quæ prius, neque in ea quæ monstrat, non enim penes quod contradicit.

Quod non propter hoc dicitur, qñ aliquis contradicit nobis dicendo. Si autem nõ dicitur, dicere q falsum conclusum sit,& nõ amplius dici non ppter hoc.

Amplius aũt quando sublatum fuerit aliquid ostensiue per A B C non est dicere, quod penes positum factus est sylls.

Quando sequeretur impõle in ostensiuis demõstratis, non possumus dicere q hoc non sit cõclusum propter propões, illud autem nõ penes hoc dices in propõne non assumpta impossibilis vt de colore & albo.

Nanque non penes hoc fieri, tunc dicimus, quando sublato hoc, nihil minus concludatur syllogismus, quod non est in ostensiuis: sublata n. positione neque ad hãc erit syllogismus.

Illam dicimus propõnem non pp hoc non acceptã in syllogismo, non tñ per eandem minus accidere, vt propõnem rõcinetur, q quidem accidit in ostensiuis. Nã in his si non sumpta fuerit propositio neque syllogismus fit qui ad propõsitionem.

Manifestum igitur quòd in iis, quæ ad impossibile dicitur non penes hoc,& quando ita se habeat ad impossibile suppositio, quæ à principio, vt & existente & non existente hac, nihil minus accidat impossibile. Qui igitur manifestissimus est eius quod est non penes positionem esse falsum.

Vt corollarium accepit dicens non penes hoc dicitur quando aliquod impõle sequitur,& rursus tunc dicimus non penes hoc, quando illa propõsitione & existente & non existente nihil minus absurdum accidit.

Qñ à suppõne seõiunctus sit à medius ad ipõle sylls, quod dictum est & in topicis, nõ cãm n. vt cãm ponere hoc est, vt si volens mõstrare quòd diameter est incõmensurabilis argueret Zenonis rationem, quòd non est moueri & in hoc deduceret impossibile, nullo nanque modo nullibi continuum est falsum dictioni quæ à principio.

Duas ob causas fit non penes hoc, vna est, vel qñ medij termini non copulantur inter se, vt si quis volueri Zenonis rõnẽ q non est motus. accipit q diameter est incõmensurabilis. Dixit aũt Zeno non esse motũ eo q accipiebat non fieri finẽ viæ, neque medio sumpto,& rursus illo non medio & hoc in infinitum, sed infinitum in tempore finito fieri non potest, quare tolleretur motus. Sic est Zenonis ratio, per vnam igitur causam fit quando non copulantur medij termini inter se.

Alius autem modus si continuum sit impossibile suppositioni, non tamen propter illam accidat.

Sed a cã cur non fit illud nõ penes hoc qñ cõnectũtur medij termini, nõ tñ aliqđ absurdũ sequitur ob suppõnẽ ex pricipio, ceu de colore & albo volatili coruo.

Hoc n. contingit fieri,& sursum & deorsum accipienti cõtinuũ, vt si A ponatur ipsi B inesse, B aũt ipsi C, C vero ipsi D, hoc aũt sit falsum B inesse ipsi D, nanq; si ablato A nihil minus inesset B ipsi C:& C ipsi D, non esset vtiq; falsum propter suppõnem quæ à principio, aut rursus si quispiã sursum acciperet cõtinuũ, vt si A ipsi B: E vero ipsi A: et Z ipsi E: falsum esse posset Z inesse ipsi A, nãq; et sic nihil minus esse posset impossibile sublata suppõne, quæ à principio. Sed oportet ad terminos, qui à principio coaptare impossibile, sic n. erit propter suppositionem, vt deorsum accipienti cõtinuum ad prædicatum terminorum, nam si impõle A ipsi D inesse ablato A, nõ amplius erit falsum. Sursum vero de quo prædicatũ. Si n. nõ accidit Z inesse ipsi B, ablato B: nõ amplius erit ipõle. Consimiliter autem & priuatiuis existentibus syllogismis.

Color Album Volatile Coruus
A N.O B C D

In deorsum sumenti in hoc modo falsum accidit non penes hoc.

Rõnale Homo Color Album
Z E A N.O B

In hoc modo non contingit falsum in sursum accipienti.

Vt in eo supra A B,& i deorsum ipso C D, vel sursum A ipsi B,& i deorsum B ipsi C:& C ipsi D, aut sit B ipsi D: & sublato A, non amplius erit impossibile, nisi supra accipiamus propositiones illud nõ penes, hoc est de quo prædicatur A B, vt sit falsum per A B: acceptum & sublato falso non amplius absurdum accidit.

Planum igitur quòd impossibili non existenti ad terminos, qui à principio, non accidit falsum penes positionem.

Aut neque ita semper propter suppositionem erit falsum.

Planũ igit q ipõle accidit nõ per suppõnẽ ex principio, sed ob falsas, ppõnes, vt diximus de colore & albo.

Nanque & si positum fuerit A inesse nõ ipsi B, sed ipsi Z: Z vero ipsi C & hoc ipsi D, sic manet impossibile. Consimiliter autem & sursum accipienti terminos. Quare quoniam & existenti, & non existenti, hoc accidit impossibile, non esset vtique penes positionem. Aut hoc, quod est, non existẽti hoc, nihil minus fieri falsum, non ita accipiendum, vt quũ aliud ponitur, accidat falsum, sed quando ablato hoc per reliquas propositiones idem concludatur impossibile.

Quia diximus de eo quod non propter hoc accidit absurdum,& existente illo & nõ existente primo termino. ceu de colore & albo, nunc accipit ppõnẽ tanq existentem solum,& tamen nõ per ipsam sequitur ab-

surdum vt etiam ipse dicit, A omni K, & K omni C, & C omni D: vt A sit omni D, sed hoc impossibile, sed nõ quia A omni K accidit impossibile, sed ob aliam propositionẽ.

Quoniam idem vtique falsum per plures suppositiones accidere, nihil fortasse inconueniens, veluti coalternas concidere, & si maior est extrinsecus intrinseco, & si triãgulus haberet plures rectos duobus.

Inquit, nullum absurdum ꝙ & existente & non existente prima suppositione nullum impossibile accidit. Nam hoc falsum sæpe accidit ob plures suppositiones falsas vt ipse dicit,

Caput. 23. De falsa ratione.

Sed falsa ratio efficitur penes primum falsum. aut enim ex duabus propositionibus, aut ex pluribus omnis est syllogismus. Si igitur ex duabus, harum alteram vel & ambas necesse est falsas esse: ex veris enim non erat falsus syllogismus. quòd si ex pluribus, vt C per A B. Hæc per D E Z H: ex his aliquid superiorum falsum erit, & ratio penes. hoc namque A & B per illa concluduntur, quare penes illorum aliquid accidit conclusio & falsum.

Hoc vult dicere ꝙ falsa cõclusio fit ex duabus propositionibus, aut ex pluribus, si ergo ex duabus in altera, vel in duabus falsum. Si autem ex pluribus falsum erit in primis propositionibus, vt si ostenditur A B per C D: & C D per Z H, & erit falsum, A B falsæ sunt etiã Z H. Nam ex his cõcluditur, & C D quia C D concludunt A B, quare circa primas propositiones inuenies falsum.

Caput 24. De eo quòd est non ratiocinari.

Ad hoc autem quòd non fiat ratiocinium, obseruandum quando sine conclusionibus rationem interrogat, ne bis in propositionibus idem detur.

Vult per hæc dicere Arist. quando non fit apud nos syllogismus, & dicit, ꝙ hoc obseruandum est, ne eundem terminum sæpe accipiat disputator. Nam, si sæpe acceperit, vel eundem facit alicui subiectum, vel de illo prædicatum, & facit primam figuram. vel accipit eundem prædicatum de vtrisque, & facit secundam figuram, vel ambobus subiectum. Et facit tertiam figuram. Si autem non acceperit bis eundem terminum, nullo pacto potest fieri syllogismus. Vel rursus si acceperit ambas particulares propositiones nullo pacto syllogismus factus est. Si autem volens ostendere vniuersale negatiuum acceperit vnam propositionem veram negatiuam nobis instantibus contra affirmatiuam ob id, quia ambæ fiunt negatiuæ, similiter nõ fit syllogismus. Dicit igitur primo quomodo debemus non euertere syllogismos, & postea dicit, quomodo nos poterimus syllogismo decipere alios, & pollicetur hoc ne nos decipiamur his, quæ faciendo euertimus syllogismum.

Quoniam scimus quod sine medio non efficitur syllogismus, medium vero est quod pluries dicitur, qualiter autem oportet ad vnãquanq; conclusionẽ mediũ obseruare, manifestum ex eo, quod scimus, quale in vnaquaque figura monstratur. Hoc autem nos non latebit eo quòd scimus, quomodo præstamus rationem.

Si medium terminum non dabimus vt bis sumatur, sed semel, & aliæ propositioni instemus ne bis sumatur non fit syllogismus. Nam sine medio termino, conclusio fieri non potest. Sed quõ debemus seruare mediũ terminum & non dare in vnaquaque figura compertũ est. Nam si vult aliquid in prima figura concludere, si acceperit medium terminum de eodem, vel subiectũ extremo, vel prædicatũ præstabimus. Si autem acceperit vt alteri subiiciatur, medius terminus, & de altero prædicetur, tunc instare debemus, & non concedere vnam propositionem. Nam si non concedimus bis ipsam sumi neque syllogismum faciet. Hoc autem non debet nos latere quare in prima secunda & tertia vult syllogismum fieri, quia nos præstamus rationem, & quod præstat rõnem idẽ est ꝙ potentia concludit conclusionem. Nam ex illius potentia sequitur conclusio.

Oportet autem quod A respondentibus cauendum inhibitiamus, ipsos arguenti conari latere. Hoc autem erit primum quidem si conclusiones non præratiocinentur, sed acceptis necessarijs sint obscuræ. Amplius vero si propinqua non interrogat, sed quàm maxime immediata, vt sit opus cõcludere A de Z, media B C D E: oportet itaque interrogare si A ipsi B, & rursus non si B ipsi C: sed si D ipsi B, & postea si B ipsi C & sic reliqua. Ac si per vnum medium fiat sylls.

Cum dixerit ꝙ non debemus bis eundem terminũ concedere syllogismo decipienti, quia non accipit ꝙ vult, nunc dicit quõ qui syllogismo decipere volunt id possunt. Si occultationem ordinis terminorum fecerint vt existimet disputator esse sine errore propositiones & concederet si per plures propositiones idẽ potest ostendi, vt si ostenditur ꝙ A ipsi Z inest per medium B C D E. Si interrogans non deinceps, & consequenter interrogarit qñ disputator sentit conclusionem non amplius concedit fieri conclusionem, sed sic interrogãdum est. si A ipsi B: si C ipsi Z, rursus si B ipsi C, rursus si D ipsi E: & sic postea ipso cõcedente deinceps dices cõclusionẽ, perinde ac si multas ꝓpones fieret sylls.

Vtile, Bonũ, Desyderabile Eligibile Scdm naturam voluptas.

A B C D E F

Quo pacto fit occultatio sic ostenditur.

A medio incipere, maxime.n sic latere posset respõdẽtẽ.

Cum dixerit quõ occultationem debemus facere in quibus plures propositiones, eo ꝙ non consequenter interrogatur, nunc dicit quõ debemus occultationem facere, si fuerint propões non plures, sed duæ, & per syllos iudicetur conclusio fieri. Debemus primo minorem propositionem interrogare, & sic maiorem.

Caput. 25. De redargutione.

Quoniam autem habemus quando & quõ se habentibus terminis fit syllogismus, manifestum & quando erit & quando nõ erit redargutio, quũ.n. omnes responsiones concedimus aut vicissim ponuntur, vt hæc quidem negatiua, illa vero affirmatiua, accidit fieri redargutionem, erat.n. syllogismus, & ita & illo mõ se habentibus terminis quare si quod ponitur contrariũ conclusioni, necesse fieri redargutionem. Redargutio nãq; contradictionis sylls.

Quia scimus quando fit & quõ syllogismus, planum quando & fit redargutio, vel non fit. Nam si vna propositio negatiua, & reliqua affirmatiua redargutio fit syllogismus, siue ambæ affirmatiuæ, siue in prima figura, vel tertia figura, & sic fit syllogismus. Sed quia redarguere volens dictum à te oppositum contradictorie accepit tuæ suppositioni. Sed ex necessitate hoc scire debes, & illi propõni istare tollẽti tuam suppõnẽ. Nam si illis institeris, nõ põt fieri redargutio. Ná aliud non

non pōt, ceu si copulaueris tu illud oīs prorsus ipse vel illud nulli vult ostendere, vel illud non oī, igitur opponetur propóni tollenti tuam suppositionem negatiuæ.

Quod si nihil concederetur impoßibile fieri redargutionē, non enim erat syllogismus omnibus terminis priuatiuis existentibus, quare neque redargutio.

Si contradictoriæ oppositum non concederetur, nō fit redargutio. Non enim erat syllogismus existētibus omnibus terminis priuatiuis, si nobis concludentibus affirmatiuū, ipse vult negatiuum concludere, deinde nō poterimus instare propositioni negatiuæ. Nam ex necessitate vna propositio est negatiua, instemus affirmatiuam & faciamus ipsam negatiuam, & accidit duas fieri negationes, & ita asyllogistica coniugatio.

Si enim redargutio necesse syllogismum esse, syllogismo autem existente, non necesse redargutionem.

Nam syllogismus in plus est quàm redargutio.

Cōsimiliter vero & si nihil poneretur secūdū responsionē in toto, eadem namq; erit determinatio redargutionis et syllō.

Vt si ambas faceret negatiuas nihil concludet & nō potest redarguere, ita si nihil positum fuerit in toto, ꝑ hoc, si nulla propositio posita fuerit vniuersalis, sed ambæ particulares non possunt redargutionem concludere. Nam ex ambabus particularibus redargutio non fit.

Caput 26. De deceptione quæ secundum suspitionem.

ACcidit autem aliquando, (quemadmodum in terminorum positione decipimur,) & secundum suspitionem fieri deceptionem, quemadmodum si contingit idem pluribus primis inesse, & hoc quidem latere quempiā & existimare nulli inesse, illud autem nosse, sit A inexistens B & C per se ipsa, & hæc oī D consimiliter, si igitur existimat A oī quidem B īesse, & hoc ipsi D, A vero nulli C & hoc oī D. Eiusdem secūdū idem habebit sciām & ignorantiam.

Vult dicere de facta deceptione, ꝙ fit deceptio quia non scienter sciuntur res. Deceptio autem fit, sic quando idem pluribus inest, & huic videtur per se inesse, & quia latet nulli inesse vt A de omni B & nullī C. Hęc autem eadem sint B, C ipsi D omni inuenietur A & nulli: & omnī D, & accidit aliqua absolui sic per omni A omni B, & B omni D: & A omni D; & per ipsum nulli A nulli C, & C omni D: igitur A nulli D, quare idem eidem oī & nulli inerit. Hæc autem est deceptio, fit autem vt diximus qū idem aliquibus aliis inerit, & de hoc prædicatur, & ab alio negatur. Deinde hæc duo ambo prædicantur de aliquo. Accidit aūt non scientifice hoc scire.

Rursus, si quis deciperetur circa ea, quæ ex eadem coordinatione, vt A inest ipsi B, hoc autem ipsi C & C ipsi D, suspicaretur vero A omni B inesse, & rursus nulli C, simul enim & noscet & non suspicabitur inesse.

Prima deceptio quomodo est diximus. Hæc secunda est quando ex eadem cognatione & ordine fuerint sic A omni B & B omni C, deinde subintelligit, & ꝙ nulli accidit, vt de eodem idem sit & non sit.

Igitur nil aliud censebit ex his quam quod scit, hoc non suspicari, scit enim quodammodo, quòd A inest ipsi C veluti vniuersali, quod secundum partem, quare quod quodammodo scit, hoc penitus censet non suspicari, quod impoßibile.

Alia deceptio fit quando vniuersaliter per particulare persuadetur, ceu vniuersaliter scimus ꝙ nulla mula parit, & vniuersaliter scimus quod omne pariens habet ventrem intumescentem mole, & scimus nullum habere ventrem intumescentem per vniuersale ꝙ mula non parit, & quia venter eius intumescit, suspicatur parere, quare non habentes scientiam rei decipimur, quia omne pariens habent ventrem intumescentem mole. Sed non omne quod habent ventrem intumescentem mole, parit.

Sed in prius dicto, si non mediū ex eadem coordinatione.

Diximus quot sunt deceptiones, nunc autem vult hac dicere ꝙ omnino accidit vnam propōnem scientifice per se non scire. Nam prima deceptio hæc vt A insit etiam B & ipsi C, & hæc duo ipsi D si suspicatus fuerit ꝙ A & oī & nulli C, quod falsum eādem suspitionem habere non pōt scientificam, si .n. habet ipsam scientificam inuenietur idē B omni D & A omni D. Similiter autem & hoc si scientifice sciret A nulli C & C omni D. Nā hoc subiicitur, igit̄ & A nulli D. Erat aūt & oī quod ōnsum est per scd̄m ꝙ est absurdū, quare necesse est, vt putetur ignorari vna propō scientifice, & qui ignorarit ex quo nesciuit scientifice cōcludet idē eidē inesse & non inesse non ex eadem coordinatione, si nō ex eadē coordinatione dicit, pro hoc nescit s̄m dignitatem.

Secundum vtrunque mediorum ambas propositiones nō accidit suspicari, vt A B quidem omni, C vero nulli, hæ autem vtraque omni D. Accidit enim aut simpliciter aut ad aliquid contrariam accipi propositionem primam, si enim cui omni inest B existimat ipsum A inesse, B vero ipsi D A nouit, quare si iterum cui C, nulli existimat A inesse. Cui B alicui inest, huic non existimat A inesse. Quod autem omni existimatur cui B, rursus alicui non existimare cui B: aut simpliciter aut ad aliquid, contrarium est.

Ambas, inquit, propōnes non concedit suspicari veras esse, vt A insit B & C nulli, vel econuerso. Nam quō idem continget vbi duo sunt, non oī inerat A, sed oī & nulli. Nā si, inquit, accipiamus ambas propōnes scientifice accidit aliquod absurdum. Vel .n. simpliciter contrarium concluditur, si vl'e concluderetur, vel contrarium ad aliquid, si particulare concluderetur, ceu pro hoc oīs illud non omnis. Eadem autē ambo dicit B C.

Sic igitur non contingit suspicari. Secundum vtrunque vero vnam, aut secundum alterum ambas nihil prohibet, vt A omni B & B ipsi D, & rursus A nulli C. Similis enim talis deceptio, & quēadmodū decipimur circa eas quæ in parte.

Oēs scientifice scire non cōtingit, sed duas scire scientifice, vel tres, nullū absurdū accidit vt A omni B & B omni D, & rursus A nulli C. nō sciret aūt scientifice ꝙ C omni D ꝙ est particulare, vt sciuit quidem scientifice, quod nulla mula parit, nesciuit autem hoc si intumescens ventris mole mula est, accidit vt is sciat vniuersale, sed minime particulare.

Veluti si A inest omni B, B vero omni C: A omni C inerit, si itaque quispiam nouit quòd A inest omni B nouit, & quòd cui C: sed nil prohibet ignorare C quòd est, vt si A duo recti, in quo autem B triangulus, in quo vero C sensibilis triangulus, suspicari nāq; posset aliquis nō esse C, sciēs quod oīs triangulus haberet duos rectos, quare sil nosset & ignorabit idē.

Vt in exemplo facit rōnē talē ꝙ supponatur aliqua scire, s. duos rectos & vniuersaliter ꝙ oīs triangulus habet duos rectos æquales, sed ignorauit ꝙ hoc triangulus sit, vt illum qui occultus sub ianua est, vel in sinu, is vniuersale sciens inuenietur, sed minime particulare.

Nosse enim omnem triangulum, quòd duobus rectis non simplex est, sed hoc quidem vl'em habere sciētiam, illud aūt singularem, si C igitur vt in vniuersali nouit C quòd duo recti, vt aūt in singulari nō nouit, quare nō habebit cōtrarias.

Qui scit (inquit) ꝙ oīs triangulus habet duos rectos non simpliciter sciuit, sed hoc vniuersale, hoc autē ex

triangulis particularibus, vt vle sciuit, quare non habebit contrarias, igit qui non aspicit ad occultũ triãgulum vle sciuit, sed particulare ignorauit. Nã neq; ipsum videt, quare talis neq; opinabit cõtraria, quia nõ videt.

Similiter vero & ratio, qua in Menone, quòd disciplina recordatio, nullibi nãq; accidit præsciri quod singulare est, sed simul cũ inductione accipere sciam, quæ secundũ partē.

Dicit Plato in Menone, q disciplinæ sint reminiscentiæ. Et Arist. dicit, q disciplina nõ est reminiscētia. Nã qui discit non præsciens discit, sed nesciens. At qui reminiscitur præsciens reminiscitur sic, igitur & Menon sciuit vlia, & singularia didicit, & per inductionē particularium nesciuit. Nos autem dicimus, quod reminiscētia est disciplina, quia antequam anima corpori vniretur omnia sciuit, & iuncta corpori discendo reminiscitur.

Tanquã recognoscentes, quædam.n. subito nouimus: quēadmodũ quòd duobus rectis, si nouerimus, quòd triangulus.

Sciuimus si sciuimus aliquem triangulum, q etiam duos rectos habet.

Consimiliter autem & in aliis, vniuersali igitur speculamur, quę in parte, propria vero non nouimus, quare accidit & decipi circa ipsa præterquam quod non contrarie, sed habere quidem vniuersalem, decipi vero ea, quæ secundum partem. Consimiliter igitur & in prædictis, neq; enim contraria deceptio, quæ secundum medium scientiæ, quæ secundum syllogismum, neque quæ secundum vtrunque mediorũ suspitio.

Quoquo igitur accidit fieri deceptionem quando scimus vniuersale, & ignoramus particulare, ex quo etiam decipimur, non in contrarium aliquod decipimur. cum quia sciuimus vniuersale, & aliquo modo decipimur ignorantes particulare.

Nihil autem prohibet scientem & A toti B inest, & rursus hoc ipsi C existimare A: non inesse C, vt quòd omnis mula sterilis, & ipsa mula, existimare prægnantem hanc esse.

Cum dixerit quomodo fit deceptio, nunc vult dicere q si quis sciret particularem cum vniuersali non decipitur, ceu siquis scit q nulla mula parit, & sciuerit etiam hoc q mula ventre intumescit, is sciuit, igitur, & si hoc sciuit. Forsitan ille agere tunc ex vniuersali incipiens, suspitione, cum viderit mulam habentem ventrē intumescentē inde suspicabitur q ipsa pariat non operando ex vniuersali q nulla mula parit, sic ignorans aliquis vniuersale, secundum non operatus est, tunc decipitur. Rursus autem quia sciuit mula parit. Non enim contraria ea quæ est secundum medium, quia deceptio facta est quando non concluditur contrarium.

Non enim scit quòd A ipsi C non simul speculans assumptum, quod secundum vtrunque.

Nisi simul consideret q sub vniuersali sit particulare. & sic putet mulam parere.

Quare planum quod & si hoc quidem nouit, illud vero non nouit decipietur, quod habent vniuersales ad scientias, quæ secundum partem, nullum enim sensibilium extra sensum existens nouimus, neque si sentientes scimus nisi vt vniuersale & eo, quod est habere propriam scientiam, sed non in eo quòd actu est. Scire nanque trifariam dicitur, vel vt vli, vel vt propria, vel vt in actu, quare & decipi tot modis.

Similiter rursus q etiam iam dictum est, vniuersale sciuit, si sciuit aliquis q omnis triangulus habet duos rectos, hoc autem nesciuit tanquam occultum q est triangulus. Nam nihil factum extra nostrum sensum. Scimus aliquid ex necessitate de ipso. Sed diligenter sciuimus, tunc, quando cum ipso vniuersali scientia est, & particularem sciuimus, sed nõ vt operemur ad superiora dictum est, quia suspicans q sciuit mulam parere, non ad agendum ex vniuersali orationē sciuit, quia qua agir scit q non parit operando ex vniuersali. Nam scire tripliciter dicitur vel vt vniuersaliter, vel vt propria, vel vt actu. Hic diuisionem scientiæ & deceptionis tradit, quia scire vel circa vniuersale vel circa particulare, vel circa vtraq;, idest circa agere. Nam operamur ab vniuersalibus ad singularia procedendo, similiter igitur decipimur, vel quia nescimus vniuersale, vel particulare, vel neutrum, idest non operari ab vniuersali ad particulare procedēdo. Nã & ob id ille putauit q mula parit, quia non egit ex ipso vli q nulla mula parit.

Nihil igitur prohibet & nosse, & acceptum esse circa idem, præterquam quòd non contrarie, quod accidit & secundũ vtraq; cognoscenti propōnem, & non cõsideranti prius.

Nihil prohibet, vt per exempla ostendimus, scire & decipi, scire quidem vniuersale, & decipi circa particulare, vel econtra si non operetur ex ipsis vniuersalibus, & quia nullum contrarium concludit quia nescit.

Suspicans enim mulam prægnātem esse non habet sciam secundum actum, neq; iterum ob suspitionem contrariam deceptionem scientiæ, syllogismus enim est contraria deceptio in vniuersali.

Deceptio, inquit, fit, quia sciuit ille q mula parit, quia non potuit operari ab vniuersali dicentem q nulla mula parit, quia igitur suspicatus est mulam parere, iam contrariam habet deceptionem. Nam contraria deceptio per syllogismum fit. At ille non fecit syllogismũ.

Qui vero suspicatur bono esse malo esse, idem suspicabitur bono esse & malo, sit nanque bono esse, in quo A. malo autem esse in quo B. Rursus vero bono esse, in quo C. Quoniam igitur idem suspicabitur B & C, & esse C B suspicabitur, & rursus B A esse consimiliter, quare & C & A.

Quoddam alterũ theorema tale tradit Philosophus hic, Siquis, inquit acciperet diffinitionem vniuersalis & putaret ipsam esse mali, & suspicabitur ipse idem esse bonum inuariabiliter cum malo q est verum. Sed Philosophus sic praue accepit terminos, A bonum esse idē esse malo, dico, scilicet B & esse mali idem cum esse boni, & nihil absurdum sequitur, ob id igitur paulopost dicet, sed hæc diligentius considerandum.

Quemadmodum enim si erat verum de quo C B: & de quo B A, & de C A verum erat, ita & in ipso suspicari.

Vt dicimus in hac expōne theorematis, sic etiam in ipso opinari, siquis suspicaretur, quod C sub ipso B est, & ipsum B sub A suspicaretur: & C sub A est ex necessitate.

Similiter autem & in ipso esse, quum enim idem sint C & B, & rursus A & A: & C ipsi A idem erat.

Si A ipsi B inest, & B C igit & A C ierit ex necessitate.

Quare & in ipso opinari consimiliter, ergo hoc quidem necessarium, siquis dabit primum, sed fortasse illud falsum, suspicari quendam malo esse, bono esse, nisi secundũ accidēs.

Nonne, inquit, siquis dabit q boni esse est idem cũ ipso esse mali, necessarium aliquid & verum concludi non contingit? sed falsum est suspicari idem esse boni cum ipso esse mali, nisi secundum accidens, ceu q iniustum bonum est & malum secundum accidens quidã suspicantur q & nõ quis iniuria afficit nõ habeat plus.

Considerandum vero hoc melius.


Dixit, considerandum melius, vel quia dixit nisi secundum accidens aliquis putaret bonum esse malum q male ponit terminos ipsius esse mali supra.

Caput

Caput. 27. De conuersione, quæ est in terminis.

Qvando autem extrema conuertuntur, necesse est & medium conuerti ad vtraque si enim A de C per B inest, si conuertuntur, & ipsum C inest omni cui A & B cum A conuertitur: & inest B omni cui A per medium C, & C cum B conuertitur per medium A.

Bis ve illud modis, & vnica conuersione, ostenditur, si extrema inuicem conuertantur, & mediū cum vtroque ipsorum conuertitur.



Hic Philosophus vult dicere de conuersionibus factis in prima figura, & affirmatiuis & neg. vniuersalibus & inquit, q; si extremū cū extremo conuertitur, & inest A omni C: & ipsum C omni A per B, necesse est etiā medium terminum conuerti ad extrema, & maior extremitas sic conuertetur A omni C, & C omni A: & A omni B, sic maior terminus, & minor sic C omni A: & A omni C: & B omni C, sic etiam minor, si ergo extremū cum extremo & medium cum extremis cōuertetur.

Et in non inesse consimiliter, veluti si B ipsi C inest, A vero ipsi B non inest, neque A ipsi C inerit.

Similiter pro simili modo dixit de vniuersali affirmatiuo, nunc dicit de negatiuo, q; si est A nulli B & B omni C, igitur A nulli C. Sed quomodo cōuertimus, sic B omni C: & B nulli A, igitur C nulli A, sic per secundam figuram conclusionem conuertimus. Et maiorem sic conuertimus, vt accipiamus sm̄ suppōnem minorem conuertentem, ceu C omni B & C nulli A. Nam hoc ostensum est, igitur B nulli A, sic etiam maiorem propōnem, & minorem ostendere q; conuertitur non possumus. Nā duæ propōnes negatiuæ sunt, vel cōclusionis & maioris ꝓpōnis, & ex duabus negatiuis nihil ostendi pōt.


Si igitur A conuertitur cum B: & C conuertitur cum A.

In vniuersali negatiuo non amplius conuertitur minor propositio, sed hæc maior B A, si ergo, inquit, B A propositio, idest maior conuertitur, conuertetur etiam C A, idest conclusio. Tacuit autem A C quia non potest conuerti affirmatiua, idest minor in secundo modo primæ figuræ si fuerint maior & conclusio negatiuæ.

Sit enim B non inexistens ipsi A, neque igitur C. nam B inerat omni C. Et si C conuertitur cum A, & A conuertitur cum A. de quo enim B omni, & C: & si C ad A conuertitur & B conuertitur: nam cui B C. Cui vero A C non inest, & solum hoc à conclusione incipit, alia autem non similiter vt in prædicatiuo syllogismo.

Negatiuæ propositiones eædem sunt cum prædicatiuis, ceu sit B non inesse alicui A, idest B nulli A. Si ergo B nulli A: & C nulli A. Nam B omni C, & si B: cum ipso C conuertitur, etiam conuertetur A B & A C. Nam B omni C & B nulli A, igitur C nulli A sic fit conclusio, & maior ꝓpositio sic C omni B, & C nulli A, & B nulli A, & A nulli B: sic etiam maior conuertitur, sed minor non potest conuerti, vt etiam de categorica diximus.

Rursus si A & B conuertuntur, & C & D consimiliter, necesse autem A vel C omni inesse, & B & D sic se habebit, vt omni alterum insit, quoniam cui A B & cui C D omni autem A vel C & non simul, planum quòd & B vel D omni & non simul, vt si ingenitum incorruptibile & incorruptibile ingenitum necesse quod sit corruptibile & corruptibile factum esse, duo enim syllogismi fiunt.




Alterum theorema tradit Philosophus tale conuenientissimum. Si A & B conuertuntur, & C & D, conuertuntur. Si ergo oī rei si A & B ex necessitate etiā C & D, & debuit hoc exēplū afferre tanq̄ afferat de eo q; demōstrādū est. Nam sit A ingenitū, & B incorruptibile, hæc conuertuntur, & sit C genitum & D corruptibile, & hæc conuertuntur. Nam duo syllogismi cōponuntur quales hi, ingenitum incorruptibile est, & icorruptibile ingenitum, similiter & alij duo fiunt.

Rursus si omni A aut B & C aut D, simul vero non insunt, si cōuertuntur A & C, & B, & D cōuertentur. si.n. B non inest, alicui cui D planum quòd A inest si vero A & C. Conuertuntur enim quare simul A & D, hoc autem impossibile.

Alterum theorema dicit hic q; si omni erat ingenitum vel genitum, igitur & omni erat incorruptibile vel corruptibile, & conuertitur incorruptibile cum ingenito, alioquin corruptibile & corruptibile æquiualet genito & conuertitur cum eo, quare etiam ingenitum cōuertetur cum genito, q; est absurdum, sic etiam de incorruptibili cum quo conuertitur ingenitum. Nam si non conuertitur, genitum conuertetur, sed corruptibile conuertitur cum genito, quare etiam cum incorruptibili conuertetur corruptibile, q; est absurdū, sic fiūt duæ cōiugationes syllogismi ex prima conuersione, s. ingeniti & incorruptibilis. Item fiunt aliæ duæ similiter ex conuersione hac genitum & corruptibile, quare pulchre dixit superius. Nam duo syllogismi fiunt secundū vnamquanque harum conuersionem. Sed sciendum est q; vnusquisque syllogismus conuersionis per impossibile ostenditur.

Quum vero A toti B & C insit, & de nullo alio prædicetur, insit autem & B omni C, necesse est A & B cōuerti, quoniam enim A de solis B C dicitur, prædicatur aūt B et ipsum de ipso & de C. Planum quòd de quibus A & B dicetur omnibus præterquam de ipso A.



Alterum theorema tradit valde admirandm, & est tale, si A prædicaretur de B & C etiam B de C prædicatur

retur. Sed scire oportet quod etiam B de A, prædicatur & conuertitur cum eo. Nam quia A prædicatur de B & C: & quod prædicatur de B, idem etiam de seipso & C. Nam vnumquodque ens idem de seipso prædicatur. Nam hõ est hõ, & equus equus est. Si ergo B de seipso, & C prędicatur, & B vt de seipso est prędicatũ omni C inerit existẽte A, vt sit B homo, quod C animal sit hõ est homo, & homo animal est, igitur homo per hominem est aĩal, quare addito A C B prędicatur, & de addito rursus C A prædicatur de B: quia sic de seipso prædicatur. Sit enim A risibile, & B homo, & de seipso sic prædicatur, hõ est homo, & homo cum sit risibile, est, igitur homo per hominem tãquam per medium risibile est, sic & per idẽ de seipso prædicatur. Nã fit cõuersio sine alio termino.

Rursus quando A & B toti inest C. Conuertitur autem C cum B, necesse A omni B inesse, quoniam enim A omni C, C vero ipsi B, eo quòd conuertitur: & A omni B inerit.

Aliud theorema tradit nobis Philosophus tale quod si A & B omni C insit, & conuertitur C cum B: per conuersionem fit prima figura. Nam priusquam cõuerteretur tertia figura est. Nam A B omni C, & si C omni B: & ipsi C omni A, igitur A omni B ex necessitate ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, quare & hoc scire debemus si fuerit accepti termini cõuertibiles ĩ tertia fig. vniuersale affirmatiuum concludent, & vniuersale negatiuũ.

Caput. 28. De mutua oppositorum conuersione.


Quando autem duobus existentibus, vt A eligibilius sit quàm B, quũ sit opposita, & D quàm C. Cõsimiliter. si eligibiliora A C quàm B D, A eligibilius quàm D. Similiter enim sequendum A & fugiendum B. opposita namque & C ipsi D, nam & hæc opponuntur.

In his Philosophus certa & diuina ponit. Est autem theorema tale, si A & B eligenda sunt, & habent opposita, A quidem habet oppositum B & C D, & hæc sunt fugiẽda, si autem eligibilium vnum magis eligibile est, igitur & fugiendorum vnum magis erit fugiendum. vt in exemplo sit sanitas & diuitiæ eligibilia, morbus & paupertas fugienda. Si quis sanitatem tanquam magis eligibilem quæreret, patet quod etiam diuitijs cõtrarium aliquod quærit vt minus fugiendum vt paupertatem. Nam sanum esse & pauperem esse conferunt magis quam ditari & morbo languere, quare homines eligẽt & maius bonum, & minus malum, quãdoquidẽ maius malum sit minus bonũ. Nã sanitas maius bonũ. Nam ditari est de extrinsecis, sed sanum esse est in nobis. igitur & plus aliquis eligere proprium & maius bonum quàm extrinsecus & minus bonum. Sed vnde patet quod sanitas est maius bonum, ipse nunc plane docebit.

Si igitur A ipsi D: similiter eligendum, & B ipsi C fugiendum, vtrunque enim vtrique similiter fugiendum sequendo, quare & ambo A C ipsis B D, quoniam autem magis non possunt similiter, nãque B D similiter erant, si vero D quàm A eligibilius, & B quã C minus fugiendũ, nam minus minori opponitur, eligibilius autem maius bonũ, & minus malum, quã minus bonũ & maius malum, & totum ergo B D, eligibilius quam A C, sed nunc non est A, igitur eligibilius quàm D, & C itaque quàm B: minus fugiendum.


Quia igitur opponitur sanitas morbo, & diuitię paupertati. Si ergo sunt eligenda quædam opposita, eligendæ sunt sanitas & paupertas magis sanitas inquam, vt maius bonum, & paupertas vt minus malum, sed vnde patet quod sanitas sit maius bonum quàm diuitiæ?

Si ergo ostendero, quod neque æquale neque minus relinquitur quod maius, vt si æquales erãt diuitiæ sanitati, & similiter bona hinc patet, Similiter igitur fugienda etiã opposita, si autem similiter fugienda opposita, similiter habebunt A C & B D, si similiter se habent, quia non apparet vt B D similiter se habeant, igitur neque A C similiter se habebunt nihil minus sanitas est eligendum quã



diuitiæ. Si enim minus, igitur magis morbus expetendus. Sed nullus sanæ mentis eligit magnum malum, & minus bonum, sed magis magnum bonum & minus malum. Si ergo morbus minus malum & diuitiæ magnum bonum hoc debent homines eligere, sed hoc nolunt, quare neque similiter eligenda est sanitas neq; minus eligenda quàm diuitiæ, igitur relinquitur ipsam esse plus eligendam.

Si ergo eligeret omnis amans secundum amorem A, sic se habere vt gratificetur: & non gratificari, in quo C, aut gratificari in quo D: & non talem esse, vt gratificetur, in quo B planum quòd A talem esse eligibilius est, quam gratificari. Amari igitur coitu eligibilius secundum amorem, amor igitur magis est amicitiæ quam ipsius coitus quòd si magis huius & finis hoc, coitre igitur aut non est penitus, aut eius quod est amari gratia.



Posse gratificari Non posse gratificari.

[illegible]

Philosophus rem maximã hic tradit ex dicto theoremate quod aduersetur nunc scientiæ hominum, Nam homines putantq; quod amor fiat per mixtionẽ, ipse autem ostendit quod per prælectionem amicitiæ & signum prælectionis est coniunctio. accipit igitur de amicitia duas contradictiones vel quod potest, vel nõ põt: vel vult, vel nõ vult, amans ergo eliget angulares, quæ magis tendunt ad proprium amorem ex necessitate, & nõ diceret amans quod libenter habet amatã posse quidem, at nolentem, sed dicet potius volentem & non potentem. Cum ergo hæc duo sint eligenda, velle amatam & posse, velle eligibilius accepit. Nam velle & non velle secundum prælectionem est, & posse & nõ posse secundum actionem. igitur vt ad amantem magnum malum est amatam nolle & minus malum non posse, igitur

igitur & opposita similiter se habebunt, vt magnũ malum nolle, sic magnum bonum velle, vt minus malum non posse, sic minus bonum non posse. Si quis igitur amanti tradat accipere de angularibus possibilem quam vult, patet q illam accipiet angularem, hanc magnum bonum & minus malum tradentem, hoc autem est velle quidem & non posse, & velle attinet ad sententiam & prælectionem, igitur amans ex prælectione amat, & non ex mixtione. Sed ipsa mixtio est signum quod amans est assequutus finem, cui animum adiecit.

Nanque & alij affectus & artes sic.

Si ergo vt ostensum est (inquit) amans amicitiæ est, igitur amans hunc finem ponit ipsum gratificari & amari. Nam conuenire & coire, vel non est amantis, vel si est fit gratia amicitiæ, sic etiam & alij affectus fiunt.

Quomodo igitur se habent termini secundum conuersiones, & eo quod magis fugiendi vel eligibiliores sint manifestum.

Quæ sint eligenda, quia magis bona, & quæ fugienda quia magis mala.

Caput. 29. De Inductione rei syllogismo.

Quoniam autem non solum dialectici & demonstratiui syllogismi per prædictas efficiuntur figuras, sed & rhetorici & simpliciter quæcunque fides, & secundum quãcunque methodum nunc vtique dicendum esset.

Vult per hęc ostendere q & rhetorici syllogismi per tres figuras ostendnntur. Sunt autem rhetorici inductiones & exempla, & qnicunq; alij quos habet dicere.

Omnis enim credimus aut per syllogismum, aut ex inductione. Inductio igitur est, & ex inductione syllogismus, alterum extremum medio ratiocinari per alterũ, veluti si ipsorum A C *medium sit a, per* C *mõstrare* A *inexistens ipsi a, sic enim facimus inductiones.*


Quia credimus vel per syllogismum, vel per inductionem, quæratur quo differt syllogismus ab inductione, quia syllogismus per medium terminum coniungit extremum extremo. Et inductio per minorem coniungit medium cum extremo. vt est A B C, per C ostendimus q A a inest.

Vt sit A *longæuum, in quo autem* a *bilem non habens, in quo vero* C *singulare longæuum, sicut homo & equus & mulus,* A *igitur inest toti* C *. omne enim* C *longæuum, sed & a bilem non habens, inest omni* C *. Si igitur conuertitur* C *cũ* a *, & non excedit medium necesse est* A *inesse ipsi* B.

Vult per exemplum iudicare modum inducendi. Hic autem est, sit A longæuum, & a choleram non habens, & c vt coruus & id genus, dicit igitur q coruus & hircus sine cholera cum sint longæua sunt, igitur & id qnod non habet choleram longæuum est, si per vltimum terminum, medium copulamus extremo. Nam sic dico singula nou habent choleram longæua sunt, igitur non habeutia choleram longæua sunt.

Monstratum nanque fuit prius, si duo quædam eidem insint, & ad alterum ipsorum conuertatur extremum, quòd conuertenti & alterum prædicatorum inerit.

Quod prius diximus de corruptibili genito ingenito & incorruptibili, nunc tanquam ad aliquid ostendẽ dnm fuisse dictũ (inquit) ostensum est prius, si duo quę eidem insunt, & alterum conuertitur cum altero & aliud similiter, vt etiam nunc in inductione absque bili prædicatur de coruo, & longæuum igitur etiam longæuum est absque bili.



Fit primo syllogismus in prima figura ipsius A de C, per B, postea inductio in tertia ipsius B de A per C, demum I primo, quia minor est in conuertibilibus terminis.

Oportet autem intelligere c *ex omnibus singularibus compositum, inductio enim per omnia.*

Debemus autem c pro hoc, omnia singula, discurrere. Nam inductio per omnia particularia ostẽditur.

Est autem talis syllogismus prima & immediata propositionis, quorum nanque est medium per mediũ syllogismus, quorum vero non est, per inductionem.

Quia (inquit) syllogismum per inductionẽ maiorẽ propositionem ratiocinari. (Nam prima & immediatã maior est,) vt igitur hanc credamus per inductionem ostendimus.

Et quodammodo opponitur inductio syllogismo, hic enim per medium extremum tertio monstrat, illa autem per tertium extremum medio.

Nam syllogismus per medium extremum extremo copulat, sed inductio per extremum ostendit medio extremum inesse.

Natura igitur prior & notior per medium syllogismus, nobis vero notior qui per inductionem.

Secundum naturam syllogismns prior & inductio secũda, quoad nos inductio notior quàm syllogismus.

Caput. 30. De exemplo.

Sed exemplum est quando extremum medio inexistens mõstratum fuerit per simile, tertio, oportet autem medium tertio, & primum simili, notius esse inexistens, vt sit A *malum, a contra cõfines bellum inferre, in quo* C *Athenienses contra Thebanos.*

Expleuit sermonem de inductione, nũc dicit de exẽplo, quid sit quando medio extremum inesse ostenditur per similia qna simile. Oportet autem simile notũ esse extremo termino & extremus notus medio. Est igitur primus terminus, malum est, medius à confinibus tolli bellum. Extremus Athenienses & Thebani. Hoc notum medij termini q hi cõfines, & simile. Sint Thebani & forte Phocenses, hoc notum primo termino malnm. Nam praue Phocenses & Thebani vicissim altercantes affecti sunt. Si ergo volumus ostendere q cõtra Athenienses bellum malum est per exemplum sic ostendimus, Thebani & Phocenses cum essent confines, & bellum gererent praue affecti sunt, igitur Athenienses & Thebani cum sint confines malum est vicissim bellum inferre. Sciendum aũt est q ad exẽplũ & conclusionẽ, si bonum exemplum bona & conclusio, si aũt malum exemplum, vt etiam nũc syllõ ad exẽplũ.


In quo autem D *Thebanos contra Phocenses. Si itaq; volumus mõstrare quòd bellum gerere cum Thebanis est malũ accipiendum quòd contra confines bellum gerere est malũ, huius autem fides ex similibus, vt qui Thebanis, quod cõtra Phocen-*

Phocenses. Quia igitur malum est, quod contra confines, quod vero contra Thebanos, contra confines est, planum quod contra Thebanos bellum gerere malum, manifestum.

Quia igitur malum est confinibus, hoc etiam Thebanis & Phocensibus malum erat.

Itaque quod B ipsi C & ipsi D inest, ambo enim sunt contra confines bellum inferre, & quod A ipsi D. Thebanis enim non contulit bellum contra Phocenses, quod autem A ipsi B inest per D demonstrabitur. Eodem autem modo si per plura similia fides fiat medij ad extremum.

Ostenditur A de C per B, quod confirmatur exemplo ipsius D. A vero probatur de B per idem D.



Thebani contra Phocenses.

Diximus q debet exemplum notum esse priori & secũdo termino. Extremus autem notus medio, vt etiã nunc fecimus. Exemplum erat bellum Thebanorum contra Phocenses, & notum primo termino, q hoc bellum malum est, sed etiam secundo termino notũ. Nam confines fuerant Thebani & Phocenses, & extremus notus secundo. Nam Athenienses & Thebani confines sic per exempla ratiocinamur.

Planum igitur quod exemplum est, neque vt pars ad totum, neque vt totum ad partem, sed vt pars ad partem, qñ ambo sub eodem sint, notum vero alterum. Et differt ab inductione, quoniam haec ex oĩbus indiuiduis, extremũ monstrabat inesse medio, & ad extremũ non coaptabat syllogismũ.

Planum igitur q exemplum ostensum neq; vt pars ad totum, i. inductio, neq; vt totum ad partem, i. syllogismus, sed est pars ad partem, quando ambo sub eodem extremo sunt, & medio notum est si est. Differt autem ab inductione, q inductio ex omnibus est medio maius extremum ostendens inesse, non tñ extremum extremo, sed exemplum ex quodam particulari & nõ amplius ex omnibus, & quia non solum medium terminum extremo copulat, sed etiam extremũ extremo.

Illud autem & coaptat & non ex omnibus monstrat.

Illud autem pro hoc exemplum copulat, & mediũ, & extremum extremo.

Caput. 31. De abductione.

Abductio vero est, quum primum medio inexistens mani festum sit, vltimo autem medium, obscurum quidem.

Dixit de exemplo, nũc dicit de abductione, q abductio est quando maior terminus liquido insit, & minor terminus occultus, dicta est autem abductio quia nos abducit à conclusione in demonstrationem occulti, & non significatae propositionis.

Sed similiter credibile, aut magis quàm cõclusio. Amplius si pauca sint media vltimi & medij.

Debet (inquit) extremus terminus, idest minor ppõ similis esse conclusioni sm occultationẽ, porro etiã minus debet esse occulta ppositio. Verum ipse pro occulto accepit credibile, quia minus sit ppositio occulta si per vnum medium appareret. Nam sic accidit ppõnem esse occultam, fieri prope sciam, i. fit prope vt copulet.

Omno n. propinquius sciẽ accidit esse, vt sit A docibile, in quo B sciẽ C iustitia, quòd igitur scientia docibilis planum, si autem virtus scientia, obscurum, si igitur B C: sitr aut magis credibile quã A C abductio est, est enim proximius ipsi scire, eo quòd assumpsimus A C scientiam prius non habentes.

Fit proxima scientiae, pro hoc propositio cognitioni plana euidensq; fit. Deinde vt in hoc exemplo accipit docibile, scientiam, virtutem, igitur plana est maior propositio, quia scientia docibilis est & occulta minor, si virtus scientia est, debet igitur his similiter minor immanifesta esse conclusionis. Nam similiter immanifesta est si virtus docibilis sit. Nam sic pxime ad cognitionem accedimus B C, & A C est minor propositio, & A C conclusio.

Aut rursus si pauca sint media ipsorum B, C namque & sic proximius ipsi cognoscere, veluti si D esset quadrati, in quo autem E rectilineum, in quo vero Z circulus si ipsius E Z, vnũ solum esset medium hoc quod est cum lunulis aequalẽ fieri circulũ rectilineo, esse posset prope ipsum cognoscere.

Non solum si similiter se habet minor propositio cum conclusione secundum occultum abductio est, sed & si minor propositio & occulta ostenditur per vnum medium, vel duo ceu quaesiuerunt quidã si possumus circulum quadrare & non potuerunt. Accepimus autem sic quadrare primum terminum, & rectilineum secũdum, & circulum tertium, quod vero rectilineum quadretur patet, sed occultum est si circulus fieri rectilineus posit q est minor propositio, & hoc conati sunt ostendere per lunares figuras, & lunulas, quia igitur per vnum nituntur ostendere abductio est.

Quum vero B C, neque credibilius sit quam A C, neque pauca media, non dico abductionem, neque quando B C sit immediatum, tale enim scientia est.

Si autem minor propositio occulta fuerit, nec sciũt num ipsa sit minus, vel aequaliter occulta quàm conclusio, & si non pauca media per quae ostendũt minorem propositionem, tale non dicimus abductionem, sed dilationem tanquam differentes conclusionem ostendimus propositiones, neque quando immediatum B C, Nam tale sciã est, (inquit) q si fuerit imediata vltima ppositio scientia est tale & non amplius abductio est.

Caput. 32. De instantia.

Caeterum instantia est propositio propositioni contraria, differt autem à propositione, quoniam instantiã contingit esse in parte, propositionem vero, aut omnino non contingit, aut non in vniuersalibus syllogismis.

Cum expleuerit sermonem de abductione, nunc dicit de instantia. Et instantia est propõ contraria propositioni propositae, sed differt à propositione, quia instantia vel contrarium vniuersale introducit, vel particulare, sed propositio cum sit vniuersalis non potest esse particularis, est autem particularis non quando vniuersalem concludit, sed quando particularem. Caeterum instantia est propositio propositioni contraria. Differt autem instantia à confutatione, quia instantia est propositionis, sed confutatio conclusionis.

Fertur autem instantia bifariam & per duas figuras, bifariam quidem, quoniam, aut vniuersaliter, aut in parte omnis instantia, ex duobus vero figuris, quoniam oppositae feruntur propositioni, oppositae autem in prima & tertia figura concluduntur solis, quando enim censeat omni inesse instamus quòd nulli aut quòd alicui non inest, horum autem nulli quidem ex prima figura, alicui vero non ex vltima.

Instantia

Instantia duplex, vel vlis, vel particularis, ostenditur autem per duas figuras primam & tertiam. Deinde instantia est oppositio & opposita ostendebantur in prima & tertia figura. Si ergo aliquis dicet ꝙ hoc oĩ huic, si ergo nulli volumus instare per primam figurã. Si aũt non omni, per tertiam, si aũt dicit non oĩ, & instare volumus. Si quidem omni, per primam figuram. Si aũt alicui, per tertiã. Illud aũt (alicui non) ex vltima figura, illud aũt alicui non, ꝑ particulari negatiua dicit.

Vt sit A vnam esse scientiam in quo a contraria. Quum igitur proponit vnam esse contrariorum scientiam, instat aut quod omnino.

Exempli gratia dicta tradit, sit maior vnam esse sciẽtiam & medium opposita, & contraria vltimus terminus, si quis dicit contrariorum vnam esse scientiam, & aliquis institerit dicendo ꝙ contrariorum vna non est scientia, & hoc in prima figura. Si autem particulare voluerit obiicere, accipies particularia contraria, forte cognoscibile & ignotum, sic contraria sunt notum & ignotum, & horum vna est scientia & sit tertia figura.

Non eadem oppositorum.

Pro non eadem est scientia oppositorum, vel quia vniuersaliter eadem oppositorum obiicitur.

Contraria autem opposita, quare sit prima figura, aut quoniam noti & ignoti non vna, hæc vero tertia de C namque noto & ignoto, contraria quidem esse, verum, vnam autem ipsorum scientiam esse, falsum.

Accipit terminos hos tres, vnam scientiam, maiorẽ terminum, opposita medium terminum, contraria minorem terminum, si igitur ipse dicit, ꝙ contrariorum vna est scientia, & volens instare sic dices contraria opposita, & opposita non habent vnam scientiam, igitur contrariorum non est vna scienia & sit prima figura. Si autem volueris instare particulariter, accipies particularia contraria notum & ignotum, vt ꝙ hæc sunt contraria & opposita, & noti & ignoti non est vna scientia, igitur non omninm contrariorum est vna scientia & sit tertia figura. Nam de noto & ignoto verum est ꝙ sint contraria, sed ipsorum esse vnam scientiam falsum est, igitur verum est ipsorum non esse vnam scientiam.

Rursus in priuatiua propositione consimiliter, quũ enim censet non esse vnam contrariorum, aut quòd omnium oppositorum aut quòd aliquorum contrariorum eadem dicimus, vt sanabilis & ægrotabilis, omniũ igitur ex prima, aliquorum vero ex tertia figura.

Si autem ille dicit ꝙ non est eadem scientia contrariorum, instamus sic, contraria opposita, & oppositorũ vna est scientia, igitur contrariorum vna est scientia. Si autem particulariter sic, morbus & sanitas cõtraria, & morbi & sanitatis vna est scientia, igitur contrariorum vna est scia, sic est vle per primam, & particulare per tertiam. Nam simpliciter in oĩbus vlibus vle enuntiatum instans afferunt, ꝙ si vniuersaliter volueris instare, contrarium proposito, vt dicas, idem autem ꝙ dicis, vt sit vlis extremo & sic ens & medium factum, sit prima figura, si aũt particulare aliquod obiicere volumus, inuentus sit vltimus terminus, & sic sit tertia fig.

Simpliciter enim in omnibus, quum vniuersaliter quidẽ instant ad vniuersale contradictionem dicere eorum, quæ proponuntur, veluti si non existimet eandem contrariorum, omnium dicentem oppositorum vnam, sic autem necesse primam esse figuram, medium enim sit quòd vniuersale ad id, quod ex principio. in parte vero ad quod est vniuersale, de quo dicitur Propositio.

Si vniuersale obiicere volumus vniuersalius debet esse quod obiicitur à nobis, vt fiat prima figura. Si aũt particulariter instamus, debemus particulare dicere, vt fiat tertia figura, ceu si vniuersaliter erat contrariorum, accipiamus opposita quod nomen est vlius contrario, & sit medius terminus ipsa opposita, si autem particulariter, accipiamus notum & ignotũ & sit tertia figura.

Vt non & ignoti non eandem, contraria. n. vniuersaliter ad hæc, & sit tertia figura, mediũ. n. quod in parte accipiũ.

Nam ad notum & ignotum inueniuntur contraria vliora, & sic sit tertia figura acceptis noto & ignoto.

Vt notum & ignotũ, ex quibus. n. est rõcinari contrariũ, ex his & instantias conamur dicere, quare & ex solis his figuris ferimus, in solis. n. oppositũ syllogismi, per mediam. n. non erat affirmatiue. Amplius & si pluris indigeat orationis quare per mediam figuram, veluti si non det A, inesse B, eo quòd C non sequitur ipsum. Hoc enim per alias propositiones planum. Non oportet autem instantiam ad alia euerti, sed statim manifestam habere alterã propositionem, vnde & signum ex sola hac figura non est. Considerãdum autem de alijs instantiis, vt de iis quæ sunt ex contrario, & simili, & eo quod secundum opinionem.

Ex hoc merito inducit ꝙ merito in prima & tertia figura fit. nam si instantia contrarium vult concludere, & contraria per has figuras ostenduntur, igitur in his fiunt instantiæ, nam per medinm si dixerit ille negatiuam conclusionem & volumus instare affirmatiuũ non possumus concludere. Huius gratia non possumus instare in secunda figura, non solum autem, sed etiam plerisq; aliis orationibus opus est, si per secundam figuram instabimus, nam opus est conuersione, vt ostendatur quæsitũ. Hoc dixit pluris indiget orationis, deinde ex conuersione syllogismum facit, & tunc instatur ꝙ ob breuitatem facimus in prima & tertia vbi nobis non est opus vt per multam materiam serpamus, quia dixit ꝙ vniuersalis in prima & particularis in tertia cõcluditur, considerandum est, (inquit) si potest etiã particulare in prima, nam vniuersale in prima nõ potest.

Et si eam quæ est in parte ex prima, aut priuatiuam ex media possibile capere.

Cõsiderandum autem est etiam de aliis instantiis. Equidem instantiæ vel ex contrario vt ꝙ omne gaudium bonum, dico ꝙ est falsum neque oĩs mæstitia est malum, sic ex contrario vel ex simili, vt in his quæ ẽm proportionem, quia quam rationem habet punctum ad lineam, eandem rationem habet linea ad superficiẽ. Ex hoc igitur simili sic, ꝙ linea est superficiei pars, dico ꝙ falsum, Neq;. n. punctum lineæ pars. Vel secundum opinionem, vt ꝙ anima mortalis, dicimus ꝙ falsum, nam antiqui Phi opinati sunt ipsam esse ĩmortalem.

Caput. 33. De verisimili, ac signo.

Verisimile vero & signum non est idem, sed verisimile quidem est propositio probabilis, quod enim eo gnoscunt vt in pluribus ita fieri aut non fieri, esse aut non esse, hoc est verisimile, vt odire inuidentes, aut beneuolentia prosequi amatos.

Quia Rhetores & p enthymema ostẽdunt, & enthymema per verisimile & signum, huius gratia assumit differere de verisimili & signo. Et statim dicit differẽtiam, vt per differentiam vnumquodq; cognoscamus, ꝙ verisimile est propositio opinabilis, quare vnã propositionẽ accipiunt qui ex verisimile ostendunt. Illud autem verisimile vocant, quod vt plerunque vel est,

vel

vel non est, vt plerunq; inuisi inuidentes odio habent, vel plerunque amant amantes amatos. Fertur autem quædam historia talis q aliquis amans amatam interfecit. Itē signum diuiditur in coniecturam, & æquiuocum signum. Sed æquiuocum signum idem est cum verisimili, & coniectura tuto fit in prima figura, & si verum est insolubile fit, vt odio habere inuidentes, vel amare amatos.

Signum autem vult esse propositio demonstratiua aut necessaria, aut probabilis, quo enim existente est, aut quo facto prius aut posterius facta est res, signum est, quòd factum fuerit aut sit.

Et qui ostendunt ex signo per vnam propositionē ostendunt, nam propositio demonstratiua est signum vel necessaria per coniecturam vel opinabilis per verisimile, nam signum in duo diuisum est in verisimile & coniecturam, & signum trifariam intelligimus, nā est rei existentis vt simul res & signum, vt fumus si est, ignis est, vel cum re signum, vt cinis significat quod prius extiterit ignis, vel posterius fit res. Sed primum signum, ceu illam habere lac post duos dies si paritura sit, vel opinabilis, nam quo existēte vel non facto prius est, vel posterius res fit, locū hiperbaton intelligimus, vel quo facto prius, patet q rei est signum q fuerit.

Caput. 34. De enthymemate.

ENthymema igitur est syllogismus imperfectus ex verisimilibus aut signis. Accipitur autem signum trifariam, quot modis & medium in figuris, aut enim vt ī prima, aut vt in media, aut vt in tertia, veluti mōstrare prægnantem eo quòd lac habet, mediū lac habere, in quo A prægnantem esse B, lac habere, mulier in quo C. Quod autem sapientes studiosi, Pittacus enim studiosus, per vltimam.

Enthymema etiam per primam figuram, vt sciuit q lac habet, & quæcunque habet lac parit, sciuit igitur q parit, hæc fit prima figura, accipientes medium q lac habet. Sed in tertia figura ostēditur per signum sic. Pittacus studiosus, Pittacus sapiens, igitur sapientes studiosi, & patet, exempli gratia id quod dictum est. Item secundum veritatem in prima figura ex duabus affirmatiuis vniuersale concludimus, non tamen in tertia.

In quo A studiosum, in quo B. Sapientes, in quo C Pittacus. Verum igitur & A & B de C prædicare.

Vt philosophi ostēdunt per syllogismum vel per inductionem, sic etiam rhetores per signum, vel exemplum, vel per enthymema, & eandem habet proportionem enthymema ad syllogismum quam habet exēplum ad inductionem.

Præterquam quòd hoc quidem non dicunt propter cognoscere, illud autem accipiunt.

Non dicunt concessum Pittacus sapiens.

Prægnātem vero esse quoniam pallida per mediam figuram vult esse, quoniam enim sequitur pallidum prægnantes, sequitur autem & hanc, monstratum fuisse putant, quòd est prægnans. Pallidum in quo A prægnantem esse, in quo B mulier in quo C.

Per secundam figuram illud per signum ostenditur, sic, mulier prægnans est pallida, & pallida scitur esse, ergo prægnans. Et dicitur gratia exempli, quia sm veritatem in secunda fig. assyllogistica fit coniugatio ex duabus affirmatiuis. & ob id dixit, & hanc extremā figurā.

Si igitur vna dicta fuerit propositio, signum fit solū, si autem & altera assumpta fuerit syllogismus, vt quoniam Pittacus liberalis, nam honoris cupidi liberales. Pittacus vero honoris cupidus. Aut rursus quòd sapientes boni. Pittacus enim bonus, sed sapiens.

Si vnam acceperint propōnem signum fit, si autem & aliam syllis. Exemplum autem huius adducit q syllogismus est si etiam aliam acceperis propositionem.

Sic igitur fiunt syllogismi, præterquam quòd qui per primam figuram insolubilis, si verus sit, vniuersalis .n. est, qui vero per vltimam, solubilis, & si vera sit conclusio, eo quod non est vniuersalis, neque ad rem syllogismus, non enim si Pittacus studiosus, propter hoc & alios necesse sapientes. Qui vero per mediam figuram semper & omnino solubilis.

Non reprobatur ostendens per primam figuram, sed insolubilis manet, nam coniectura fit signum si fuerit verum, sed per vltimam reprobatur, sed cur? quia ipsa nō ratiocinatur vniuersale. Sed solubilis est si particulare ratiocinatur, sed per aliquid medij reprobatur, nā ex duabus affirmatiuis nunquam in secunda perspiceretur syllogismus coniugationis syllogisticæ.

Nunquam enim fit syllogismus ita se habentibus terminis, non enim si prægnans pallida, pallida autem & hæc, necesse prægnantem esse hanc.

Nunquam fit syllogismus ,ppōnibus existētibus affirmatiuis in secunda figura. Neque enim si pariēs, prægnans ue est pallida, iam & ipsa parit ex necessitate.

Verum igitur in omnibus erit signis, differentias autem habent quę dictæ sunt. Aut igitur sic diuidendum signum:

Vt diximus in omnibus figuris ostenditur per signū ostensio. Habent autem vt dictum est q in prima vera ostensio insolubilis syllogismus est, & in secunda semper assyllogistica, in tertia aliqñ qñ fuerint particularia.

Horum vero medium, vestigium sumendum, Vestigium nanque quod scire facit aiunt esse.

Diuisionem signi facit q signum diuiditur in vestigium, coniecturam, & æquiuocum signum. Aiunt autem illam esse cōiecturā q significat illud q scire facit.

Tale autem maxime quod mediū. Aut quæ ex extremis signum dicēdum, quæ vero ex medio vestigium. Probabilissimum nanq; & maxime verum, quod per primam figurā.

Medium nunc dicit primam figuram, quia medius terminus, hic directe ponitur, q vni subiicitur & de altero prædicatur. Illud vero ex extremis. Extrema dicit secundam & tertiam figuram, quia habent medium terminum, vel vbique prædicatum, vel vbique subiectum q debemus dicere signum. Illa autem ex medio propria figura coniecturam.

Caput. 35. De cognoscenda natura.

NAturam vero cognoscere possibile est, si quis det simul mutari corpus & animam, quæcunque naturales passiones sunt, qui enim fortasse musicam didicit, mutauit animam in aliquo, verum passio hæc non est ex iis, quæ natura nobis insunt, sed quemadmodum iræ & desideria ex naturalibus motibus. Si igitur & hoc datum fuerit & vnum vnius signum esse, & possimus accipere propriam vniuscuiusq; generis passionem & signum, poterimus naturam cognoscere. Si enim seorsum est alicui generi indiuiduo inexistens passio, vt leonibus fortitudo, necesse & signū esse aliquod, Simul nanq; inuicem pati suppositū est, & sit hoc, magnas extremitates habere, quod & aliis inesse generibus non totis contingit.

Quia dixit hoc q omnis demōstrans per vnam triū figurarum ostendit, hoc vult ostēdere q etiam studiosi naturæ per vnam trium figurarum ostendunt, simul etiam mutari volunt corpora & animam, & quæcunq;

sunt

sunt eorum affectiones, si quis daret nobis quod simul aīa à corpore mutatur in affectionibus naturalibus, ceu aliquis discendo musicam suimet animam mutat, sed musica non est affectio naturalis, sed vt iræ & appetitus. Si ergo aliquis daret nobis quod vna transmutatur anima cum corpore, & poterimus accipere propriā vniuscuiusque formam possumus naturam cognoscere, vt in leonibus inest fortitudo. Habet igitur signū, sed quale hoc, sit magnas habere extremitates. Si ergo videmus quod aliquis habet magnas extremitates, est fortis igitur, quia etiam leo habens magnas extremitates est fortis. Illud naturam cognoscimus vniuscuiusque generis. Genus nunc vocauit abusiue speciem.

Signum.n.ita proprium est, quoniam totius generis propria est passio, & non solum propria, quemad modū consueuimus dicere. Inerit igitur & in alio genere hoc, & hō erit fortis, & aliud aliquod animal, habebit igitur signum. Vnū.n. vnius erat, si igitur hæc sunt, & poterimus talia signa colligere in his animalibus, quæ solum vnam aliquam passionem habent propriam, vnaquæque autem habet signum, quoniā necesse vnum habere. Poterimus naturam cognoscere.

Nam peculiare signū quod leonibus inest, sit tale, quatenus proprium dicimus oī spēi inest, non soli autem.


Quod si duo habet propria totum genus, vt leo forte & communicatiuum, quomodo cognoscemus vtrum vtrius signum, seorsum consequentium signorum.

Si autem idem habet duo signa, & nō sciuimus quale signum, qualis est passio, considerabimus eadem signa & in alia specie, vt sit vnumquodq; signum in alio & alio genere inuenimus quod hoc signum huius passionis est, vt in leone. Si inest forte & communicatiuum, quomodo cognoscemus quid horum signum erat, nullo pacto habemus cognoscere, vel hic solum alicui alij. Si autem alij vtraque non insunt signa, sed vnum solū, & si vnum eidem inest solum cognitum signum (leo fortis.) Ex natura habet leo cōmunicatiuum & liberale, & non parat, vt thesaurum, sibi nutrimenta.

An si alij alicui non toti ambo. & in quibus non totis vtrunque, quando hoc quidem habeat, illud vero non. Si.n. fortis quidem, liberalis vero non, habet autem ex duobus hoc, planum quòd & in leone hoc signum fortitudinis.

Nullo pacto habemus ostendere vel sic, si alij alicui non omni speciei insit, & non ambo, vt in leone.

Est itaque naturam cognoscere in prima figura medium conuerti cum primo extremo, supergredi vero tertium, & non conuerti, vt fortitudo A, extremitates magnę in quo B. C autem leo, cui igitur C B omni, sed & aliis, cui vero B, & A omni & non pluribus, sed conuertitur. Quod si non, non erit vnum vnius signum.



Ad dignoscendam leonis fortitudinem.

Omnes naturæ studiosi ostendentes, per primam figuram ostendunt. Sit igitur medius terminus in ostendendis sic, equaliter maiori extremo, maior rursus medius minori vt non conuertatur, vt fortitudo maior terminus, extremitates magnæ medius, & æqualiter maiori, vltimus terminus leo, & particularior medio termino cui B: oī ipsum C, idest B oī C, sed etiam alijs ipsum a, f. habere magnas extremitates, cui autem fm primum omni, idest A omni a: & nō ampilus A, de secundo vt secundum de tertio, sed æqualia, & conuertuntur.

FINIS.

Series chartarum,

A B C D E F G H I K L.

Omnes sunt quaterniones, præter L quinternus.



VENETIIS, Apud Hieronymum Scotum.
M D L X.